D2/69-5-17



PRAXEOS MEDICAE
VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, PLVRIMARVM ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

PARTIS PRIMAE

EDITIO ALTERA DENVO ELABORATA.

VOLVMINIS TERTII SECTIO SECVNDA,

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS CVTIS CHRONICIS.

LIPSIAE

SVMPTIBVS BIBLIOPOLII KVEHNIANI

CIƆIƆCCCXXIX.

CONSPECTUS

RERUM PARTIS I. VOLUM. III. SECTION. 1 et 2. PERTRACTATARUM.

Vol. III. Sect. 1.

Cap. I.

De scarlatina.

p. 1—106.

Variola

Cap. V.

De prophylaxi variolarum speciatim de vaccina.

Cap. VI.

De varicella.

Cap. VII.

De variolis truncatis. p. 309—330.

Cap. VIII.

De zostere. p. 330—354.

Cap. IX.

De exanthemate mercuriali. p. 354—362.

Vol. III. Sect. 2.

Progno-

Cap. XVII.

De psydracia.

Cap. XVIII.

De herpete.

Cap. XIX.

De tinea. p. 178—201.

Sympto-

Cap. XX.

De lepra. p. 201—262.

Cap. XXI.

De pellagra.

p. 263—308.

Progno-

Cap. XXII.

Cap. XXIII.

Cap. XXIV.

Tactus

CAP.

Rheu-

Caput I.

De vitiligine.

§. I.

Definitio. Formae. Caussae.

1. *Vitiligo* [1]) est macula sive alba sive nigra plerumque cum cutis in parte depressione laesaque plus minus illius functione. Definitio.

2. *Vitiligo alba* [2]) maculam, sive potius congeriem macularum, hinc inde planarum aut parumper elevatarum, utplurimum plus minus depressarum, coloris nivei sive lactei, exhibet. Maculae hujusmodi magnitudinis nunc pollicis et ultra, nunc nonnullarum linearum, vel instar guttularum in cute dispersarum, cernuntur. Superficies earum plerumque laevis, rarius aspera, aliquando pilis vel normalibus vel lanuginosis obsessa est. V. alba.

3. *Vitiligo nigra* [3]) maculas nigrescentes, ejus- V. nigra.

1) Nomen vitiliginis a *vitio* derivatum videtur. (Rudolph Vogel diss. de vitiligine. Goetting. 1764).

2) Ἀλφὸς λευκὸς Graec. — Vitiligo alba mitior. Morphaea. Morphaea alba. Altera alba Arab. — Germ. *Mehlflecken.* Ross. Вѣтреница. Polon. *Ostuda. Osutka.*

3) Ἀλφὸς μέλας Graec. — Vitiligo nigra. Melmas

ejusdem ac vitiligo alba magnitudinis, nunc laevigatas, nunc subasperas, interdum serpentes refert.

Caussae. 4. Quidquid cellulosam telam sub cute delere, destruere ac pellem arctius cum carne aut ossibus connectere, aut naturalem hujus involucri contextum in se ipsum contrahere et sanguinis nervorumque imperio plus minus privare potest; hoc vitiliginis ad caussas pertinet. Hujusmodi sunt: vitium haereditarium, congenitum, leprosum, — suppurationes ex praeviis inflammationibus, exanthematibus, impetiginibus, — et distensiones validae cutis, e. c. ad abdomen a graviditate, ab ascite, a pinguedine dispulsis, — et maxime ambustiones.

§. II.

Diagnosis.

Facilis confusio. 1. Vitiligo utpote *macula*, tum ab *universali* cutis candore albinis proprio, tum a nigredine aethiopum, tum a palloribus ex animi pathematibus, ex lipothymiis, ex chlorosi, et ex jactura aut recessu *) sanguinis distingui debet.

Divisio. 2. Vitiligo habita ratione originis dividitur in *V. nae-*

Celsi. Morphae nigra Ebn Sina. — Germ. *Das dunkle Mal.*

*) *Einige Beobachtungen über das Zurückweichen des Blutes aus den Händen nach Einwirkung der Kälte. Von* Naumann (*Journ. der pr. Heilk. von* Hufeland. 1827. *December.* p. 18).

V. naevum, in *V. leprosam*, in *V. cicatricem* et in *V. matrum*, *hydropicorum* et *obesorum*.

3. *Vitiligo naevus* sub forma nunc alba, nunc nigra comparet, quo ultimo in casu macula saepe elevata ac pilis obsessa cernitur [1]). Vitiligo naevus alba in vetula obveniens et acu perfossa nec sanguinem fundens nec dolens, tempore, quo fides sagis tribuebatur, pro certissimo maleficii indicio haberi solebat. V. naevus.

4. Memorata autem ultimo loco duo signa, simul cum squamulis partem affectam saepe obsidentibus, characteres gentilitios *vitiliginis leprosae* [2]), nunc congenitae, nunc acquisitae, modo albae [3]), modo nigrae [4]) constituunt. V. leprosa.

A 2 5. *Vi-*

1) Naevus tuberculosus. GERMAN. *Mäusemal*, *Raupenmal*.

2) HAUBOLD vitiliginis leprosae rarioris historia cum epicrisi. Lips. 1821.

3) J. W. FR. BÖNNECKEN de vitiligine, et quidem illa specie, quae a Celso ἡ λευκὴ vocatur. (Nova acta acad. nat. cur. T. I. p. 198.). *Lepra alphoides* BATEMANI (*Delineations of cutaneous diseases. Lond.* 1817. *Plate VIII. fig.* 1.).

4) *Lepra nigricans* BATEMNI (ibid. fig. 2.). Huc verosimiliter spectat morbus Mexicanus vulgo *Pinta* (*Blue-Stain*), de quo M. CLELLAN. (FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde. No.* 308. *August* 1826). Grassatur hic morbus inter plebem et milites. Orditur nauseâ et horripilationibus. Elapso nonnullorum dierum curriculo prodeunt maculae primum flavae mox vero lividae et nigrae,

V. cicatrix. 5. *Vitiligo cicatrix*[5]), uti relate ad variolas et varicellam docuimus et relate ad ulcera scrophulosa, cancrosa et venerea adhuc docebimus, pro varia sua origine varias exhibet qualitates necdum satis a medicis enucleatas[6]).

6. *Vi-*

universam cutem obsidentes, ita ut aegroti fere aethiopibus similes cernantur. Cutis praeterea evadit squamosa, et minima porrecta occasione, foedis ulceribus, marginibus duris quandoque elevatis obsidetur. Hujusmodi aegrotorum perspiratio odore specifico instructa est. Utrum sequentia exempla *discolorationis cutis* ad vitiliginem nigram leprosam spectent nec ne, non auderem determinare. Sufficiat eorum meminisse: Cassini *observation sur un homme agé de* 55 *ans, qui de blanc étoit devenu noir.* (*Mém. de Paris. a.* 1702. *hist.* p. 29. Ed. in oct. *a.* 1702. *hist.* p. 38.). — Chomel *observation sur la coloration noire de la peau d'un homme naturellement blanc.* (*Bulletin de la faculté de médecine et de la soc. de Paris.* 1814. p. 113.). — Goodwin *changement extraordinaire de la couleur de la peau. Le teint d'une demoiselle après une assez longue maladie avait pris une couleur foncée; cette couleur augmenta graduellement d'intensité, et finit par devenir celle de l'Africain le plus noir.* (*Extrait du* 25. *vol. du med. and phys. Journal;* in: Sedillot *rec. périod. de la soc. méd. de Paris. T.* 46. p. 339.).

5) Gall. *Cicatrice.* Ital. *Cicatrice; margine.* Hisp. *Cicatriz; Señal.* Lus. *Cicatriz.* Angl. *Scar; Seam.* Belg. *Lidteken.* Dan. *Ar.* Suec. *Ärr; Orkumsl; Orkumul.* Germ. *Narbe.*

6) De hoc argumento interea legisse non poenitebit monita H. Eichhornii (Horn's *Archiv für med. Erfahrung.*

6. *Vitiligo matrum*, *hydropicorum* et *obesorum* solummodo cutis formositatem laedit, atque ob id memorabilis est, quod primo in casu inter indicia plus minus secura praegressi ac forte occultati partus pertineat. V. matrum.

§. III.

Prognosis. Cura.

1. *Vitiligo naevus* curam neque exposcit, neque facile admittit. *V. leprosa* vicissim evanescit reditque, donec tantem in absolutam, quam praesagit, lepram transeat. *V. cicatrix* est calendarium sauciatorum perpetuum [1]); latent praeterea interdum gravia sub ea mala [2]). Reliquae vitiliginis species omni quidem periculo destituuntur, at Prognosis.

Jahrg. 1827. *May. Juni.* p. 472 — 477.). Sequentes cicatricum cl. Vir statuit notas: Cicatricem convexam, concavam, orbicularem, subrotundam, irregularem, dentatam, integerrimam laevem, glabram, pilosam, sulcatam, reticulato - sulcatam, punctatam, duplicato-punctatam et furfuraceam. Cfr. J. G. Lichtenauer diss. de cicatrisatione. Berolin. 1826.

1) R. Lentilius in: Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. p. 6. 570.

2) „*Un garçon agé de* 13 *ans avait la partie postérieure et supérieure de la jambe droite, collée à l'extremité postérieure et inférieure de la cuisse par une cicatrice cableuse, suite d'une brulure. La jambe était tellement fléchie sur la cuisse que le talon touchait à la fesse.*" (J. J. Rigal *observations chirurgicales. Obs.* 3; in: *Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 21. p. 304.).

at ob defoedationem cutis, cuncta auxilia fere respuentem, admodum molestae evadunt.

Cura. 2. Ipsa haec artis impotentia necessitatem in morbis ad *cicatrices* proclivibus, omnem curam ad eas praepediendas adhibendi, patefacit, cujus rei vel in ipsa vesicatoriorum applicatione, praecipue in feminis, nos memores esse oportet. Contra jam praesentem vitiliginem tentari possunt: nunc oleum, balneum animale, fotus emolliens, vapores ex aceto et aqua, — nunc blanda et frequens cutis collapsae agitatio, sublevatio, dilatatio, — nunc aliqua in parte sana, circa maculam compressio, — nunc sicca huic ipsi hinc inde apposita cucurbitula, aut frictio et quae vasorum nervorumque hoc in loco vitam excitent [3]), — nuncque excisio [4]).

Caput

3) J. P. Frank epit. de cur. hom. morb. Vol. IV. p. 120.

4) H. Earle cicatrices ambustionis caussa inter maxillam inferiorem et sternum ortas, exscindendas esse docuit (*Further observations on contractions succeeding to exulceration of the skin.* In: *medical and chirurgical transactions Vol. VII. P. 2. Lond.* 1816), quod James duabus observationibus confirmat. (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde No. 22. des 14. Bandes. August* 1826. p. 345.).

Caput II.

De lentigine.

§. IV.

Definitio. Caussae.

1. Maculae diuturnae, forma, colore et magnitudine plus minus lentibus similes, *lentiginis* nomen obtinuerunt. Definitio.

2. Lentigo nunc sistit vitium congenitum, leprosum, nunc effectum ignis et solis, inprimis vernalis. Cutis tenera candidaque praecipue hac ultima a caussa afficitur, ac lentigines hic nil aliud, quam cruoris guttulae e vasis capillaribus per morbosam secretionem elicitae, muco et adipe dilutae, et in rete malpighianum depositae esse videntur. Actio solis in cutem, vel a praevia lavatione, vel a sudore madidam, major est, atque lentigines hoc in casu cum maculis foliorum et fructuum ex actione radiorum solarium imbri immediate succedentium ac in focum inde collectorum conveniunt. Ignis actio solem aemulatur. Caussae.

§. V.

Diagnosis.

1. Lentigo in *L. naevum*, in *L. leprosam*, in *L. aestivam* et in *L. ab igne* dividitur. Divisio.

2. *Lentigo naevus* sive *naevus lenticularis* L.naevus.

macu-

maculam refert solitariam, ad faciem, potissime circa labia, ad collum, mammas, ventrem, coxas, inprimis prope genitalia nec non ad extremitates sedem figentem, saepe nigri potius quam fusci coloris.

L. leprosa. 3. *Lentigo leprosa* [1]) profunde in cute sedem habet, sensu orbata est et futuram lepram saepe diu annuntiat.

L. aestiva. 4. *Lentigo aestiva* sive *ephelis* [2]) maculas sistit parvas, perfecte lenticulares, flavescentes vel rufescentes, potissime obvias in facie (inprimis ad latera nasi), in pectore, in manibus, aliisque in partibus non tectis.

L. ab igne. 5. *Lentigo ab igne* [3]) ad tibias et femora praecipue in adultis prope nimis camino, vel in feminis, super carbonibus accensis sedentibus, sub forma macularum saepe prominentium, coloris e fusco flavescentis, obvenit.

Distinctio a peticulis. 6. *Peticulas* cum *lentigine aestiva* confundi posse, jam monuimus [4]). Differunt sequentibus notis:

Peti-

1) *Bahak* Mosis. — *Barash* Arab. Cfr. Ph. H. Bonordeu tentamen de lepra squamosa. Hal. 1795. p. 9.

2) A Graec. *'Εφηλίς.* *Synon.* Ephelis lentigo, lenticulae solares. German. *Sommerflecken*, *Sommersprossen.* Gall. *Lentilles*, *taches de rousseur.* Angl. *Freckles.* Ross. Веснушки. Polon. *Piegi.* Alibert op. c. Tab. XXVI. Rayer *traité historique et pratique des maladies de la peau. Planch. X. fig.* 1.

3) Gall. *Taches de brulure.*

4) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. VII. §. XLII. 2.

Peticulae.	*Lentigo aestiva.*
a. Omni anni tempore obveniunt.	a. Vere et aestate potissime occurrit.
b. Nulli cutis conditioni parcent.	b. Cutim teneram et candidam eligit.
c. Raro in facie animadvertuntur.	c. Praecipue faciem occupat.
d. Aequo modo partes tectas et non tectas detinent.	d. Inprimis partes non tectas afficit.

Notandum autem est, peticulas societatem cum lentigine aestiva inire posse.

§. VI.

Prognosis. Cura.

1. *Lentigo naevus*, praeter excisionem, certe non ubique locum obtinentem, nullum auxilium admittit. *L. leprodes*, utpote terribilis morbi praesagium, in servorum emptione maximi olim fiebat momenti. *L. aestiva* adventante hyeme sponte evanescit aut multum saltem imminuitur. *L. ab igne* foedam, vix delendam sistit maculam. Prognosis.

2. *Lentigo aestiva* praepeditur: partes soli expositas velo tenuissimo et cribriformi (gaze) albo sive viridi involvendo, actionemque solis vix peracta faciei sive brachiorum lotura evitando. Praesentes lentigines, prout cutis peculiaris sensibilitas melius id fert, variis remediis curantur. Huc pertinent: *succus fructus citri medicae*, *acetum destillatum*, *infusio radicis raphani rusticani* Cura.

in

in acetó, *acidum muriaticum superoxygenatum* [1]), *solutio sulphatis zinci* [2]), lac, ut dicunt, *virginum* [3]) sive *sulphuris* [4]), *subcarbonas potassae liquidus* [5]), *fel bovis domestici* sive purum, sive *subcarbonate potassae liquidae* junctum [6]) aliaque [7]).

Caput III.

De chloasmate.

§. VII.

Definitio. Caussae.

Definitio. 1. *Chloasma* [1]) in maculis, palmae circiter magnitudinis, ex flavo viridescentibus, saepissime planis,

1) R. Aquae rosarum rubrarum uncias sex. Acidi muriatici oxygenati guttas duodecim. M. Augeatur sensim sensimque dosis acidi.

2) R. Aquae fragariae vescae uncias sex. Vitrioli zinci grana quindecim. M.

3) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. VI. §. XXXVIII. 4. (11).

4) R. Aquae rosarum uncias sex. Lactis sulphuris unciam semis. M. D. S. usui externo.

5) Oleum tartari per deliquium.

6) Unguentum inde emergens vespere applicatur ac altero mane ope aquae tepidae et saponis abluitur.

7) Quintus Serenus sequentia proposuit (de medicina c. de cutis faciei vitiis propellendis).

„Invida si maculet faciem *lentigo* decoram,
„Nec prodesse valent naturae dona benignae,
„*Erucam*, atque acidum laticem simul illine malis,
„Proderit et bulbus mellis dulcedine victus,
„Crudave dulcacido miscebis rapa liquori.“

1) A Graec. Χλοάζω, χλόασμα, vireo, viridis sum.

planis, interdum subasperis, bruneis, pruritu saepe destitutis, consistit.

2. *Caussae* chloasmatis sunt: graviditas, retentio menstruorum, hysteria, suppressio haemorrhoidum, fluoris albi, vitia hepatis, lienis, hypochondriasis, labes scorbutica, carcinomatica, haemorrhagiae repetitae, inprimis pneumonorrhagiae, lues venerea et abusus fuci, praesertim metallici. Caussa proxima tum in bile, tum in sanguine sub epidermide effusis ac muco et adipe mixtis, quaerenda est. Cruoris effusioni nunc plethora cutanea, nunc vasorum capillarium atonia saepe scorbutica, nunc secretio morbosa, peculiaris forte systematis nervosi effectus, ansam porrigere videtur. Caussae.

§. VIII.

Diagnosis.

1. Dividitur *chloasma* (cum alio morbo haud facile confundendum) in *ch. gravidarum*, in *ch. ex cachexia* in *ch. ex fuco*. Divisio.

2. *Chloasma gravidarum*, certissimum saepe conceptionis, quin immo delitescentis in nonnullis masculi, in aliis feminei foetus signum sistit [1]). Ch. gravidarum.

Ephelis CELSI, macula hepatica SENNERTI. Vitiligo hepatica SAUVAGES. Kelis fulvescens SWEDIAUER. Vitiligo et Ephelis BATEMANI (*Delineations* etc. *Plate LX. fig.* 2. 3. *et LXIX*). GERM. *Leberflecken.* GALL. *Taches hépatiques.* ANGL. *Tawny blotches.* ROSS. Желтое пятно. POLON. *Podlice.*

stit [1]). Planum ac pruritu destitutum frontem inprimis occupare solet. Et recens nati, praecipue sub zona torrida [2]), speciei chloasmatis subjiciuntur.

Ch. ex cachexia.

3. *Chloasma ex cachexia*, aut rectius, ex vitio totius corporis, pro varia rerum positione, varia exhibet phaenomena. Latente *amenorrhoea*, maculae planae haud prurientes, inprimis frontem, genas, mammas, nucham et dorsum detinere solent. In *hystericis*, eae ad faciem, potissime post graves cephalalgias, animadvertuntur. *Haemorrhoides suppressae* chloasma plerumque pruriens, variis in partibus largiuntur. *Vitia chronica hepatis*, *scirrhus ventriculi*, maculis amplissimis, subasperis, prurientibus, ex flavo viridescentibus, herpeti affinibus, pectus, inguina, et crura occupantibus, ansam porrigunt. Item *morbi lienis* et *hypochondriasis*. *Chloasma scorbuticum*, foetens, colorem ex atro viridescentem refert [3]) atque ex praeviis ecchymomatibus saepe originem ducit. Sat simile est chloasma post *haemorrhagias*. Ex *lue venerea* eadem impetigo, maculas plerumque reticulares, ex flavo viridescentes, saepe cupreas, ad frontem, pectus, praecipue vero ad internam brachiorum sive crurum superficiem, sub umbra et

1) Hippoc. opp. p. 677. — Riedlin lin. med. 1695. p. 395. — J. P. Frank. Epit. l. c. p. 87.

2) Swediauer novum nosologiae methodicae systema. Halae 1812. Vol. II. p. 759.

3) Alibert *description des maladies de la pequ. Tab. XXVII.*

et post lotionem magis obvias, vix prurientes, exhibet. Maculae hae interdum per solum attactum communicantur [4]). *Chloasma ex fuco* ad genas et frontem sub forma macularum obscure flavescentium sive viridescentium, minime prurientium, comparet.

§. IX.

Prognosis. Cura.

Prognosis.

1. *Chloasma gravidarum*, per repetitas conceptiones aliquando perpetuum evadens, in genere excluso foetu et interdum sub media graviditate sponte secedit. Quod *ex vitio totius corporis* pullulat chloasma, hoc morbi primarii, cujus cum augmento nonnunquam evanescit [1]), sequitur prognosin.

4) Novi virum chloasmate, luis residuo, laborantem, qui sanae uxori, sine alio venereo indicio, eandem impetiginem communicavit. Similem quodammodo casum in schedis Patris mei invenio: „Die 13. Octobris 1797. consilium meum petiit vir 34 annorum, adspectu sanissimus. Hic a quinque vero mensibus maculis sic dictis hepaticis ubique ad pectus obsessus erat, nunquam prurientibus, dolentibus. Quondam sese blennorrhoea, quondam ulcusculis venereis laborasse fatetur, quae tamen brevi sanata fuere, nullo alio symptomate reliquo. Refert vero se quasdam ante hebdomades cum sana muliere quadam concubuisse, quae ipsa posthinc eadem chloasmatis specie, qua ipse adfectus fuit, laborare incoeperit.“

1) J. P. Frank l. c. p. 89. Fugato chloasmate aegroti saepe anxii fiunt.

gnosin. *Ch. ex fuco* indelebile saepe sistit praepostere quaesitae praemium.

Cura. 2. *Gravidarum chloasmati* nullum opponimus auxilium. Hac impetigine *e vitio totius corporis* emergente, pro re nata ac habita semper ratione transpirationis et urinam, ad usum internum *aquarum ferruginosarum*, ad *nervina*, ad *hirudines* ano applicandas, ad *resolventia*, inprimis ad *aquas minerales* aut *saponaceas*, aut *salinas*, ad *amara*, ad *antiscorbutica*, ad *tonica* et ad *antisyphilitica* confugiendum est. Auxilia hujusmodi sensim sensimque remediis topicis (in *chl. ex fuco* solis adhibendis) sustinentur. Huc pertinent: remedia adversus lentigines commendata, porro *balnea marina*, *fluviatilia*, *linimentum* sive *camphoratum* 2), sive *baccarum lauri* 3), sive *seminum sinapis nigrae* 4), sive *mercurii rubri* 5), nec non *solutio muriatis hydrargyri oxydati* 6), praemissa *massa*

2) R. Camphorae drachmam unam. Nitri drachmas duas. Mellis q. s. ut f. linimentum.

3) R. Pulveris baccarum lauri uncias duas. Mellis q. s. ut f. linimentum.

4) R. Pulveris sinapis uncias tres. Olei amygdalarum unciam semis. Succi citri q. s. ut f. unguentum.

5) R. Butyri recentis uncias duas. Cerae albae liquefactae drachmas tres. Mercurii praecipitati rubri, camphorae aa. drachmam unam et semis. M.

6) R. Aquae destillatae uncias sex. Mercurii sublimati corrosivi grana duodecim. M.

massa detergente. Efficax aeque ac tutum auxilium sistit *borax* [7]).

Caput IV.

De ecchymomate.

§. X.

Definitio. Formae. Caussae.

1. Macula ex effusione sanguinis in textum cutis originem ducens, *ecchymoma* [1]) dicitur. Definitio.

2. Ecchymoma sub forma comparere solet nunc *stigmatum* coccineorum sive violaceorum: ad frontem, genas, mentum, collum et brachiorum Formae.

7) „*Ich kenne kein gewisseres und zugleich unschädlicheres Mittel zur Vertreibung der so widrigen Leberflecken . . . als folgende Auflösung:* R. Boracis drachm. semis. Solv. in aquae rosarum et florum aurantiorum *aa.* uncia semis. M. D. S. Humectentur ter quaterve de die maculae, expectata exsiccatione. (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1826. *St.* 3. p. 122.).

1) A Graec. *Ex*, extra et χυμὸς, humor seu succus. *Synonyma.* Sugillatio, effusio, extravasatio, suffusio. Ital. *Ecchimosi.* Hisp. *Ecquimosa; equimosis.* Lusit. *Ecchymosis.* Germ. *Blutunterlauf, Blutfleck.* Gall. *Ecchymose, sugillation, effusion.* — Angl. *Ecchymosis, livid spot from extravasated blood.* Belg. *Bloedvlek: blaauwe vlek; plek.* Dan. *Underlöbet blod.* Suec. *Blodets underlöpande.* Island. *Valbra; Likbra.* Ross. Синева. — Polon. *Siniak.*

rum superficiem internam [2]), — nunc *macularum lenticularium* fuscarum, brunearum, lividarum ad universum corpus, facie non excepta, — nunc *macularum lentibus decuplo majorum*, nigrarum, fuscarum, cutim marmoris instar variegantium, praecipue ad extremitates [3]), — nunc *plagarum*, palmam excedentium, nigrarum, subviridescentium, ad pectus, abdomen, manus pedesque [4]), — nuncque *striarum* sive *linearum* rubrarum, lividarum, nigrarum, aeque acsi cutis flagellis caesa esset (*vibices* [5])) ad extremitates aliaque loca. In genere ecchymoma minime circumscriptum est [6]), sensim sensimque diffluit, variosque plerumque exhibet coloris gradus, ad interstitia inter unam alteramve maculam protractos.

Caussae. 3. Cutis candida, sensilis et laxa, praecipue ad loca, cellulosa minus compacta instructa (e. c. ad palpebram inferiorem, scrotum etc.), interdum vero

2) Purpura simplex Batemani (*Delineations* etc. *Plate XXVIII. fig.* 1).

3) Purpura haemorrhagica Batemani (*Delineations* etc. *Plate XXVIII. fig* 2).

4) Manus nigerrimas in typho vidit J. P. Frank, ac crus aethiopis instar nigrum in scorbuto observavit Plenk (*Lehre von den Hautkrankheiten. Wien* 1789. p. 45).

5) *Ecchymosis vibex* Sauvagesii.

6) Pro ecchymomate nodoso, *purpuram urticariam* Batemani (*Delineations* etc. *Plate XXIX. fig.* 1. — Ejusd. *A practical synopsis of cutaneous diseases.* 3. *edit. Lond.* 1814. p. 116.) habeo.

vero et ad firmissima (e. c. ad plantas pedum, albugineam oculi etc.), nec non ad orificia oris, vaginae, ani, immo ad ipsas membranas internas viscerum superficiem ambientes, ecchymomati subjicitur. Ansam illi porrigunt: contusio, concussio, compressio [7]), suctus [8]), distensio, vulnera sanguini extravasato exitum denegantia, erysipelas, tussis impetuosa, vomitus effrenus [9]), contractio vehemens musculorum e. . sub epilepsia [10]), porro: labes hepatis, lienis, excretiones cruentae sive imminentes [11]), sive suppressae [12]), animi pathemata [13]), praecipue ira [14]), dolores [15]), debi-

7) Sic capita recens natorum post partum difficilem, obliquum, aut vectibus absolutum, frequenter ecchymomata exhibent.

8) Ab hirudine, a cucurbitula, a labiis. (Gall. vulgo: *suçon*).

9) Ex hac caussa pluries ecchymoma albugineae observavi, similesque casus a Blavio describuntur (Ephem. N. C. D. III. an. 7. 8. obs. 291).

10) Futurae epilepsiae paroxysmum ab ecchymomatibus annuntiatum fuisse, observavi.

11) Stigmata coccinea ad faciem adventum menstruorum annuntiabant in femina curae meae commissa. Puellae sexdecim annorum exemplum ter quater de die ad faciem aethiopis instar nigrescentis Yong refert. (*Philosoph. transact. Vol.* 26. *No.* 323. p. 425).

12) Richter's *chirurgische Bibliothek.* 11. *Bd.* p. 235.

13) Virgo ex quovis fortiori animi pathemate labium inferius et mentum suggillatione correpta exhibebat. (Act. physic. med. nat. cur. Vol. II. p. 33.). A. 1818. die 29. Martii femina Vilnensis mediae aetatis, quum

debilitas senilis [16]), venena vegetabilia, ut conium maculatum [17]) et inprimis varii diatheseos scorbuticae gradus. Caussam proximam ecchymomatis in vasorum sanguiferorum sive laesione mechanica, sive atonia, sive congestione [18]), sive spasmo (transitum scilicet sanguinis impediente) sive secretione morbosa, locari posse credimus. Quam ultimam haud raro effectum phlogoseos arteriarum, potissimum autem venarum esse, suspicari licet.

§. XI.

D i a g n o s i s.

Haemorrhagia cutis.

1. Priusquam ad ecchymomatis diagnosin perveniamus, mentio de morbo illi affini, *haemorrha-*

a morte mariti phthisici terrefacta fuerit, illico in ecchymoses sub unguibus digitorum manus sinistrae obvias, incidit. Cfr. J. C. L. Riedel *über die nachtheilige Wirkung der Leidenschaften, hauptsächlich der Furcht und des Schreckens auf den menschlichen Körper.* (Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde.* B. 20. *Heft* 3).

14) Tissot *oeuvres quatrième Volume.* p. 359.

15) Post cephalalgias ecchymoma sub forma stigmatum ad palpebras vidi.

16) Melasma senile *Auctorum.* Purpura senilis Batemani (*Delineations* etc. *Plate XXX*).

17) *Journal d'instruction. Semestre I.* v. Hufeland's *neueste Annalen der französ. Arzneikunde. B.* 2. *p.* 310.

18) e. c. ambitus lividus circa palpebras inferiores (Gall. *yeux cernés.* Ital. *calamari*), in feminis menstruantibus, in onaniticis, aut aliter veneri indulgentibus.

morrhagia scilicet *cutis* (*Haemathidrosis*) injicienda est. Hic morbus quatenus a caussis internis provenit (*Haemathidrosis spontanea*), ex variis corporis humani partibus pullulare visus est, nimirum ex poris cutaneis singulis [1]), ex poris cutaneis omnibus [2]), ex facie [3]), ex dorso manuum [4]), ex apice digitorum [5]), saepissime pollicis [6]), ex axillis [7]), ex hypochondrio dextro [8]),

B 2 ex

1) Benevienus de abditis morborum et sanationum caussis. c. 4.

2) Stahl diss. de passionibus animi corpus humanum varie alterantibus. Hal. 1691.

3) Bartholinus hist. anat. cent. I. hist. 13. — Vogel diss. decas obs. phys. med. chir. Goett. 1768. — Pelisson in *Journ. de médecine. T. XXIV.* p. 227. — Pfähler sanguinis profluvium e vasis et integumentis cutaneis sponte natura apertis (in fronte cruore tribus e vasis prorumpente), qua apoplexia lethalis aversa esse videbatur. In Comment. soc. phys. med. Mosquens. Mosq. 1817. — *Ein besonderer Fall, in welchem von dem Gesichte eines Mädchens Blutstropfen zu Zeiten abgeschieden wurden, von* Ch. Fulerton. Ex *Philadelphia journal* 1825. in *Medicinisch chirurg. Zeitung.* 1828. *No.* 67. p. 247.

4) Pezold obs. med. chir. No. 46.

5) Ash in *Philos. transact. No.* 171. v. Leske *auserl. Abh. B.* 1. p. 269.

6) Orlovius pr. de haemorrhagia spontanea ex apice pollicis manus sinistrae. Regiom. 1786. v. Metzger opusc. acad. Fasc. I. p. 196. — Musgrave in *phil. transact. No.* 272. v. Leske l. c. p. 270.

7) Sorbait obs. rarior. app. ad praxin med.

ex inguine [9]), ex digitis pedum [10]), et ex locis quondam sauciatis [11]). Praecedebant modo terror [12]), modo menstruorum defectus [13]), modo variolae [14]), modo risus [15]). *Haemathidrosis* ab *Hyperhidrosi cruenta* [16]) distinguenda; item ab haemorrhagiis, quibus aut *vulnera*, aut *ruptura varicum* ansam dederunt. Periculum illa vix agnoscit, praeterquam quod de proclivitate ad haemorrhagias internas, cum quibus nexum interdum alit [17]), testari possit. Therapia ex principiis generalibus sanguinis profluviis medendi elucet. Si cruor illico sisti debeat (quod raro expectandum), aut si profluvium limites tandem excedat, *compressio*, *adustio*.

Morbus maculosus haemorrhagicus WERLHOFII.

2. Locus hic esse videtur, doctrinam *morbi* sic dicti *maculosi haemorrhagici* WERLHOFII tradendi. Quum vero haec doctrina comparationem cum *scorbuto* exposcat, illam tractatui de hoc morbo subjungere placuit [18]).

3. *Diagno-*

8) SCHENK L. III. S. post obs. 37. ex Benevieno et Hollerio.

9) RICHTER *med. und chir. Beobachtungen.* p. 14.

10) Eph. nat. cur. dec. I. an. 2. append. obs. 162. an. 3. obs. 27.

11) PELISSON l. c. (per fulminis ictum).

12) STAHL l. c. — RUYSCH advers. anat. med. chir. dec. III.

13) VOGEL l. c. 14) HAGENDORN cent. II. obs. 70.

15) Eph. nat. cur. cent. VIII. obs. 81.

16) Cap. XXII. §. LXVIII. 2. (27.). 17) PFÄHLER l. c.

3. *Diagnosis ecchymomatis* maximi pro *foro* est argumenti [19]). Agitur de distinctione *ecchymomatis simulati* [20]), *E.* e *caussis internis* [21]) et

Diagnoseos momentum.

18) Videatur interea: ANDR. KELLER *über die Blutfleckenkrankheit. Würzburg* 1826.

19) FORTUNATUS FIDELIS de relationibus medicorum p. 319. — BOSE pr. de suggillatione foro caute dijudicanda. Lips. 1773. — v. SCHLEGEL *Samml. B.* 4. p. 67. — J. J. BIEUX *considérations médico-légales sur l'ecchymose, la sugillation, la contusion, la meurtrisure. Thèse de la faculté de médecine de Paris.* 1814. — HORST *Geschichte und gerichtliche Beurtheilung eines angeblich durch einen Stoss auf die Brust plötzlich gestorbenen Mannes.* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 1815. *Octob.* p. 63.).

20) „*Pour simuler cette maladie, donner à la peau une teinte livide, quelques-uns se frottent une partie avec un morceau de plomb, de sulfure d'antimoine, de carbure de fer ou mine de plomb; mais cet artifice grossier se reconnaît facilement; il suffit de toucher et de frotter légèrement la partie avec le doigt, ou de la laver avec de l'eau, pour en faire disparaître la lividité; d'autres pour persuader qu'ils ont reçu des coups au visage, au cou, y appliquent deux ou trois sangsues, qui, par la succion qu'elles font, determinent toujours une effusion de sang dans le tissu sous-cutané; mais on reconnaît encor facilement la fraude, parceque au centre de ces ecchymoses factices, on apperçoit la morsure triangulaire faite par les sangsues. Enfin on a vu des gens qui, pour assouvir leurs intérêts, leurs passions, se sont fait des véritables ecchymoses, soit en faisant sucer fortement la peau,*

et *E.* a *violentiis externis:* quod ultimum praesertim in cadaveribus, incisione cutis partem affectam cooperientis [22]) et consideratione status musculorum subjacentium, forte conquassatorum [23]) dignoscitur. Posset praeterea ecchymoma confundi cum *melanosi*, cum *gangraena*, cum *peticulis*, cumque *aliis maculis.*

Melanosis. 4. *Melanosin* Galli [24]) vocant substantiam nigram, ex flavo obscuram, inodoram, modo firmam, modo fluidam, naturae adhuc ignotae, forte glandulis lymphaticis, forte principio carbonis

soit en frappant, tordant, tiraillant cette partie avec quelqu' instrument." (Brieux l. c.).

21) Kaltschmid diss. de sugillatione ex caussis internis. Jen. 1763.

22) Hebenstreit anthropologia forensis. p. 319.

23) Bose l. c.

24) Bayle in *Journal de médecine de* Corvisart etc. *T.* 9. p. 368. Cfr. ibid. p. 360. et 441. et *T.* 10. p. 89. 96. — Nysten in *Bulletin de la faculté de médecine de Paris. T.* 4. p. 111. — Chomel in *Journal de médecine.* p. 41. — Mérat in *dict. des sciences médic. T.* 32. p. 183—188. — K. Fr. Heusinger *Untersuchungen über die anomale Kohlen- und Pigmentbildung im menschlichen Körper. mit besonderer Beziehung auf Melanosen u. s. w. Eisenach* 1823. — Th. Fawdington *a case of Melanosis, with general observations on the pathology of this interesting disease. London* 1826. — Rayer l. c. *Planche X. fig.* 3. — C. A. Noack commentatio veterinario-medica de melanosi in hominibus, tum in equis obveniente. Lips. et Paris. 1827.

nis tribuendam. Quoties talis substantia aut sub floccorum forma membranas serosas obducit, aut sub ea macularum ad superficiem aut in contextu viscerum comparet, pro ecchymomate haberi posset ab iis, qui ignorant ad ecchymoma constituendum extravasatum sanguinis sinceri requiri. Differt autem ecchymoma a melanosi ob ambitum istius circumscriptum et candidum, quum ille ecchymomatis plerumque diffusus et variegatus animadvertatur.

5. Cum *gangraena* ecchymoma facile ab iis, qui ex solo *nigro* partis *colore* ad sphacelum concludunt, confunditur. Differunt sequentibus notis: Distinctio a gangraena.

Gangraena.	*Ecchymoma.*
a. Solutionem continui exhibet.	a. Nulla solutio continui observatur.
b. Pars affecta friget.	b. Temperiei nulla occurrit mutatio.
c. Sensus in parte deletur.	c. Sensus perstat.
d. Summo vitae periculo stipatur.	d. Periculo plerumque vacat.
e. Foetorem specificum spargit.	e. Vix foetet.

Distinctio a peticulis.

Peticulae.	*Ecchymoma.*
6. a. Exclusive in morbis febrilibus obveniunt.	a. In morbis tum febrilibus tum aliis occurrit [25]).

b. Con-

25) „Apparent quidem saepe his minimis maculis aliae,

b. Contagiosi quid fere semper offerunt.	b. Contagii suspicionem haud movet.
c. Aegros lecto affligunt.	c. Aegri saepe deambulare possunt.
d. Maculae sunt regulares, circumscriptae, lentibus vel minores, vel similes, vel parum majores.	d. Maculae vix regulares, plerumque diffluentes, lentibus saepe decuplo majores sunt.
e. Diversitatem coloris modicam offerunt.	e. Color adeo diversus, ut cutis marmoris instar variegata evadat.
f. Cutis, maculis intermedia, normalis est.	f. Cutis, maculis intermedia, saepe ex flavo viridescit.
g. Rarissime faciem occupant.	g. Saepe in facie animadvertitur.
h. Primis vitae annis parcent.	h. Haud raro in recens natis observatur *).

Datur

et in colore et in quantitate, et in omni altera earum differentia consimiles maculae, quae et cum febre aliquando, et aliquando sine febre eveniunt, quae tamen hujusque non sunt ordinis, nec peticulae, seu pestichiae dici possunt, licet imprudentes nonnulli medici a colore et similitudine praedictarum decepti, has inter peticulas aliquando recenseant." SALIUS DIVERSUS tract. de febre pestilent. Bonon. 1584. cap. 12. p. 93. 102.

*) Quodsi HENKE (*Handbuch zur Erkenntniss der Kinderkrankheiten*) et DE LINGEN (diss. de quinque neonatorum morbis notatu dignis. Berol. 1828) peticulas

Datur autem *complicatio* peticularum cum ecchymomate nunc traumatico, nunc alio.

7. Quemadmodum interruptio processus oxygenationis sanguinis livorem *universalem* cutis e. c. in morbo sic dicto coeruleo producit, ita ex eadem caussa et *partiales* livores, maculas scilicet a genuino ecchymomate probe distinguendas oriri arbitramur. Huc pertinere videntur *maculae coeruleae* in *mortis articulo* [26]), in hydrothorace, in suspensis et suffocatis obvenientes. In asphyxia ex carbonum fumo ejusmodi maculas ea ipsa ratione, qua evoluta vita respiratio liberior evadebat ex coeruleis rubras fieri ac dein plane evanescere vidimus. Memorabile est, usum internum *nitratis argenti* cutem coeruleam reddere [27]). Ne striae, quas *vas lymphaticum inflammatum* exhibet, pro *vibicibus* habeantur [28]). Distinctio ab aliis maculis.

§. XII.

pro morbo recens natorum declarent, id absolute confusioni ejusmodi exanthematis cum ecchymomate tribuendum esse puto.

26) De *maculis morientium* vide Sim. Schulz in Ephem. N. C. a. 4 et 5. obs. 121.

27) J. A. Albers *observations on a change of colour in the skin produced by the internal use of nitrate of silver.* (*Medico-chirurg. transact. Vol.* 7. *P.* 1. p. 284). — P. M. Roget *additional facts relative to the subject of the paper by* J. A. Albers. (Ibid. Vol. 7. c. 1. p. 290).

28) Plenk hunc errorem ibi commisisse videtur, ubi de *vibicibus* a *panaritio* loquitur. (Op. c. p. 40).

§. XII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. Ecchymomatis *resolutio* obtinetur, si copia sanguinis major non sit, quam a vasis lymphaticis absorberi queat, si vires vitales in universo corpore et in parte affecta ita vigeant, ut absorptionis opus locum inveniat, sique fons cruoris extravasati novum non largiatur sanguinem. *Induratio* contingit, dum modica sanguinis copia in textum cellulosum effusa est, dum vis vitalis non quidem ad resolutionem obtinendam, sed saltem ad corruptelam avertendam satis viget, dumque cruor tractu temporis cum cellulis, quibus continetur, coalescit. Indurationes hujusmodi frequenter in senectute ad extremitates inferiores, praecipue lateris sinistri locum inveniunt ac nisi resolvantur tum erysipelati, tum ulceribus chronicis ansam porrigunt. Nunquam ex sanguine stagnante pus verum generatur. *Gangraena* hîc expectanda, concesso ad cruorem extravasatum aëris aditu deletoque influxu nervorum in partem affectam. Sanguis sub aponeurosi effusus febres violentas, inflammationes, deliria, convulsiones ac mortem hinc inde producit. Ut *signum* ecchymoma in morbis acutis, in haemorrhagiis, et in senio mali ominis censetur.

Cura. 2. Si partis cujusdam extensio, distractio, contusio, ecchymomatis periculum minatur, tunc cita illius in aquam frigidam immersio, vel fomentatio

tatio cum nive aut glacie contusa, ac interdum compressio, sugillationem saepe avertunt. Praesente ecchymomate locali cum orgasmo, in robustis et plethoricis hominibus *venae sectio* praemittenda, ac nisi inflammatio et partis laesae jam tumor ac durities, nec non summus dolor impediant, *fomentatio* cum posca, *muriate ammoniae* et *nitrate potassae* vel *acetas plumbi liquidus* cum aqua frigida et parva *alcoholis* portione, conducent. Si fortior contusio aut ictus sclopeti, aut alia demum caussa, praecipue mali diuturnitas, vitalitatem imminuerint, tunc fomentatio ex herbis aromaticis vino decoctis, vel *radicis bryoniae albae recentis rasura* [1]), cum aequali *alcoholis* portione, vel spirituosa fomentatio cum *muriate ammoniae et aceto*, requirentur. Si major forte sanguinis copia, quam quae commode resolvi speretur, aut cruor in grumos coactus, sub cute integra vel parvo tantum, aut jam collapso vulnusculo perfossa, vel sub tensa aponeurosi stagnaverit: tunc pellis, aponeurosis sine mora incidenda, aut vulnus dilatandum, vel profundae satis scarificationes, ut liquidum cruentum exstillet ac tandem externa, quae diximus auxilia, pro re nata temperantia, excitantia, nec non fasciae comprimentes, in auxilium trahenda sunt. In *sugillatione capitis recens natorum* sectio plerumque mortem properat, unde vel *alcohol camphoratum*, infusum aliquod *aromaticum*

1) Helmont. Ignotus hydrops §. 40.

maticum vinosum et calor aequalis, per impositum tumori gossypium obtinendus, supplebunt [2]). In *ecchymomate typhode* remedia contra haemorrhagias in typho commendata [3]), in *gastrico evacuantia* indicantur. *Scorbuticam labem* specificis aggredimur auxiliis. Nil potentius hîc ecchymoma debellat, saltem aestivo tempore, quam *balnea fluviatilia* [4]). Si major in parte vasorum *inertia* ecchymoma inducat, praeter motum corporis in aëre libero ac lavationem frigidam, remedia adversus lentiginem et chloasma commendata, usurpanda sunt. Cura ecchymomatis ex *retentione menstruorum* et *haemorrhoidum* remediis alibi tradendis [5]) absolvitur. Praeter caetera hîc potissime conducunt *aquae minerales* tum *saponaceae*, tum *salinae*, tum *martiales*. Quae ex *spasmo* oriuntur *ecchymomata* sat cito sponte evanescere solent; nisi hoc fieret, *pulvis radicis caephelidis ipecacuanhae cum opio*, infuso aromatico e. c. *salviae officinalis* suffultus, intus propinari potest et adhibita extus leni frictione cum vino sive alcohol. *Indurationem* minitans ecchymoma, nec non ipsa ex ecchymomate induratio, optimum auxilium in *vaporibus*, ex aqua et aceto floribusque sambuci

2) Frankii Epit. l. c. p. 104.

3) P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I. §. VIII. No. 20.

4) Usitatissimum inter aegros in nosocomio militari Vindobonensi decumbentes sistit remedium, testante egregio hujus instituti moderatore Wahring.

5) P. IV.

sambuci nigrae elicitis, agnoscit; quorum vaporum ope et rebelle ecchymoma traumaticum albugineae debellavimus. In chronico et pertinaci ecchymomate tum *flores arnicae montanae*[6]), tum *stipites solani dulcamarae*[7]), sub forma infusi intus et extus adhibiti, conducunt. *Calagualae* ab Hispanis hic commendatae, effectus nos latent. *Ulcera* ex ecchymomatibus ad chirurgiae pertinent forum. Ita *gangraena* ex eadem caussa orta.

Caput V.

De erythemate.

---

§. XIII.

Definitio. Caussae.

1. Rubor partialis cutis plerumque chronicus aut saltem apyreticus, a compressione evanescens, hac cessante revertens, saepe papulis[1]), phlyctaenis, pustulis aut furfuribus junctus, interdum circumscriptus[2]), *Erythema* dicitur. Definitio.

2. *Caus-*

6) Fehrius in Eph. N. C. an. 9 et 10. p. 23. obs. II.

7) *Mémoires de l'académie des scienc. de Paris* 1761. p. 55.

1) *Erythema papulatum* Batemani (*Delineations* etc. *Plate XXXI. fig.* 1).

2) *Erythema marginatum* Batemani (Ibid. *Pl. XXXII.*

Caussae.

2. *Caussae* erythematis sunt: vitia haereditaria, congenita, diathesis scrophulosa, leprosa [3]), plicosa, abusus potus liquorum fermentatorum, actio irae, invidiae, moeroris diu protracta, mala hepatis, usus arsenici [4]), graviditas, suppressio haemorrhoidum, menstruorum, lochiorum, lactis, fluoris albi, sudoris pedum et axillarum, pigmenta, frigus, radii solis, impuritas inter plicas cutis, et serum acre partes distendens. Sedes mali nunc in vasis sanguineis varicosis, liquorem rodentem, aliquando pollinem terreum secernentibus, nunc in glandulis sebaceis et lymphaticis, nunc in ipsis vasis lymphaticis, nunc in textu cutis quaerenda videtur.

§. XIV.

D i a g n o s i s.

Facilis confusio.

1. *Erythema* cum *erysipelate*, *urticatione*, *strophulo* et *herpete* confundi potest.

Distinctio ab erysipelate.

2. Ab *erysipelate* distinguitur *erythema* [1]), quo-

fig. 2). „*The erythema marginatum occurs in large patches, which are bounded one side by a hard, elevated, tortuous, red, border, in some places obscurely papulated; but have no regular margin on the open side.*"

3) Falconer *memoirs of the med. soc. of London. Vol.* 3. p. 381.

4) Sic una aegrarum mearum de se ipsa fatebatur.

1) *An essay on the diagnosis between erysipelas phlegmone and erythema. By* G. H. Weathbread. *Lond.* 1819.

quoniam illud morbum acutum sedemque facile mutantem; hoc autem vitium chronicum, vel saltem apyreticum et stabile constituit.

3. Erythema dividitur: in *E. naevum*, — in *E. guttam roseam*, — in *E. pernionem*, — in *E. solare*, — in *E. intertriginem*, — in *E. recens natorum*, — et in *E. oedematodes*. Divisio.

4. *Erythema naevus* [2]) maculam sistit congenitam, nunc latam, nunc longitudinalem, irregularem, foliaceam [3]), coloris ignei aut vini rubri, faciem, collum, scapulas, podicem obsidentem, interdum super cutem, fructuum rubi idaei, aut cerasi [4]), aut araneae [5]) instar elevatam. Ansam illi porrigunt matris gravidae imaginatio [6]), terror illius potissimum incendii culpa (admoto simul quodam cutis loco propria manu *)) idque praecipue primis gestationis mensibus [7]). E. naevus.

2) *Synon.* Naevus flammeus, morphaea flammea; GERM. *Feuermal;* GALL. *Tache de feu;* ROSS. родимое красное пятно.; — POLON. *Znamie rodzime.*

3) *Naevus foliaceus* BATEMANI (l. c. *Pl. LXXI. fig.* 2).

4) *Naevus cerasus* BATEMANI (l. c. *Pl. LXX*).

5) *Naevus araneus* BATEMANI (l. c. *Pl. LXXI. fig.* 3).

6) J. CL. TODE observatio naevi ex imaginatione (Soc. med. Havniens. Collectanea. Vol. I. p. 95).

*) Comitissa Ch. . . . Vilnae a. 1806 gravida, propter famulam suam prope caminum combustam, terrefacta, desperationis solitam actionem, manum crinibus admovendi, perfecit. Filia post tres menses nata, erythema naevum, digitorum formam, ad tempus et frontem exhibens, obtulit.

bus [7]). Naevorum caussa proxima plerumque in venis, ast interdum etiam in arteriis quaerenda [8]).

E. gutta rosea.

5. *Erythema gutta rosea* [9]) macula est neque

7) Frequentissima sunt incendia in Lithuania, propter aedificia lignea moremque famulorum candelarum loco ligna accendendi (*łuczinky*). Quum mihi cordi esset determinare, utrum revera erythema naevus per gravidae ab incendio terrorem in prole nascatur nec ne, plurimas ex una in alteram graviditatem incidere solitas feminas rogavi, ut data forte, quo tempore utero gesturae forent, incendii occasione, consulto manum natibus (quippe parti corporis ubi orta in prole macula parum vel nihil significaret) admoverent. Successit in nonnullis experimentum, nunquam vero ultimis graviditatis mensibus.

8) *The ordinary naevi appear to consist of venous anastomoses only: but some of them, even when congenital, are of that species of morbid structure, which Mr.* John Bell *(principles of surgery Vol. I. Disc. XI) has denominated aneurism by anastomosis and which, he says, is made up of a congeries of small and active arteries, absorbing veins, and intermediate cells somewhat analogous to the structure of the placenta, or of the gills of a turkey-cock.*" (Bateman *practical synopsis of cutaneous diseases.* p. 326).

9) *Synon.* Vari; Bacchia; Acne rosacea Batemani (*Delineations* etc. *Plate LXIV.* Rayer *Planche V. fig.* 2). — *Albed samen* Arab. — *Gutta rosacea, phoenigmus* Ploucq. — *Jonthos* Swediauri. — Germ. *Kupferhandel; Kupfergesicht; Weinblattern.* — Gall. *Bourgeons; visage couperosé; Rougeurs; Rubis; Goutte rose; Marques de Judas.* Ital. *Gotta ro-*

que pruriens, neque dolens, neque serpens, profunde rubra, fere livida, splendens, inprimis ad nasum et genas, aliquando ad frontem, rarissime ad mentum obvia, saepe aut *papulis* corymbosis, exiguis, duris, rubris, e rubro livescentibus, in apice desquamatis, aut *phlyctaenis* sive *pustulis* albescentibus, puriformi materia repletis, instructa, praecipue crapulae, irae, ac labi internae, hepatis inprimis, originem debens.

6. *Erythema pernio* [10]) rubedo dicitur a gelu orta, **E. pernio.**

sacea; Goto rosaceo; Fegatoso. Hisp. *Gota rosada; Gota rosa; Barros; Rosatás en el rostro; Rubicundez en la cara.* Lusit. *Caparosa do rostro; Figado.* Angl. *A pimpled face; red pimples on the face or nose.* Belg. *Wynpuisten; Kalkoense neus; Karbonkelneus; Odpragt; Roozedrup.* Dan. *Rödfinnet Ansigt.* Suec. *Brännevins Ansigte; Kopper Ansigte; Rödfras; Flog.* Ross. Весна на носу, или брусничной носъ. Polon. *Trąd na twarzy,*

10) *Syn.* Chimelthon; Refrigeratio membrorum; Bugantia. — Germ. *Frostbeule.* — Gall. *Engélure; Mule.* — Angl. *Kibe; Chilblain.* — Belg. *Vorstbuile; Koude puiste; Winterhand; Wintergezwel; Winterhiel; Wintervoet kakhiel; Schytthiel; Schythakken.* — Ital. *Pedignone; Burganze; Geloni; Speronagli.* — Hisp. *Friera.* — Dan. *Frost; Frostknude; Frostbyld.* — Suec. *Frostkulor; Frostnöl; Frostbölder; Kyloust.* — Island. *Frostbolga; Kalit.* — Ross. отморозъ. — Polon. *Odmorożenie.* — J. F. E. Albrecht *sicherste Heilung aller Frostbeulen und erfrornen Glieder. Hamburg* 1809. — Ceterum pernionum doctrina in compendiis chirurgicis quae-

orta, tumore saepe juncta, praecipue ad manus et pedes, sed et ad genas, aures nasumque obvia, quavis hieme rediens, et si accedat calor lecti aut ignis, pruritu ardente stipata.

E. solare. 7. *Erythema solare* [11]) maculam rubram, asperam, subduram, plerumque latam, ad manus aliasvè partes a sole adustas comparentem, refert. Vitium istud cutis minime a solis *calore* sed potius a *luce*, aut alia ignota adhuc caussa repetendum est [12]): quid quod illud jam ex peculiari atmo-

renda. Exstant praeterea hoc de argumento dissertationes inaugurales et commentationes academicae, videlicet: Mylius diss. de pernione. Lugd. Bat. 1671. — Majer diss. de pernionibus. Altd. 1680. — Wedel diss. de pernionibus. Jen. 1680. — Roberg diss. de pernionibus. Upsal. 1722. — Juncker diss. de pernionibus. Halae 1745. — Stepner diss. nova pernionum sanandarum ratio. Jenae 1812. — J. L. Ottenser *observation sur les engélures.* (*Annales de la soc. de médecine prat. de Montpellier. T.* 20. p. 423). — *Sulla cura de' pedignoni.* (*Giorn. della soc. med. chir. di Parma. Vol.* 7. p. 61. 151). — James Wardrop *an account of some diseases of the toes and fingers with observations on their treatment* (4. *of the treatment of chilblain*); in *Med. chir. transact. Vol.* 5. p. 129.

11) Ephelis Celsi. — Adustio a sole *auct.* — Kelis solare Swediaueri. — Eczema solare Batemani (*delineations* etc. *Plate LVI*).

12) Probat hanc assertionem Monsey observatio, quam refert W. Heberden (*Arzneykundige Abh. des Coll. der Aerzte zu London. B.* 2. p. 139), viri scilicet,

atmosphaerae conditione gigni posse existimamus [13]).

8. *Erythema intertrigo* [14]) rubedo est, inter plicas cutis, praesertim in infantibus et obesis, ad collum, axillas, aures, inguina, nates, scrotum *), vulvam, E. intertrigo.

qui, quotiescunque se aëri, lucente sole, exponebat, ad partes soli oppositas titillationem, — atque si in aëre hoc versari continuabat, vehementem pruritum cum calore et dolore experiebatur. Cinnabaris instar rubebat cutis, atque corio similis tumebat; donec demum reversus, tempore quartae circiter horae partis, haec singula disparebant. A solo *calore* solis haec non pendebant, cum et hiberno sub sole similia contingere, nec ab ignis calore talia observari solebant.

13) Germana, triginta et quod excurrit annorum, formositate paucas pares agnoscens, quo primum Novo-Comum inhabitare coepit, *erythemati* obnoxia facta est, quod omnibus hucusque adhibitis auxiliis rebelle restitit. Corripitur hoc malo, socio intolerabili cutis ardore, ad faciem (albuginea non excepta), collum, pectus, brachia, et crura quoties sese aëri libero exponit, maxime sane concurrentibus simul radiis solaribus. Redux domum factâque hîc horae et ultra mora, rubor evanescit.

14) *Synon.* Paratrimma, attritus, abrasio, aposyrma. — Germ. *Frattwerden.* — Gall. *Excoriation.* — Angl. *Excoriation.* — Ross. Опрѣлость. — Polon. *Wyprzanie*, *Odparzenie.*

*) *Intertrigo scrotalis navium. Beobachtung einer rosenartigen Hautentzündung am Scrotum auf dem Meere.* vid. Ch. G. Ehrenberg in Hecker's *literar. Annalen der gesammt. Heilk. Dritter Jahrg.* 1827. *Januar.* p. 14.

vulvam, poplitem, saepe cum exulceratione, obveniens, ac impuritate et reciproca vasorum lymphaticorum in appositas cutis superficies actione, orta. Ad intertriginem recens natorum excitandam concurrit et lactis prava conditio, inprimis nutrice sale culinari abutente [15]). Ipsa denique matrum tempore graviditatis vivendi ratio in istum aliosque prolium morbos imperium exercet [16]).

E recens natorum.

9. *Erythema recens natorum* morbus hucusque, ni fallimur, haud descriptus, plerumque circa quartum sextumve mensem obvenit. Incipit malum circa anum, extenditur ad nates et partes genitales, et proserpit tandem ad extremitates inferiores. Partes affectae carnis crudae instar rubent, cutim tumidulam atque epidermidem plurimis in locis secedentem exhibent. Malum hoc per mensem et ultro perstat, ac, ut semel vidimus, omni mense periodice redit. Infantes robusti non multum inde laeduntur, reliqui marcescunt et sub prava medendi ratione, praeviis impetiginis fuga et diarrhoea, moriuntur. Saepe quidem syphilis huic erythemati ansam porrigit, at, vidimus illud pluries e solo primarum

15) Cum meis plane conveniunt observationes THILOW *einige Worte über die schädlichen Folgen des zu häufigen Salzgenusses.* In J. F. PIERER's *allgem. med. Annalen des neunzehnten Jahrh. Jahrg.* 1826. *Heft* 3. p. 423.

16) Cfr. *Journal complémentaire du dict. des sciences méd. T.* 25. *Cah.* 100. p. 365.

rum viarum, a mala praesertim lactis conditione, vitio, idque potissimum inter Lithuaniae Judaeos, halecibus, caseo, allio et caepis vesci solitos.

10. *Erythema oedematodes* [17]) rubedo nobis dicitur, quae ad partes ab oedemate distentas, praecipue ad scrotum, ad extremitates inferiores et ad abdomen, occurrit, inprimis si partes ejusmodi incongruis remediis, e. c. vesicantibus, causticis, acupunctura, fasciis arcte applicitis, tractatae fuerint. E. oedematodes.

§. XV.

Prognosis. Cura.

1. *Erythema naevus* vitium plerumque indelebile, ac interdum in ulcus cancrosum, quod hodiedum *fungus haematodes* dicitur [1]), transiens, sistit. *E. gutta rosea* formosas aliquando personas in monstra transformare ac, praepostere sanatum, ophthalmiis chronicis, vitiis aurium, scroti [2]), morbis nervosis originem praebere solet. Quod sub graviditate oritur, hoc interdum largo lochiorum fluxu debellatur. *E. pernio* tum ob reditum, tum ob deformationem, tum ob ulcera Prognosis.

17) Erysipelas dedermatosum *auctorum*.

1) *Abhandlung über den Mark- und Blutschwamm oder* fungus medullaris et haematodes. *Von* MAUNOIR. *Frankf.* 1820.

2) J. C. TRUMPH carbunculi minores, a gutta rosacea retrocedente per metastasin in scroto prorumpentes. (Acta acad. nat. cur. Vol. 9. p. 413).

cera chronica quibus praesertim in scrophulosis, rhachiticis aliisque cachecticis, ansam porrigit, malum taediosum, hinc inde cariei aut gangraenae periculum minitans, constituit. *E. solare* aliquando desquamationem epidermidis et rhagades relinquit. *E. intertrigo* neglectum, infantes nonnunquam in marcorem conjicit, in venereis et scrophulosis indolem syphiliticam aut scrophulosam induit; et incaute remediis externis curatum, vel in adultis, gravia post se trahit mala. *E. recens natorum* prognosis, ex descriptione morbi satis elucet. *E. oedematodes* interdum in gangraenam transit.

Cura. 2. *Caustica*, inprimis *acidum sulphuricum* parum dilutum et *solutio* saturata *muriatis hydrargyri superoxygenati*, *erythema naevum* interdum, at non sine cicatricis periculo, auferunt [3]. *Extirpatio* cultri ope [4]) haemorrhagiae portendit periculum [5]). Sunt qui *ligaturam arteriae*, partem

3) Mursinna *Abhandl. von den Krankheiten der Schwangern, Gebährenden, Wöchnerinnen und Säuglingen. Th.* 2.

4) Fabr. Hildanus opp. cent. V. obs. 46.

5) *Some observations on one species of Naevus maternus with the case of an infant where the carotid artery was tied. By* James Wandrop (*Medico-chir. transact. Vol.* 9. *P.* 1. p. 199): „*Exstirpation by the knife has been most commonly resorted to. The operation has frequently been attended with difficulty from the situation of the tumor; but more particularly*

tem ab erythemate naevo defoedatam adeuntis *), aut insitionem vaccinae super locum affectum **) proponunt. Cur non *artem rhinoplasticam?* Tutissime *compressio* et *frigus* adhibentur [6]. Partem defoedatam interea *emplastro adhaesivo* corio subtilissimo cutique concolori cooperire juvat. Sanguine ob caussas transitorias, plus solito in naevum irruente; ad *hirudines* (non tamen nimis prope circa partem affectam applicandas), ad eccoprotica, diaetamque vegetabilem, confugiendum. In *erythemate gutta rosea*, si malum in simplici *varicositate* vasorum sanguiferorum consistat, — conducunt *hirudines*, repetitis vicibus in viciniis applicitae, item *acetum destillatum* quinque circiter aquae communis partibus dilutum; *acetas plumbi* tum liquidus, tum sub *unguenti* forma [7]) adhibitus et *solutio sulphatis cupri* ***); si papulae praesto sint — juvat *unguentum*

from the haemorrhage which accompagnies the operation. The loss of blood has often been so great as to produce serious consequences."

*) Wardrop l. c.

**) Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 23. *Heft* 2. p. 371.

6) Abernethy *surgical works. Vol. II.* p. 224 et seq.

7) R. Sacchari Saturni drachmam unam. Butyri recentis insulsi unciam unam. M. D. S. Usui externo.

***) R. Cupri sulphurici grana octo. Solve in aquae destillatae unciis quatuor. Adde Tincturae Benzoes drachmas duas. M. D. S. Pro lotione partis a gutta rosa-

tum mercuriale sive *album* [8]), sive *rubrum* [9]); si *phlyctaenae* aut *pustulae*, — *cremor lactis*, donec irritationis periodus evanuerit, dein item, ut supra, *unguentum mercuriale.* Feruntur *errhina* conduxisse [10]). Remedia interna caussis mali adaptanda sunt. Saepissime hîc resolventia et purgantia prosunt, inter quae inprimis *aquas minerales*, tum *saponaceas*, tum *salinas* utiles invenimus. Et *graphites* profuisse dicitur [11]). Praeterea ad regimen et ad evacuationes suppressas, quam maxime respiciendum est. Nisi phlebotomia indicata sit, saltem *hirudines* ad anum et vulvam ponuntur. Praecipue *fonticuli*, vel ad brachia, vel ad crura nobis profuere. *Erythema pernio* recens, repetita membri in frigidam immersione, frictione cum nive [12]), fomentatione *solutionis acetatis plumbi* curatur. Si dolor et tumor

cea defoedatae. (RUST's *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 26. *St.* 2. p. 386).

8) R. Mercurii praecipitati albi drachmam unam. Spermatis ceti unciam. Olei amygdalarum q. s. ut fiat sub leni igne unguentum, quo pars affecta noctu obducitur.

9) Vid. Cap. III. §. IX. No. 2. not. 5.

10) G. D. MAYER gutta rosea errhini usu curata. (Ephem. acad. nat. cur. cent. 1. et 2. p. 289).

11) HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 1814. *Febr.* p. 21.

12) DE LA HIRE *de l'usage qu'on peut faire de la neige et de la glace pour dégeler les parties du corps.* (*Mémoires de Paris. T.* 9. p. 484).

tumor cutis valde urgeant, *hirudines* prope locum affectum, unctio ope *olei olivarum*, addito *spermate ceti*, et in genere *emollientia* (ut *gluten animale* *)) et *narcotica* (ut *herba hyoscyami nigri*), indicantur. Provecto in morbo, fomentum ex *herbis aromaticis* in vino decoctis conducit. Item unguentum cum *borace* [13]). Nisi id auxilium ferret, connubium *olei terebinthinae* cum *alcohol camphorato* [14]) (quo et reditus habitualis pernionis impeditur), valde commendamus. Praesente jam exulceratione, emollientia seponenda sunt, ac ulcus fungosum cum *unguento digestivo* et *oxydo hydrargyri rubro* vel cum solutione *oxymuriatis calcis* **) curandum. Suaserunt

*) *Tischlerleim gegen Frostbeulen.* Rust's *Magazin der gesammten Heilk. B.* 26. *St.* 2. p. 389.). Coquitur gluten, inungitur pars affecta et cooperitur chartâ vestiendis metis sacchari dicatâ, eodem glutine prius imbutâ.

13) R. Boracis drachmas duas. Unguenti rosati unciam unam (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1826. *St.* 3. p. 123.).

14) R. Olei terebinthinae. Spiritus vini camphorati *aa.* drachmam semis. Aquae rosarum uncias quatuor. M. D. — Vespere linteum hoc menstruo imbutum et dein expressum, locis affectis circum imponitur ac per noctis relinquitur curriculum. Egregia haec formula mihi ub amico et Vindobonensi quondam medico-chirurgo Hürtel communicata fuit.

**) Chlorure de chaux. (Lisfranc in Froriep's *Notizen für Natur- und Heilk. B.* 17. *No.* 13. p. 208).

runt et inspersionem cineris ex mure domestico combusto [15]). Quodsi aeger pernione exulcerato detentus, labe quadam interna mulctatus foret, et haec congruis auxiliis curanda. *E. solari* optimum remedium est *lac coagulatum acidum*. In casu supra allato [16]) erythematis solaris rebellis *calomel* profuit. *E. intertrigo* munditiem, lotionem frigidiusculam, filamenta carpta pulvere farinae vel lycopodii inspersa, ac cutis plicis interposita exposcit. *E. recens natorum syrupo cichorei cum rheo*, *lapidibus cancrorum* aut *magnesia* [17]), dein balneis ex aqua tepida, addita lactis vaccini portione debellari solet. Malum rebelle, mutatâ nutrice fugatum vidimus. Aliàs (inprimis si quid syphilitici suberat) minimae *aethiopis antimonialis* doses [18]) conduxere. In provectiore morbo etiam infusum *herbae violae tricoloris* prodest. *E. oedematodes*, linteo *aqua saturnina* madido ac frigide applicito, curatur.

CAPUT

15) Fr. Pezold in Ephem. acad. nat. cur. cent. 7 et 8. p. 195.

16) No. 7. nota 12.

17) Ad grana tria pro uncia syrupi.

18) R. Aethiopis antimonialis granum unum. Sacchari albi drachmam unam. M. Divid. in sexdecim partes aequales. D. S. Bis de die pulverem capiat lacte nutricis subactum.

Caput VI.

De porrigine.

§. XVI.

Definitio. Formae. Caussae.

1. Desquamatio epidermidis, nulli praevio aut praesenti evidenti cutis vitio originem debens, relicta abnormi pellis subjacentis conditione, nobis est *porrigo* [1]). Definitio.

2. *Porrigo* nunc *universalis*, nunc *partialis* observatur. Primo in casu a Claudero [2]), Segero [3]), Bartholino [4]), Petro a Castro [5]), Mar- Formae.

1) *Synonyma.* Pityriasis a Graec. πίτυρον, furfures. Scabies sicca. Impetigo. Lichen siccus. Lorry sub vocabulo porriginis solummodo desquamationem epidermidis in *parte capillata capitis* intellexit (de morbis cutis tract. p. 458). Jure latiorem significationem illi dederunt Alex. Trallianus (de arte medica lib. I. c. 4.) et J. P. Frank (Epit. Vol. IV. p. 128). Alibert (l. c.) porriginem ad *herpetem squamosum* (*dartre squameuse*) revocat. *Psoriasis* Willani et Batemani, qui nomine *porriginis* varias *tineae* species comprehendit (*a practical synopsis of cutaneous diseases.* p. 159). Germ. *Hautkleye; Kleyen; Kleyengrind; Schuppen.* Angl. *Scales.* Gall. *Gourme.* Ital. *Forfora.* Hispan. *Forfolas; Caspa.* Lusit. *Caspa; Carepa.* Belg. *Hoofdschilfers.*

2) Eph. N. C. dec. II. an. V. obs. 199.

3) Ibid. dec. I. an. IV. obs. 88.

Marcello Donato [6]), Welschio [7]), Ledelio [8]), Albrechto [9]), Scharfio [10]), Grochio [11]), Brisbanio [12]), Graves *) nobisque pluries viso, epidermis totius corporis, interdum cum pilis et unguibus, sub forma furfurum aut squamarum, nunc cum, nunc sine pruritu et ardore, secedit, relicta cute sicca, madida, pallida e luteo rubescente, plana, subtumida. *Porrigo partialis* eadem symptomata nunc ad partem capillatam capitis [13]), nunc ad supercilia, frontem, mentum, nunc ad volas manuum [14]), nunc ad inguina, scrotum [15]), labia vulvae, nunc ad femora, genua et tibias

4) Act. med. Hafn. Vol. I. obs. 37.

5) De febre punct. malign. sect. 9. aph. 58.

6) De med. histor. mirabili. L. I. cap. 3. p. 12.

7) Curat. propr. dec. IX. cas. 7. p. 595.

8) Eph. N. C. dec. III. cas. 7. p. 595.

9) Ibid. an. III. obs. 124. 10) Ibid. an. II. obs. 83.

11) *Medical and chirurg. observat.* 118. — *Philosoph. transactions for the year* 1769. *Vol.* 59. p. 218.

12) *Select cases in the practice of medicine. Lond.* 1772. *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte.* 1. *B.* 1. *St.* p. 149.

*) *The Dublin hospital reports and communications. Vol.* 4. 1827.

13) Th. Sydenham de furfure sive porrigine capitis. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. Append. p. 191).

14) Psoriasis palmaria Willan. op. c. p. 123. Tab. 15. — Alibert op. c. Tab. XV. — Bateman *delineations* etc. *Plate XIV.*

15) *Psoriasis scrotalis* Willan. l. c. p. 125.

tibias offert. Praeterea forma hujus impetiginis (interdum *stabilis*, saepe *volaticae*) admodum varia est. Comparet enim sub forma macularum squamosarum nunc solitariarum, circumscriptarum [16]), — nunc diffusarum, latarum [17]) — nunc vario pacto serpentium [18]).

3. *Caussae* porriginis sunt: vitium haereditarium [19]), congenitum, recondita labes scrophulosa, herpetica, leprosa, syphilitica, aura rigida vernalis, solis actio [20]), maceratio partis in aqua calida [21]), tinea imminens, pulvis cyprii calce mixtus aut aromaticus [22]), ipsa farina [23]), adustio [24]), ebrietas [25]), cephalea [26]), menstruatio [27]), ejus Caussae.

16) *Psoriasis guttata.* Willan l. c. p. 112. Tab. 11. fig. 1.

17) *Psoriasis diffusa* W. l. c. p. 116. Tab. 11. fig. 2. Bateman *delineations* etc. *Plate XIII. fig.* 1.

18) *Psoriasis gyrata* W. l. c. p. 121. Tab. 14. Bateman op. c. *Plate XII.*

19) J. P. Frank l. c. p. 132.

20) Wasserberg apud Plenk l. c. p. 121. in nota.

21) E. c. apud anatomicos, apud lotrices (Willan op. c. Tab. 12. f. 2). Bateman op. c. *Plate X. fig.* 2.

22) Lorry l. c. p. 460.

23) E. c. apud pistores Willan l. c. Tab. 13. — Bateman op. c. *Plate XI.*

24) Brachium Principis Kurakin nonnullis retro annis Parisiis adustum, porrigine coopertum vidi.

25) Swediauer op. c. Vol. II. p. 226.

26) Hanc Lorryi observationem (l. c. p. 461.) saepe confirmatam habeo.

ejus suppressio [28]), puerperium, convalescentia ex morbis acutis, perturbata urinae excretio [29]), et plethora cutanea [30]). Caussae hujusmodi nexum inter epidermidem et cutem auferre, reticulum mucosum inflammare, ac gluten sive adipem pervertere videntur.

§. XVII.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

Diagnosis. 1. Nullibi apud scriptores major confusio occurrit, quam respectu ad *chronicam epidermidis desquamationem.* Alii enim comparente hoc vitio mox vel de tinea, vel de herpete, vel de lepra, vel de pellagra somniant; ac si ad istiusmodi morborum praesentiam proclamandam unus epidermidis secessus sufficeret. Alii in variis desquamationis formis describendis intenti sunt; ac si tanti interesset, num desquamatio aut gyros exhibeat, aut diffusa sit. Quod maxime nosse inter-

27) Nonnullas feminas, tempore menstruorum porrigine capitis laborantes, cognovi.

28) S. G. Manitius de puella porrigine faciei (*Schuppen*), et mensium obstructione laborante, solo decocto sarsae et amaris restituta. (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 2. 1694. p. 192).

29) S. Gross porrigo universalis ex defectu vesicae urinariae in infante. (Ephem. acad. nat. cur. cent. I et II. p. 155).

30) A porrigine rebelli liberata fuit nobilis virgo C. dum fonticulus cultri ope profunde nimis operatus, largae haemorrhagiae locum dederat.

interest, in eo consistit, utrum chronica, quam coram habemus, desquamatio alterius morbi symptoma sit, an ea morbum per se constituat. Primo in casu, desquamatio utpote symptoma, neutiquam morbo nomen impertitur; secus in altero. Obveniente nimirum desquamatione chronica sine ullo alio indicio molesto, nil restat quam eam ipsam ad morbi dignitatem elevare. Quid vero si desquamatio *primum* latentis adhuc vitii herpetici, leprosi etc. *signum* foret? In morborum diagnosi rebus in sensum cadentibus standum; quodsi itaque praeter desquamationem nil morbosi cernatur, morbus a nobis et tunc eousque *porrigo* salutaretur, quousque alia in conspectum non venirent latentium morborum signa. Interea forte, habita ratione morborum in familia aegroti regnantium, illius stirpis etc.; et prius dubia circa porriginis reconditam fontem moveri possent, quae si confirmarentur, diagnoseos mutatio, medico non dedecori, sed immo gloriae foret.

2. Quum itaque porrigo reconditae diatheseos herpeticae, scrophulosae, leprosae, syphiliticae effectus sistere possit; prognosis cauta requiritur. Secus in morbo simplici, utpote non solum levioris momenti, sed interdum etiam salutari. Compertum enim habetur, adventante porrigine, dolores columnae vertebralis [1]), cephalalgias [2]), Prognosis.

1) Hippocrates Prorrh. et 2. c. 36.

lalgias [2]), surditates [3]) et mala nervorum [4]) debellata fuisse. Altera vero ex parte tristia exempla praepostere fugatae porriginis exstant [5]).

Cura. 3. Pro varia cutis in porrigine conditione, nunc *emollientia*, *balnea tepida* cum lacte, *fotus* ope decocti radicis althaeae officinalis, sive herbae malvae rotundifoliae, *unctio* cum adipe suillo recenti [6]), cum cremore lactis, aut cum oleo olivarum: — nunc lenia *irritantia*, uti saliva [7]), urina [8]), balnea marina [9]), — nunc *narcotica* e. c. decoctum humuli lupuli [10]), oleum hyoscyami nigri

2) Welsch, in hecatost. obs. physic. med. — hecatost. 2. obs. 65. p. 38.

3) Riedlin lin. med. an. 6. Novembr. mensis die 6. p. 1253.

4) In hysteria et hypochondriasi eruptionem porriginis, pro tempore saltem, terminum malorum stitisse, pluries observavi.

5) Sedillot ainé, *Coma convulsif après une gourme (qui couvrait les paupières) repercutée, suivi de la mort.* (*Rec. périod. de la soc. de santé de Paris. T.* 1. p. 32).

6) Lorry l. c. p. 248.

7) Porrigo, inprimis faciei, saepe hoc populari remedio mane jejuno ventriculo deprompto, sanatur.

8) Aetius Tetrab. I. serm. 2. p. 108.

9) Maxime salutaria inveni. Sic et Bateman (*a practical synopsis* p. 46.) fatetur: „*Sea-bathing*, inquit, *continued for many weeks, has been found an effectual remedy.*“

10) Alex. Trallianus l. c.

nigri cum opio [11]), — nunc *acria* e. c. tinctura meloes cantharidum [12]), sulphas zinci [13]), unguentum mercuriale album, — nunc *antiphlogistica*, hirudines videlicet, cucurbitulae scarificantes praescribendae sunt; hocque inprimis si porrigo recens. Simul eccoprotica, et victus selectus, requiruntur.

Caput VII.

De rhagadibus, callis, cornibus cutaneis, ichthyosi et hystriciasi.

---

§. XVIII.

Rhagades.

1. Cutis externae fissura abnormis et sicca, *rhagas* dicitur [1]). Definitio.

2. Rha-

11) J. P. Frank l. c. p. 137. 12) Idem l. c.

13) Boennecken, in Nov. act. phys. med. nat. cur. T. I. obs. 50. p. 200.

1) A Graec. voce ῥαγὰς, ruptura. *Synon.* Fissura, rima, scissura. Germ. *Schrunden; Hautspalten.* Ital. *Crepaccio; crepatura della cute; setole.* Gall. *Rhagade; gerçure; fente ou crevasse de la peau.* Angl. *Chaps; clefts, or fissures in the skin.* Hisp. *Grieta; Hendedura; Abertura.* Lusit. *Greta; Gretadura; Racha; Ragoadura; Enregoadura.* Belg. *Keen; Kloove.* Dan. *Raevne; Spraekke; Rift.* Suec. *Spricka.* Is-

Sedes. 2. Rhagades, labia oris, papillas mammarum, labia vulvae, praeputium, anum, palmas manuum, plantasque pedum occupare solent.

Caussae. 3. Caussae rhagadum sunt: ad os — frigus, inprimis siccum; ad papillas mammarum — suctio prolis valida et nimis repetita; ad genitalia — syphilis [2]). Plurimae istiusmodi caussarum in reliquis quoque corporis partibus rhagades excitare valent. Adde vitium leprosum, arthriticum [3]), ariditatem cutis a transpiratione deficiente, uti in senio, diabete et aliquando in mania.

Divisio. 4. Sunt qui *rhagades* in *simplices* et *complicatas*, hasque iterum in rhagades cum phlogosi et dolore et in rhagades cum callositate dividunt [4]). Majoris momenti divisio in *primarias* et *symptomaticas* est.

Prognosis. 5. *Rhagades oris* et *papillarum mammae*, facile evanescunt; nec PLENKIO, contrarium de *rhagadibus venereis* contendenti [5]), assentimur. *R. leprosae* fere insanabiles sunt; *arthriticae* haud raro cum emolumento prorumpunt.

Cura. 6. *Rhagades a caussa externa*, butyro cacao aut

LAND. *Rispa.* ROSS. Трещины. POLON. *Rozpadline.* — Vid. HAMPE diss. de rhagadibus. Argent. 1678.

2) J. CH. ERDMANN de rhagadibus venereis, a gonorrhoea maligna suppressa. (Nova acta acad. nat. cur. Vol. 7. p. 154).

3) Huc pertinere videntur *rhagades anonymae* PLENKII (l. c. p. 156).

4) SWEDIAUER op. c. Vol. II. p. 645. 5) l. c. p. 155.

aut linimento demulcente illiniuntur [6]). Aliquando, ast raro, acrioribus pharmacis [7]) locus est. *R. venereae* curam potius generalem quam localem expetunt. *R. leprosae* vel aliae rebelles, praecipue ad manus, lixivio cinerum communium lavari, aqua destillata ablui et unguento ex partibus aequalibus axungiae vervecinae, cerae albae, succo pomorum et oleo, composito, illiniri queunt, non neglecto chirothecarum usu [8]). *R. arthriticae* vel naturae committuntur, vel decocto herbae *scandicis cerefolii* tum intus sumto, tum extus applicito [9]) curantur. *Rhagadibus ex deficiente transpiratione*, balneis et antimonialibus occurritur.

§. XIX.

C a l l i.

1. Mutatio epidermidis et membranae mucosae in substantiam albescentem, duram, crassam, sensuque orbatam, *callus* dicitur. Definitio.

D 2 2. Calli

6) Boucher *notice sur les deux moyens de préserver ou de guérir le sein des jeunes nourrices, des crevasses ou gerçures, qui sont les suites de l'allaitement.* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris.* *T.*32. p. 141).

7) Jacob Wolf de duobus experimentis, *tinctura martis solaris* usum salubrem casu ostendentibus, videlicet in labiis oris paulisper fissis et pustulis linguae. (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 1. 1694. p. 21).

8) Theden *Bemerkungen.* *Th.* 2. p. 262.

9) Andry *orthopédie* T. I. p. 202. — Intus succus expressus ad unciam unam cum seri lactis libra una, quotidie exhibetur.

Sedes. 2. Calli ad aures, ad cristam ilii, ad palmas manuum, ad plantas digitosque pedum occurrere solent. Hìc *clavi* obtinent nomen [1]).

Caussae. 3. Ansam porrigunt *callis aurium* — annuli auriculares, decubitus diuturnus in unum latus [2]); *c. cri-*

1) Tylosis a GRAEC. τύλος clavus. SWEDIAUER op. c. Vol. II. p. 595. *Synon.* Gemursa. — ITAL. *Callo a' piedi; occhi pollini.* — HISP. *Ojos de pollos; Callos Adrianes.* — LUSIT. *Cravos nos pès.* — GERM. *Hühnerauge; Krähеauge; Liebdorn; Leichdorn; Neberloch.* — GALL. *Clous, le cor, cörs aux pieds.* — ANGL. *Corn.* — BELG. *Likdoorn; Exteröogen; Aaksteröog.* — DAN. *Liigtorn; Hönsöie.* — SUEC. *Liktorn.* — ISLAND. *Neglingsvarta.* — ROSS. Мозоли. — POLON. *Nagniotki.* — WEDEL diss. de clavo pedis. Jen. 1675. — A. v. LEEUWENHOEK *observations upon the callus of the hands and feet.* (*Philos. transact. T.* 1722. p. 156). — ROUSSELOT *nouvelles observations ou methode certaine sur le traitement des cors, dans la quelle se trouvent détaillées leurs différentes causes, et les moyens d'une prompte et radicale guérison. La Haye* 1762. — LORDAT *observations sur le Tylome.* (SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 22. p. 427). — H. LION *treatise upon spinae pedum* (*corns*), *with plates. Lond.* 1802. — *Medical facts and observations. Lond. Vol.* 8. *No.* 3. — LESKE *auserles. Abhandlungen. B.* 1. *St.* 1. *B.* 4. p. 175. — J. WANDROP *an account of some diseases of the toes and fingers, with observations on their treatment.* (3. *of corns*). In *Med. chir. transactions. Vol.* 5. p. 129).

2) HIPPOCRATES de morbis mulierum. L. II. c. 20. edit. CHART. T. VII. p. 808.

c. cristae ilii — strophia [3]); *c. manuum* — labores graves, tractatio instrumentorum rudiorum; *c. pedum* — gressus denudatis pedibus inprimis super arenam calidam [4]), calcei angusti; in *genere* — repetita applicatio sive acidi sulphurici [5]), sive sulphatis aluminis et potassae [6]), nec non depositio caussae arthriticae.

Divisio.

4. *Clavi* in *superficiales* et *profundos* dividi solent. Illi, in epidermide et externa cutis superficiei plerumque mobiles resident; hi, ipsam cutis substantiam, tendines et periostium, immobiles, occupant, ac nucleo duro in medio instruuntur. Diutius continuata pressione, cutis vicina in orbem inflammatur, tractis non nunquam in consensum glandulis lymphaticis nervisque [7]) vicinis. Ad clavos profundos et ille qui *sub ungue* latet, eamque cum maximo dolore sublevat, pertinet.

Prognosis.

5. Callositates manuum et inprimis apicum digitorum, tactui, ac clavi pedum, gressui obstant. Utraque vel sponte, interdum accedente suppuratione [8]), evanescunt [9]), vel extirpatione auferri

3) Plenk l. c. p. 136.

4) Haller element. physiolog. T. V. p. 53.

5) Deslandes (*Bremisches Magazin.* 1. *B.* p. 665).

6) Solutione aluminis ab igne se defendisse fertur *vir* sic dictus *inconflagrabilis* (*l'homme incombustible*).

7) Muralt *chirurgische Geschichten No.* 103.

8) Act. nat. cur. Vol. IX. obs. 89.

9) G. Ch. Maternus de Cilano de clavis pedum anniversaria suppuratione sponte decidentibus (Act. acad. nat. cur. Vol. 9. p. 364).

auferri queunt, quam operationem, incaute susceptam, aliquando tetanus, cancer fungosus [10]), gangraena [11]), ipsa denique mors [12]), secuta sunt. Callis pedum facile rhagades, maximos dolores excitantes, super accedunt.

Cura. 6. *Calli manuum*, praevia maceratione in aqua tepida, *unguento camphorato* [13]) illiniuntur, aut succo *chelidonii majoris* vel *vesicatorio*, vel *caustico* [14]), vel ipsa ustione [15]) destruuntur. *Clavi* unguento demulcente et balneo pedum emolliri, ac dein caute et lente vel cultro, vel unguibus exstirpari debent. Locus denudatus, cera, vel emplastro custodiente, cooperitur. Sunt qui clavo emplastrum, vel ex *cera*, *gummi resina heraclei gummiferi* et *viridi aeris* [16]), vel ex *mercurio* [17]), aut folia

10) Plenk l. c. p. 135.

11) Duo hujusmodi exempla J. P. Frank obvenerunt, quae in opusculis ejus posthumis a me editis (Vindobonae 1824) describuntur. p. 3. 5 seq.

12) Borelli observ. cent. I. No. 82. — Heister epist. de morte Silii Italici, celebris poetae et oratoris, ex clavo insanabili. Helmstädt. 1734. Cfr. M. Fr. Lochner de clavi in pedibus maligna specie, nostratibus *Neber-Loch* dicta, antiquis *Germursa* vocata. (Eph. acad. nat. cur. Cent. 1 et 2. p. 419).

13) Cap. III. §. IX. 2 (2).

14) Carlisle in *medical facts and observations. Vol.* 7. *No.* 3.

15) Paul. Aegineta lib. VI. c. 87. — Severinus de efficaci medicina. p. 266.

16) Mareschal de Rougeres in *Journal de médecine T.* 40. p. 449.

folia *sedi* sive *sempervivi tectorum* in aceto macerata [18]) imponunt. Callus pedum rhagadibus stipatus, partibus aequalibus *unguenti suboxydi hydrargyri* [19]) et *camphorati*, curatur. Inflammatio clavum ambiens, primum *acetatem plumbi liquidam*, ac dein, si dolores valde urgeant, aut suppuratio immineat, *cataplasma emolliens*, in gravissimo malo *hirudines* et *opium* exposcit. Latente *clavo sub ungue*, praemisso balneo, unguis mollis redditur, et dein forfice ad utraque clavi latera scinditur, quo facto, elevata ungue, extirpatur clavus, quae singula exactissime a Camper [20]), Rousselot [21]), Tardieu [22]), Laforest [23]) et Richter [24]) describuntur.

§. XX.

Cornua cutanea. Ichthyosis. Hystriciasis.

Definitiones.

1. Excrescentiae callosae, sive verrucosae, primum flexibiles, dein unguium structuram aemulantes, valde protuberantes, mobiles, raro, nisi ab initio, dolentes, *cornua cutanea* vocantur [1]).

17) Camper *von der besten Forme der Schuhe. Berlin* 1783.

18) Plenk l. c. p. 136.

19) Unguentum mercuriale sive Neapolitanum.

20) l. c.

21) *Méthode certaine sur le traitement des cors. Haye* 1762.

22) *Toilette des pieds. Paris* 1769.

23) *Von der Wartung der Füsse. Leipz.* 1783.

24) *Anfangsgründe der Wundarzneykunst.* 1. *B.* p. 428.

tur [1]). *Ichthyosis* [2]) dicitur textura integumentorum corporis squamosa, dura, interdum fere cornea. *Hystriciasis* [3]) est status sub quo cutis humana hystricis instar setas sive aculeos exhibet.

2. *Cor-*

1) *Keratiasis* a Graec. *Κέρας*, cornu.

2) Germ. *Fischschuppenausschlag*. Angl. *Fish-skin*. — Describitur a Panavolo, Pentecost. 5. obs. 9. — a Marcello Donato mirab. Lib. I. 3. — a Schenkio obs. med. var. p. 6999. in *philos. transact. Vol. XIV. N.* 160. — a Stalparto van der Wiel obs. 35. cent. 2. — a Willanio l. c. p. 143. a Brambilla in *Abhandlungen der Josephinischen medicinischen Akademie.* 1. *B.* p. 371. — a Desgranges *observation sur une ichtyose nacrée, maladie de la peau peu commune.* In *Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 31. p. 261. ab Aliberto op. c. Tab. XXXVII. sub nomine *icthyose nacrée*. a Bateman op. c. *Plate XVI. XVII. XVIII. Ichthyosis simplex.* Vidi exemplum Vilnae a. 1814, Tria alia describuntur a Spangenberg in Horn's *Archiv für medic. Erfahrung.* 1812. *März, April.* p. 278.

3) Gall. *hommes porc-épics.* Describitur hystriciasis in *Journal encyclop.* 1756. *T.* 2. *Part.* 3. p. 119. — in *Philos. transactions* 1731. *No.* 424. 1755. *Vol.* 49. p. 21. — a Buffon *allg. Naturgeschichte. Berlin* 1774. 4. *B.* p. 223. — a Schreber *Säugethiere. Erlang.* 1775. *T.* 1. p. 11. — a Tilesio *ausführliche Beschreibung und Abbildung der beiden Stachelschweinmenschen.* 1802. — a Blumenbach et ab Autenrieth in Voigts *Magazin der Naturk.* 3. *B.* 4. *St.* p. 687. *et* 4. *B.* 3. *St.* p. 287. — Ipse a. 1803. fratres, *Joannem et Richardum Lambert*, stupenda hystriciasis exempla referentes, Parisiis vidi. Habetur delineatio apud

2. *Cornua cutanea* ad caput [4]), ad mentum [5]), Sedes.

Alibert op. c. Tab. XXXVIII. sub nomine: *Icthyose cornée.* Cfr. Th. Lauth *mémoire sur les frères Lambert, vulgairement nommés hommes-porc-épics.* (*Mém. de la soc. de sciences, agric. et arts de Strasbourg. Partie des sciences. T.* 1. p. 327). — M. Buniva *particularités les plus remarquables de deux cornecailleux Anglais, nommés Jean et Richard Lambert, observés à Turin en Février et Mars de l'an* 1809. (*Mém. de Turin.* 1809 *et* 1810. *Sc. phys. et mathém.* p. 364—402).

4) Bartholin hist. anat. rar. Cent. 1. hist. 78. p. 128. f. e. — Vesling (ibid. Cent. 5. hist. 27). — J. Lanzoni de cornu in fronte puellae. (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 4. 1696. p. 152). — Gastellier *observation sur une végétation de substance cornée* (*Mém. de la soc. de médecine.* 1776. *hist.* p. 312). — Vicq d'Azyr *observation sur une corne humaine* (ibid. 1782. 1783. p. 294). — Parkinson *account of a horny excrescence betwixt the vertex and upper part of the right ear.* (*Mém. of the med. soc. Vol.* 4. p. 391). — Home *observations on certain horny excrescences of the human body.* (*Philos. transact. y.* 1791. p. 95), et: Harless *und* Scherzer's *Journal für die ausländ. med. Literatur.* — Mejorat, in *Gazette salutaire de Bouillon* 1788. et Hufeland *Annalen der franz. Heilk. B.* 1. p. 447. *No.* 109. — Goguelin *observation sur une excrescence cornée, survenue derrière la tête, et implantée dans la dure mère, au travers de l'os occipital.* (Sedillot *rec. période. de la soc. de méd. de Paris. T.* 54. p. 96). — Alibert, in *dict. des sciences méd. T. IV.* p. 251. — Caldani, in *Mem. di Verona. T.* 16. p. 127. —

tum [5]), ad lumbos [6]), ad femur [7]), ad articulos, ad cubitum [8]), ad digitos [9]), ad manus pedesque [10]), nec non ad penem [11]) etc. [12]) visa sunt.

Squamae

Roots *chir. essays. Vol.* 2. et: *Chir. Handbibliothek. B.* 1. *Abth.* 2. *Tab. XI. fig* 8. — Bertrand, in *Archives gén. de médecine. Août* 1824. — Ploennies *Beschreibung eines merkwürdigen Horngewüchses; nebst pathologischen Bemerkungen über die Entstehung und Bildung von Horngewüchsen am menschlichen Körper überhaupt.* (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde.* 1824. *April No.* 135. p. 34). — Bernstein (ibid. p. 39. cum tabula). Ex *New-York medical repository.* (ibid. *No.* 202. *März* 1825. p. 56). Ex *giornale medico napolitano. Settembre* 1825. (ibid. *No.* 336. p. 89. *B.* 16). Ex *American medical review* 1826. (ibid. 1827. *No.* 366. p. 224).

5) Fab. Hildanus obs. med. chirurg. Cent. 2. obs. 25.

6) Dumonceau *Journal de médec. T.* 14. *Février* 1761.

7) Rochefort *observation sur une corne à la cuisse d'une femme.* (*Mém. de l'acad. de chirurgie. T.* 3. *hist.* p. 7). — Carradori *osservazioni fisiologiche sopra due corni umani. Prat.* 1799. et: *opusc. scelti di Milano. Vol.* 20. p. 231—34.

8) Ash *letter concerning a girl in Ireland who has several horns growing on her body.* (*Philos. transact. y.* 1685. p. 1202).

9) R. Wroe *letters concerning horn-like excrescences growing on the fingers.* (ibid. *y.* 1705. p. 1899).

10) *New-England journal of medec. and surgery and collateral branches of science. Vol. I. Boston* 1819. — *Beschreibung und Abbildung knotiger Auswüchse der Hände und Füsse des Lorenz Stuff, von Dr.* Joh. Bernh. Jac. Behrends, *nach dessen Tode herausge-*

Squamae piscium vel serpentum more, nunc solas extremitates, nunc universam cutim, excepta superficie interna articulationum, manuum, cubiti, crurum, occupare solent. *Setae* sive *aculei* plus minus ubique prominent.

3. *Cornua cutanea* ab ictu sagittae [13]), a vulnere per novaculam inflicto [14]), ab ambustione *), saepissime autem a tumoribus cysticis [15]) ortum ducunt, idque maxime in vetulis. *Ichthyosis* [16]) et *hystriciasis* plerumque sistunt vitia haeredita- Caussae.

geben von Dr. Wilh. Soemmerring, *mit fünf Abbildungen Steindrücke. Frankf. a. M.* 1825.

11) Caldani l. c. p. 124. et Meckels *Archiv. B.* 1. p. 298. *Tab.* 3. *fig.* 2. — Ebers apud Otto *seltene Beobachtungen. Berlin* 1810. p. 109.

12) M. Malpighi *letter concerning a horn hanging at the neck of an ox . . . together with some observations concerning horns and glandules in general.* (*Philos. transact. y.* 1684. *p.* 601). — *Journal de médecine. T.* 10. p. 216. — Sedillot *Journal général de méd. T.* 54. 1816. p. 96. — Rees *new cyclopedia art. horny excrescence.* — *Repertorium med. und chir. Abhandl. für prakt. Aerzte und Wundärzte. B.* 2. p. 259. — *Medical facts and observations* 1792. *Vol.* 3. *No.* 12. — Sandifort museum anatomicum. Vol. I. Sect. 3. No. 203. sect. 5. No. 99.

13) Zacutus Lusitanus de medicor. princip. histor. Lib. 2. hist. 4.

14) Vicq-d'Azyr. l. c.

*) Béclard *élém. d'anat. générale. Paris* 1823.

15) Ploennies l. c.

16) Martin *case of heredit. ichthyosis.* V. *medico-*

reditaria, congenita, vel primis a nativitate mensibus evoluta. *Ichthyosis endemica*[17]) leprae, quid quid objiciant [18]), jure movet suspicionem.

Diagnosis. 4. Mobilitas cornua cutanea, ab excrescentiis osseis (exostosis, hyperostosis) immobilibus, abunde distinguit.

Prognosis. 5. *Cornua cutanea*, aliquando critica [19]), interdum sponte decidunt [20]), saepe quidem rescindi queunt [21]), at utplurimum denuo recrudescunt [22]), idque nonnunquam periodice, absoluto curriculo anni unius [23]), tempore quo cervi cornua pullulare solent [24]). *Squamae* et *aculei* dum decidunt, de novo generantur.

Cura. 6. *Cornua acido nitrico*, solutione sive *nitratis argenti*, sive *muriatis antimonii*, quibus basis eorum saepe illinitur, aut *excisione* tumoris

chirurgical transactions published by the medical-chirurgical society of London. Vol. IX. P. I. 1818. (Filia matris ichthyosi laborantis, tertio aetatis mense, in eundem morbum incidit. Casus duabus tabulis aeneis delineatus est).

17) In *Paraguay* teste Buffon; item in circulo inferiori Moeni. P. Speth *über die leprose Natur der Ichthiosis. Mannheim* 1826.

18) Pierer's *allgem. med. Annalen. Jahrg.* 1826. *Heft* 6. p. 844.

19) Richter in Loder's *Journal für die Chirurgie. B.* 1. p. 441.

20) Dumonceau l. c. — Roots l. c. — Ploennies l. c.

21) Dumonceau l. c. 22) Roots l. c.

23) Soemmerring l. c. 24) Ploennies l. c.

ris cystici, e quo scaturiunt, auferuntur. Dum e capite emergunt, observatio supra allata GOGUELINI [25]) coram oculis versari debet. *Squamae* et *aculei* curam, praeter balnea tepida, quorum ope pro tempore decidunt [26]), haud admittunt.

CAPUT VIII.

De verruca et condylomate.

---

§. XXI.

Verruca.

1. Excrescentia cutis, dura, inaequalis, diversae figurae et magnitudinis, *verruca* dicitur [1]). Definitio.

2. *Sedes* communis verrucarum manus et facies est; at occurrunt, vel ad mammas [2]), ad dorsum [3]), ad scrotum [4]), ad praeputium [5]), ad glandem [6]), nec non universum super corpus [7]). Sedes.

3. Spe-

25) Not. 4. 26) ALIBERT op. c. p. 169.

1) Acrochordon a GRAEC. *Ἀκροχορδών.* GERM. *Die Warze.* GALL. *Des verrues, tannes, poireaux, mamelons.* ANGL. *Warts.* BELG. *Wrat, Wen.* DAN. *Vorte.* SUEC. *Värta.* ISLAND. *Warta.* ITAL. *Bitorzolino; Porro.* HISP. *Verruga.* LUSIT. *Verruga.* ROSS. Бородавки. POLON. *Brodawka.*

2) WASSERBERG in nota ad PLENKII op. cit. p. 137.

3) *Salzburg. med. chir. Zeitung* 1794. 3. B. p. 111.

4) FIGUIER *rapport sur une concrétion extraite d'une tumeur en forme de verrue, au scrotum.* (*Annales de*

Formae. 3. Species verrucarum ex ipsarum forma desumptae sunt: 1. *V. vulgaris* seu *topica*, tuberculum scilicet basi et apice aequali, varias corporis partes occupans et sponte abiens, — 2. *V. pensilis*, apice nodosa et caule subtili cuti adhaerens, — 3. *V. filiformis*, nodulo ad apicem orbata, instar fili longitudine nonnullarum linearum, collo aliisque partibus alligata, — 4. *V. sessilis* seu *porrum*, cuti profunde insidens, parum elevata, — 5. *V. rhagadoidea*, id est *porrum*, saepe voluminosum, fissuras sive stigmata setarum evulsarum exhibens, — 6. *V. carnea sive mollusca*, prominentia tenuis, mollis, sensilis, cuti concolor, rubicunda, interdum pilis obsessa, nonnunquam thymi corymbos referens [8]), — 7. *V. madida* seu *myrmecium*, glabra, humida, parum dura et 8. *V. gregalis*, catervatim faciem et manus obsidens, sponteque evanescens.

4. *Caus-*

la soc. de médecine de Montpellier. T. 8. *P.* 2. p. 368).

5) *Neue Samml. medic. Wahrnehmungen.* 8. *B.* p. 192.

6) Fabr. Hildanus obs. cent. 3. obs. 88.

7) *Morbus verrucosus.* Pechlin lib. II. obs. 42. — Rheinhard historia singularis cutis turpitudinis. Lips. 1793.

8) Graec. Thymion. *Molluscum pendulum* Batemani (*Delineations etc. Pl. LX. fig.* 3). „*The tubercles are hard, smooth and nearly of the colour of the skin, but with a shining surface, and a slight appearance of transparency: they are generally of a globular form, sometimes ovate and sessile upon a contracted base.*"

4. *Caussae* verrucarum vitium haereditarium [9]), congenitum, commercium cum vaccis [10]), cum gallinis [11]), vesicatoria [12]), attactus partium genitalium, inprimis feminearum [13]), suppressio menstruorum, syphilis. Caussae.

5. Verrucae ex vitio totius corporis pullulantes faciem, nasum et palpebras occupant, colorem ab initio bruneum, subnigrum, dein plumbeum aut rubicundum referunt, atque tractu temporis, adventante dolore, in ulcera, mali quidem moris, at vix cancrosis, pro quibus declarari ea solent [14]), transeunt. Enim vero cum LEURS [15]), verrucas dari carcinomaticas, dubitamus, ac excrescentias pro Diagnosis.

9) Verrucam molluscam in eodem brachii loco apud filiolam, quo apud matrem erat, conspexi.

10) Observatio est JENNERI, mihi a. 1803. Londini tradita.

11) KRETSCHMAR in HORNS *Archiv für med. Erfahrung.* 1. *B.* p. 228.

12) F. J. BAIER de verrucis post vesicatorium recens applicatum subortis. (Nova acta acad. nat. cur. Vol. II. p. 298).

13) HUFELAND's *Journal der prakt. Heilkunde.* 9. *B.* 3. *St.* p. 183.

14) DEVENS diss. de fungo cancroso ex verruca orto. J. DE MURALTO verruca cancrosa manus. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. p. 271). — R. LENTILIUS a verruca (in manu) minus rite tractata cancer. (ibid. Dec. II. a. 8. 1689. p. 546).

15) *Vom Krebs.* (*Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 18. *B.* p. 195).

pro cancrosis habitas, potius pro *glandulis cutis scirrhosis* [16]), a verrucis ob majorem duritiem, ob situm profundiorem et in partibus glandulosis, ob basin superficie ampliorem, ob lentum tandem incrementum, distinctis, habemus. *Verrucae venereae* [17]), basi apice minores, cuti concolores, superficialiter ad faciem, mentum et genitalia, comparent [18]).

Prognosis. 6. Verrucae vel sponte evanescunt, vel sat facile auferuntur, at, utroque in casu, haud raro recrudescunt.

Cura. 7. *Cura* [19]) *localis* verrucarum consistit: 1. *in ligatura*, ope fili sive setae equinae, inprimis adversus V. pensilem adhibenda [20]), — 2. in *rescissio-*

16) Huc *tubercula subcutanea* revocarem, de quibus Wood scripsit: *On painful subcutaneous tubercle* (*Edinburgh medical and surgical Journal. Vol.* 8). De memorabili hoc morbo lege et *Götting. gelehrt. Anzeigen.* 30. *St. den* 20. *Febr.* 1813. p. 299.

17) W. Dease *observations on venereal warts.* (*Med. and phys. comment. by a soc. in Edinburgh. Vol.* 4. p. 335).

18) Pearson *on cancerous diseases.* (*Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 16. *B.* p. 645).

19) *Manière de guérir les poireaux.* (*Mém. de Paris. T. I.* p. 427). — L. Hanin *des verrues et de leur traitement.* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 43. p. 278).

20) J. M. Hoffmann de verruca pensili scroti fungiformi ligaturâ curata. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 1. 1682. p. 23).

scissione[21]), — 3. in *causticis* e. c. acido muriatico[22]), nitrico[23]), sulphurico[24]), nitrate argenti fuso[25]), potassa pura[26]) et sulphate cupri[27]), quibus verrucae vel illiniuntur, vel tanguntur idque cautissime[28]); — 4. in *rebus acribus* aliisque[29]) eodem pacto adhibendis e. gr. succus foliorum chelidonii majoris[30]), Euphorbiae[31]), folia juniperi sabinae[32]), fici[33]), cepae[34]), sapo niger[35]), murias ammoniae[36]), fel, praecipue piscis cypri-

21) F. J. Baier de fungo verrucoso per sectionem feliciter ablato. (Acta acad. nat. cur. Vol. V. p. 151).

22) Heisters *Wahrnehmung*. 1. *B*. *No*. 663.

23) Plenk l. c.

24) Riverius obs. communior. p. 674.

25) Heister l. c. No. 274.

26) Fabric. Hildanus cent. 6. obs. 79.

27) Heister l. c.

28) J. D. Mauchart cancer lethalis ex verruca faciei causticis tractata. (Ephem. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 58). — J. Gardiner *on the abuse of caustics in venereal warty excrescences.* (*Essays and observat. phys. and litterary. Vol.* 3. p. 395).

29) Vulgus Petropoli siliquam viridem fabae dirumpit, indeque verrucam pluries perfricat, idque cum successu. (Ex schedis Patris).

30) Zacut. Lusitan. prax. admir. L. I. obs. 73.

31) Wedel diss. de verrucis. Jenae 1696.

32) Murray *med. prakt. Biblioth.* 3. *B*. p. 244.

33) Riverius l. c.

34) Monconys *voyages* 3 *Vol.* p. 89.

35) Baldingers *neues Magazin für Aerzte* 10. *B*. p. 157.

36) *Gazette salutaire de Bouillon*. 1791. *No*. 26.

cyprini [37]), cerumen aurium [38]), tinctura meloes cantharidum [39]), gummi heraclei gummiferi in aceto solutum [40]), ne dicamus g. *remedia sympathetica* e. c. sanguinem sive anguillae [41]), sive menstrua [42]), splendorem lunae [43]), attactum cadaveris [44]), aliaque plane absurda. *Verrucae e vitio universali* pullulantes pro re nata alvum purgantibus [45]), regimine antiphlogistico [46]), aquis ferruginosis, mercurio, curantur. Ulcera, verrucarum reliquiae, unguentum vel carbonum, vel magnesii [47]) exposcunt.

§. XXII.

37) Reusner obs. 129. 38) Plenk l. c.

39) Van der Haar (*Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* 1. *B.* 1. *St.* p. 38).

40) Heister l. c. No. 663.

41) *Berliner Sammlung.* 1. *B.* p. 90.

42) Weickard thesaur. pharmaceuticus. Lib. IV. p. 613.

43) Junkers *Chirurgie* p. 232.

44) G. W. Wedel tumores et verrucae, cadaveris contactu curatae. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. an. 1. obs. 2. p. 23).

45) *Warzen, in Menge über die Oberfläche des Körpers verbreitet, durch eine anhaltende Diarrhoe vollkommen geheilt, in einem siebenzehnjährigen Mädchen.* (Ex *Journal des progrès des sciences et institutions médicales. Vol.* 3. 1827. p. 275. in Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. B.* 17. *N.* 19. p. 303).

46) Schmalz in Loders *Journal für die Chirurgie* 2. *B.* p. 701.

47) D. Villars *verrue cancreuse, traitée avec la pomade de manganese, et guérie en 22 jours; avec des remar-*

§. XXII.

C o n d y l o m a.

1. Excrescentia carnea, subdura sive mollis, humidaque, *condyloma* dicitur [1]). Definitio.

2. Condylomata maxime in partibus genitalibus, ad balanum scilicet, ad labia vuluae, aut circa anum, sed et ad partem capillatam capitis, ad marginem capillitii [2]), ad barbam aliaque ad loca obveniunt. Sedes.

3. Condylomata *figuram* nunc fici, nunc cristae gallinae, nunc brassicae oleraceae etc. referunt. Formae.

4. *Caussae* condylomatum plerumque in vitio syphilitico, aut locali, aut universali, in haemorrhoidibus et in impuritate quaerendae sunt. Nec labes *cancrosa*, rite docente ALIBERTO [3]), hîc excludenda est. Caussae.

5. *Condyloma venereum* sensu destitutum est, ac, si subdurum, humorem paucum, viscosum, — si molle, copiosum foedidumque, manat. *C. haemorrhoi-* Diagnosis.

ques de MARTIN, *ainé.* (*Rec. des actes de la soc. de santé de Lyon. T.* 2. p. 112. 113). — Idem *Reponse aux reflexions de Martin ainé, concernant une verrue chancreuse* (ibid. p. 221).

1) *Sycosis* a GRAEC. *Σῦκον*, ficus. GERM. *Feigwarzen.* — GALL. *Condylomes, chou-fleurs.* — ITAL. *Porri fichi.* — ANGLICE. *Condyloma.* — ROSS. шиши. — POLON. *Szyszki.*

2) *Samml. medic. Wahrnehm.* 4. *B.* p. 579.

3) Op. c. 113.

morrhoidale, symptomata haemorrhoidalia socia habere, ac originem ex processu inflammatorio trahere solet. *Condylomata cancrosa* 4), nunc ovalia, nunc cylindrica, rubra sunt, calentia, prurientia, dolentia, marginibus elevatis centro depresso.

Prognosis. 6. Condylomata haud difficulter abiguntur, at facile recrudescunt. Sub prava medela ac cachexia nonnunquam ulceribus mali moris ansam porrigunt.

Cura. 7. *Condyloma venereum* vitium sistens locale ac satis prominens, optime cultro aufertur, alias methodum antisyphiliticam universalem et caustica exposcit. *C. haemorrhoidale* forficibus securissime abigitur, nimis enim caustica, e. g. ut suadent, unguentum ex alumine usto, opio et oleo seminum lini, partes vicinas irritare solent. Quocunque in casu munditiei studendum est. *Condylomata cancrosa* extus, opio, sulphure, camphora, conio maculato, acetate plumbi, embrocatione, et interne, muriate oxygenato hydrargyrii, conio maculato, et aquis mineralibus, pertractata fuere 5), at incassum. Maximum levamen balnea maritima attulerunt.

CAPUT

4) *Les cancroides* ALIB. vid. tab. XXVIII. Bis.

5) ALIBERT. l. c. p. 115.

Caput IX.

De vitiis unguium.

§. XXIII.

Historia. Variae species.

1. *Vitia unguium* [1]) plurimis scriptis occasionem dederunt, uti videre est apud Aetium [2]), Dioscoridem [3]), Bartholinum [4]), Mercurialem [5]), Frankenaum [6]), Wernerum [7]), la Forestum [8]), Camperum [9]), Plenkium [10]), J. Eddy [11]), Ozanam [12]), E. Ph. Ed. Blech *), P. Ray- Historia.

1) *Caconychiae* a Graec. *Κακῶς*, vitiose, et *ὄνυξ*, unguis.

2) Tetrab. IV. Serm. 2. c. 79.

3) Facile parab. Lib. c. 131. 4) Epist. IV. p. 258.

5) De decoratione. c. 26.

6) Diss. de unguibus monstruosis. Hafn. 1716.

7) Diss. de unguibus humanis varioque modo quo possunt corrumpi. Lips. 1773.

8) *Ueber die Kunst die Füsse zu besorgen, a. d. Franz. Leipz.* 1788.

9) Op. c. 10) Op. c. p. 177.

11) *New-York med. and physical journal. Vol.* 2. p. 324.

12) *Revue médicale.* 4. *année.* 1823. *T. X.* p. 71.

*) Diss. de mutationibus unguium morbosis, cum tab. aeneâ. Berol. 1816.

Rayer *), Astley Cooper **) aliosque praesertim inter chirurgos.

Species variae. 2. Ad ungues vitiosos spectant (praeter phlogosin cutis eos circumdantis ***)) eorum *maculae*, *curvaturae*, *fissurae*, *tinea*, *mollities*, *lapsus* et *pterygium*.

Maculae 3. *Maculae unguium* sunt vel *albae* (*seline*), vel *coeruleae* (*ecchymoma*, *melanos unguis*) vel *flavae* [13]).

Curvatura. 4. *Curvatura unguis* [14]), vel anterius, vel lateraliter contingit. Primo in casu unguis abnormem aliquando adipiscitur longitudinem [15]), in altero

*) *Traité théorique et pratique des maladies de la peau. T. 2. P. 2. Deuxième sect. chap. 1.*

**) *London med. and physic. journ. Apr.* 1827.

***) „*Je désigne collectivement sous le nom d'onyxis, toutes les inflammations de la portion du derme qui est en rapport avec l'ongle.*" (Rayer l. c.). Cfr. Hipp. Royer-Collard *de quelques altérations des ongles et de la peau qui l'environne* in *répertoire général d'anat. et de physiol. patholog. T.* 2. 1826.

13) De ictero particulari unguium. (Acta acad. nat. cur. Vol. IV. p. 449).

14) *Onychogryposis* a Gr. *γρυπὸς*, incurvus et *ὄνυξ*, unguis.

15) Bartholinus act. Hafniens. 1671 et 1672. Vol. I. obs. 16. p. 43. tab. I. f. 2. — G. Hilling de ungue utriusque pedum pollicis (ex matris phantasia) monstruoso. (Misc. acad. nat. cur. dec. V. an. 1. obs. 160. tab. 6. f. 8—11. — Schelhase ibid. dec. II. an. 3. obs. 162. tab. 5. f. 5. — J. Locke *an account of one who had had horny excrescencies or extraordi-*

altero digitum arctat (*arctura unguium*) accedente saepe exulceratione cutis cum *hypersarcosi*[16]).

5. *Fissurae unguium*, longitudinales sistunt unguium fissiones, nunc *cruentas*, nunc *siccas*. Fissurae.

6. *Tinea unguium*, erosio, saepe cum corruptela ulcerosa contingens, dicitur. Dividitur ipsa, in *siccam* (*scabrities unguium*) et in *humidam*. Ibi, unguis speciem cariei siccae, qua superficies illius aspera, friabilis, inaequalis, et substantia crassior evadit, patitur. Hîc, unguis mollis, rugosus, hinc inde corruptus fit et saniem cruentam largitur. Tinea.

7. *Mollities unguium*, praeter quam quod, utpote symptoma tineae humidae unguium, in conspectum venit, et per se locum habere potest. Tanta hoc in casu observatur unguium flexibilitas, ut, quin rumpantur, prout libet, curvari possint. Mollities.

8. *In-*

nary large nails on his fingers and toes. (*Phil. trans-act. y.* 1697. p. 694). — Saviard *nouveau recueil d'observ. chirurg. Paris* 1702. *obs.* 127. p. 429. — Malpighi opp. posth. p. 132. tab. 19. fig. 3—6. — Morgagni de sedibus et caussis morb. epist. 68. 6. — Lindani med. physiol. cap. XVI. §. 51. — *Breslauer Sammlung von Natur- und Medicingeschichten.* 1725. p. 104. — Commerc. literar. Norimb. 1734. p. 173. — Andr. Bonn descriptio thesauri ossium morbosorum Hoviani. Amsterd. 1783. p. 145. — Saillant *mémoire sur la femme dite aux ongles. Paris* 1776. et: *Hist. et mém. de la soc. R. de méd. a.* 1776. *hist.* 316. — *Journal de médecine. T.* 51. p. 284.

16) Caro luxurians, fungosa.

Incarnatio. 8. *Incarnatio unguis* [17]) auditur insinuatio marginum unguis in partes contiguas, sociis plerumque phlogosi, duritie, exulceratione.

Lapsus. 9. *Lapsus unguium*, dicitur secessus spontaneus unguis, plerumque atrophicae [18]), ab uno alterove digito.

Pterygium. 10. *Pterygium unguium* est prolongatio sive excrescentia epidermidis super radicem unguis.

§. XXIV.

Caussae. Diagnosis. Prognosis. Cura.

Caussae. 1. *Seline* nunc ex carie sicca, nunc ex abscessulo sub ungue, — *ecchymoma* a pressura super unguem vel a contusione, vel a corporibus extraneis sub ungue introductis, oritur. *Onychogryposi*

17) Gall. *Ongle entré dans les chairs.* — Ital. *Unghia incarnata.* — Germ. *In's Fleisch-wachsen der Nägel.* — Brechet *lettre sur l'ongle incarné ou rentrant.* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 58. p. 316). — L. E. Robbe *que l'affection designée sous le nom d'ongle rentré dans les chairs, se compose de deux affections entièrement différentes par leurs causes, leur nature et leurs traitement. Paris* 1826. — P. Vanderbeck *réflexions sur les ongles incarnés et sur l'emploi de la potasse caustique pour les détruire. (Mémoire de méd. militaire T.* 23).

18) Ozanam l. c. — J. Wandrop *an account of some diseases of the toes and fingers, with observations on their treatment.* 1. *Inflammation of the soft parts, surrounding the nail on the toes; onychia maligna.* 2. *Of ulceration at the root of the nail. (Medico-chirurg. transact. Vol.* 5. p. 129).

posi neglectus munditiei sive abscissionis unguium, — et *arcturae* resectio nimis profunda unguium calceique angusti, ansam porrigunt. *Fissura unguium cruenta* ab instrumentis acutis oritur; *sicca* allatis caussis, ac praeterea laesioni radicis unguis sub laboribus gravibus, nec non *puliei penetranti* aliisque insectis [1]), sese sub unguibus insinuantibus, originem debet. Idem de *mollitie unguium*, aliquando in chlorosi observata, dicendum est. *Lapsus unguium* interdum veneni effectum sistit. Vitia unguium in genere haud raro cum labe universi corporis nexum habent [2]), videlicet cum syphilide *), lepra, plica et herpete [3]). Interdum perniones illis ansam dant **).

2. Consideratio unguium in morbis, praesertim in phthisi pulmonali ***), in anasarca, in paralysi [4]), Diagnosis.

1) Forte acarus exulcerans? Cfr. G. Fr. Francus de Frankenau de unguibus recurvis monstrosis manuum in puero scabioso. (Ephem. acad. nat. cur. cent. 1 et 2. p. 447).

2) C. M. Adolphi mira odontalgiae causa neglecta nimirum certo die unguium praecisio. (Eph. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 28).

*) Rayer l. c. obs. 203. 204.

3) Vimont *observation sur une affection dartreuse compliquée du développement contre nature des ongles. (Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T. 6. P.* 1. p. 355).

**) Rayer l. c. obs. 205.

***) „Phthisicis ungues sunt more cujusdam serrae uncinati.“ (Duret. comment. ad Hippocr.).

lysi [4]), sub frigore febrili, in hydrothorace, in chlorosi, in lepra et in plica, haud negligi debet [*]).

Prognosis. 3. Unguium morbi, debito concesso tempore, plerumque [5]) medelam non excludunt. Saepius unguis lapsus, quamvis haud semper debita formá [6]), regeneratur, quod et de resecta digiti phalange fertur [7]).

Cura. 4. Ad *seline* et ad *cariem siccam* unguis curandam, pars affecta, donec macula evanescat, ope vitri raditur. Latente sub ungue abscessulo, facta cultro rasura, puri exitus procuratur. *Ecchymomati* fomenta ex oxycrato sive vino, non neglecta interdum extractione corporis peregrini, prospiciunt. *Curvatura* aut abnormis *unguis longitudo*, forfices vel serram exposcit. Praesente *arctura* dimidia unguis pars, donec margo illius lateralis promineat, vitro raditur, positis dein sub ungue filamentis carptis. Ulcus, si purum, aqua saturnina exsiccatur, aliàs detergens illi imponitur [8]). *Hypersarcosis* nitrate argenti fuso [9]) aufertur.

4) Loder *medicin. chir. Beobacht.* *Jena* 1794.

*) Double, *signes séméiotiques fournis par les ongles.* (*Journ. général de méd. T. XXXIII.* p. 397).

5) Chr. Roesler de unguium resectione lethali. (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 537).

6) Plenk l. c. p. 185. in not.

7) Tulpii obs. med. Lib. 4. cap. 56. p. 370.

8) E. c. R. Vini albi libram unam. Viridis aeris, aluminis, mellis aa. drachmas sex. Ebulliant paullo in-

tur. Destituta debito effectu hac methodo, unguis a margine usque ad radicem scinditur ac illius in carnem intrusa pars, extrahitur [10]). *Fissurae u. cruentae* conjunctio partium separatarum, — *siccae* cura, caussae accommodata, mederi valet. *Tineae siccae u.* frustulum lardi, per nonnullarum hebdomadarum curriculum, superimponitur. *Tinea humida* et *mollities u.* saepe remediis universalibus e. g. vigente chlorosi, ferro [11]), curandae sunt. Parti a *lapsu unguium* denudatae pulvis finissimus thuris sive masticis inspergitur, ac cera alba, unguis formam referente, cooperitur. In *pterygio unguis*, epidermis cultro obtuso ab ungue separatur removeturque.

CAPUT

vicem et d. usui externo. (BALDINGERS *neues Magazin für Aerzte.* 3. *B.* 1. *St.* p. 26).

9) Lapis infernalis.

10) BICHAT in DESSAULT *auserl. chirurg. Wahrnehmung.* 8. *B. No.* 242. — DESSAULT *chirurgischer Nachlass.* 2. *B.* 4. *Th.* p. 252. — RAYER l. c.

11) NIEMANN diss. epistolica de foeda unguium mollitie puellae chloroticae, martialium usu feliciter curata. Magdeb. 1774.

CAPUT X.

De vitiis pilorum.

§. XXV.

Generatim.

Introductio.

1. Crines humani, pili quadrupedum, plumae avium, tum physiologo, tum pathologo amplum investigationis offerunt campum.

Scriptores.

2. In eo excolendo praecipue PLEMPIUS [1]), GLISSONIUS [2]), MEIBOMIUS [3]), WITHOFIUS [4]), ROSE [*]), SALWIKIUS [5]), J. H. KNEIPHOF [6]), G. R. BOEHMER [7]), J. K. PFAFF [8]), WOLFART [9]), P. BEN-

1) De affectibus capillorum et unguium. Lovan. 1662.

2) App. med. anatom. Lugd. Bat. 1691. T. III. p. 47.

3) Diss. de pilis eorumque morbis. Helmstädt 1704.

4) De pilo humano. Duisb. 1750.

*) Progr. de praeternaturali pilorum proventu. Lips. 1776.

5) Diss. de morbis pilorum. Frid. 1777.

6) *Abhandlung von den Haaren, deren Beschreibung, Nutzen, Zufällen und Mittel dagegen. Rotenb.* 1777.

7) Progn. I—IV. de dignitate pilorum remediisque incrementum et promoventibus et impedientibus. Witemb. 1798. 4.

8) De pilorum varietatibus naturalibus et praeternaturalibus. Hal. 1799.

9) *Physiologische en pathologische aanmerkingen en waarneemingen omtrent de haare. (Getroken uit Asklepion. No.* 40. *Mai* 1811).

Benvenuti [10]), G. L. H. C. Wedemeyer [11]), G. Müller [12]), H. W. Buek [13]), J. H. Blümmer [14]), Cuvier *) et G. W. Jahn **) insudarunt.

3. Vitia pilorum sive *colorem*, sive *copiam*, sive *figuram* respiciunt. Vitia varia.

4. Crines coerulei, virides [15]), vere flavi [16]), aut ante senectutem cani, abnormes declarantur. Color abnormis.

5. Abnormes declarantur et pili vel *inconsueta loca* occupantes, e. c. universum corpus [17]), faciem [18]), Copia abnormis.

10) Diss. de naturali et monstrosa pilorum oeconomia. Patavii.

11) Commentatio historiam pathologicam pilorum corporis humani sistens. Goett. 1812.

12) Diss. sist. physiologiae et pathologiae pilorum fragmentum. Bresl. 1816.

13) Diss. de pilis eorumque morbis. Hal. 1819.

14) *Abhandlung über das menschliche Haupthaar, in historischer, anatomischer, physiologischer, pathologischer und therapeutischer Hinsicht. Berlin* 1825.

*) *Ueber den Bau und das Wachsthum der Haare.* (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. B.* 19. *No.* 4. *Nov.* 1827).

**) *Der Haararzt. Prag* 1828.

15) Tales apud homines cuprum pertractantes pluries conspexi. Cfr. Bartholinus (Hist. anat. rar. cent. I. obs. 40. T. I. p. 65), — Paullini (Misc. acad. nat. cur. dec. II. an. 4. app. obs. 33), — *Bulletin des sciences méd. redigé par Mr.* de Férmon. 1826. *Mai.* p. 108. (*Sur la présence du cuivre dans les cheveux d'un fondeur des métaux*).

16) Riedlin lineae medicae. a. 1697. Feb. obs. 7. p. 88.

17) Bartholin l. c. cent. V. hist. 24. T. III. p. 41. —

faciem [18]), dorsum [19]), abdomen [20]), membranas cerebri [21]), testiculos [22]), tumores [23]), ovaria [24]), — vel *copia* et pondere incommodi [25]), vel longitudine formam laedentes [26]), vel deficientes.

6. Crines

Plater obs. med. Lib. III. p. 590. — Valisnieri opp. Venet. 1733. Vol. II. p. 278. — Bang de monstro Hafniae nato 1767, in collect. Hafn. Vol. I. p. 92. Tab. 4. — Bose de praeternaturali pilorum proventu. Lips. 1776. — *Storia raggionata di una donna avente gran parte del corpo coperta di pelle e pelo nero. Di* Cesare Ruggieri. *Venezia* 1815. — *Beschreibung eines auffallend behaarten Mannes*, ex *London medic. physical journal*, in Horn's *Archiv f. med. Erfahrung.* 1827. *Nov. Decemb. p.* 1090.

18) *Breslauer Sammlung.* 1720. p. 672. Misc. nat. cur. dec. II. a. 4. obs. 163. p. 348.

19) Gilibert *Samml. prakt. Beobacht. übersetzt von* Hebenstreit p. 56.

20) Osiander *Denkwürdigkeiten aus der Geburtshilfe.* 2. *B.* 2. *St.* p. 407. *Journal général de médecine, chirurgie et pharmacie* 1813. *Janvier.* Observante Martin: ex intestino recto crines pendebant.

21) Morgagni l. c. Epist. 24. 4.

22) Schaarschmidt *medic. und chirurg. Nachrichten. Jahrg.* 3. p. 88.

23) Paconis et Pythagorae exercitat. anat. 83. — Sandifort museum acad. Lugd. Vol. I. sect. 3. p. 124. — C. A. Bergen diss. de pilorum praeternaturalium generatione et pilosis tumoribus. Francf. ad Viadr. 1745.

24) Blancardi anat. pract. rational. cent. II. obs. 27. — De la Fontaine *chirurg. med. Abhandl.* — Acta mea Clinica. Vol. I.

25) Cephalaea a nimia capillorum copia mihi pluries obvenit.

6. Crines *figurâ* peccant, si tenues [27]), setis similes [28]), adipe sive oleo obliti [29]), fungis obsessi *), crispi **), apice fissi, bifurcati [30]), inter se implicati ac intorti [31]). Figura abnormes.

7. Ca-

26) Collect. academ. T. III. p. 168. *Compendio della nascita e costumi di un giovane d'anni ventotto denominato il vivo Scapiglione nativo da Brischel di Barbaria e sua rurità riconosciuta da più professori delle primarie università d'Europa.* Vidi eum a. 1826. Vicentiae. Historiam quidem vitae suae fabulis milesiis adscribo, realis autem est conditio capillorum ut describitur: „*Il di lui capo è grande, e di una folta e straordinaria chioma lunga di quattro piedi e mezzo, diametralmente eguali in circonferenza, che gli formano un bel circolo di raggi; i capelli sono tutti crespi, fini e di colore castagnei bruni tendenti al nero*,“ addunt: „*Questi crescono ogni giorno colla massima celerità, ed ogni otto giorni sono cresciuti di due dita, laddove conviene farglieli tagliare per il solo aumento avuto in detto tempo, altrimenti soffre un calore straordinario, che gli reca una grave emorragia dal naso . . . . . se all' incontro gliesene tagliano più di due dita de' suoi capelli, . . . allora prova un grado estremo di debolezza, che subito gli fa scolorire le carni, le impallidisce, ha dolori di capo, e brividi di un freddo febbrile, seguito da un calore oltre l'ordinario; è melancolo e senz' appetito.*“

27) *Leptotrichia* a Graec. λεπτὸς, tenuis, et θρὶξ, pilus.

28) *Chaitosis* a Graec. *Χαίτη* seta. (Obvenit apud infantes atrophicos ad dorsum, ad brachia etc.).

29) *Liparotrichia* a Graec. *Λίπος* et θρὶξ, pilus.

*) Gautier in *Mem. della soc. med. di Bologna. T.* 1. p. 350. (Forte a linteis madidis semiputridis, uti hoc

Peculiaris consideratio. 7. *Canitiem* et *lapsum capillorum* peculiari examini subjiciemus.

§. XXVI.

C a n i t i e s.

Definitio. 1. *Canities* [1]) mutatio capillorum in colorem album ante legitimam [2]) aetatem, dicitur.

Symptomata. 2. Vitium, de quo agitur, sane haud rarum [3]), vel

teste Targioni in 12. Vol. *di Memor. di natur. e fisic. ital.* in linteis deligationi ulcerum antiquiorum inservientibus contingit). Interea rite monet cl. Harless (Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde.* 1815. *St.* 11. p. 119. in nota) crines, utpote ad vegetabilium naturam propius accedentes, fungis parasitantibus facile obsideri.

**) Nautarum crines plerumque crispos esse refert Buchan (*Practical observations concerning sea-bathing. Lond.* 1804).

30) *Schizotrichia* a Graec. Σχίζω, findo, et θρὶξ, pilus.

31) *Trichoma* a Graec. Τρίχες, pili.

1) *Poliosis* a Graec. Πολίωσις, canities. Germ. *graue Haare.* Gall. *Cheveux blancs.* Angl. *Greyhair.* Ross. Сѣдина. Polon. *Siwizna.*

2) J. L. Hannemann de canitie in juvene XVIII. annorum. (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 1. 1682. p. 169). — Brée in *Journal des sciences médicales. Janvier* 1828. — *Merkwürdige Entfärbung der Haare und der Haut, beobachtet v. Dr.* G. Lieber in Hecker's *liter. Annalen der gesammten Heilk. Vierter Jahrg. Mai* 1828. p. 100.

3) Hannemann Misc. nat. cur. dec. II. a. 1. obs. 69. — Voigtel op. c. 1. *B.* p. 89. — Zeiler Epist. cent. I. p. 17. — Plenk l. c. p. 242.

vel ad extremitates, vel ad basin capillorum originem ducit. Citissime dein totus pilus, nunc in universum, nunc in parte tantum, canescit. Vel post mortem id contigisse fertur [4]).

3. Canities vitium sistit nunc haereditarium [5]), nunc congenitum [6]), nunc onaniae, veneri tribuendum; nunc a cephalalgia, a terrore [7]), ab animi curis [8]), a vitio syphilitico, leproso [9]), cancroso [10]), nunc a nulla evidenti caussa [11]) pendens. Quamvis crines cani radices minimas exhibeant [12]), attamen canitiem a defectu nutritionis Caussae.

4) J. B. Gründel de nigris capillis post mortem canescentibus (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 8. 1699 et 1700. p. 3 3).

5) Zwinger theatrum prax. medic. p. 369.

6) E. c. apud *albinos;* a matris gravidae timore (Schenk obs. med.).

7) Schenk obs. med. rarior. lib. I. de capite. Obs. 1. — J. L. Hannemann de canitie a metu (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. 1685. p. 134). — Bonet medic. septentrional. collect. T. I. p. 10. — Doute ergo canities a timore. Paris. 1657. — *Fränkische Samml.* 4. *B.* p. 464. — Marc. Donatus de medica histor. mirabili. p. 1.

8) Judaei poloni, continuis negotiis et curis obruti, citissime canescunt.

9) Lentini memorabilia circa aërem etc. Clausthaliensium. p. 112.

10) Withoff l. c. p. 387.

11) *Memoirs of the medical society of London* 1792. Vol. 3.

12) Withoff l. c.

tionis sive ab exsiccatione medullae capillorum, ob id quod, inprimis ad barbam, aliorum crinium instar crescant, repetere nequimus.

Prognosis. 4. Canities nequaquam in longaevitatem influit. Pili cani subinde iterum subflavescunt.

Cura. 5. Ad retardandam canitiem nimia capitis velamenta, capillorum frequens evulsio [13]), lotio in aqua dulci, aërque crassus, calidus, vinum forte, repetitae indigestiones evitari, ac alvus rite aperta teneri debet [14]), Et caro viperina, et frequens masticatio *myrobalanorum chebulorum* [15]), hîc laudantur. *Modus* canitiem *occultandi* apud MERCURIALEM [16]) et FORESTUM [17]) addisci potest. Caveas ab arcanis ad tingendos crines venditis [18]).

§. XXVII.

13) Hippiatri stellas albas in equis per frequentem evulsionem crinium faciunt (MERCURIALIS l. c. cap. 6).

14) MERCURIALIS l. c.

15) R. Myrobalanorum nigrorum absque nucleis drachmas quadraginta. Gingiberis, amios ââ drachmas decem. Irrorentur cum butyro et deinde distemperentur cum penidiis ad quantitatem mediae partis totius medicaminis. Deglutiatur saepe drachma una hujus confectionis.

16) l. c. 17) lib. VIII. c. X. obs. 10.

18) Comoeda celebris Warsaviensis amicae suae Vilnensi ejusmodi generis arcanum vix dono obtulerat, quum paullo post litteris eam enixe rogaverit, ne illud in usum duceret, ob pessimas sequelas inde Warsaviae observatas. Nobilis alumna coenobii equestris Vindobonensis encephalitide ex eadem caussa a. 1825. obiit.

§. XXVII.

Lapsus pilorum.

1. *Lapsus pilorum*, de quo HEILAND [1]), AMPFING [2]), SAND [3]), PFEIFFER [4]), HEISTER [5]), GENSEL [6]), DELIUS [7]), HORSTIUS [8]), LAVALETTE et MOREAU [9]), DESTRÈS [10]), W. J. CARSON *) scripserunt, varias in species dividi solet [11]). Scriptores et divisio.

F 2 2. *Ma-*

Famula, quae illi fatale unguentum inunxerat, brachiorum tumore et febre gravissime decubuit.

1) Diss. de calvitie. Francf. 1602. Ejusdem diss. de alopecia et ophiasi. Ibid. 1612.

2) Diss. de alopecia et ophiasi. Rostock. 1676.

3) De areae generibus, alopecia et ophiasi. Regiom. 1683.

4) Diss. de calvitie. Budae 1783.

5) *Chirurgische Wahrnehmungen* p. 159.

6) De pilorum defluvio totius corporis (Ephem. acad. nat. cur. cent. 3 et 4. p. 311).

7) Defluvium capillorum omniumque crinium universi corporis singulare (Nova acta physico-medica acad. nat. cur. T. I. obs. 25. p. 103).

8) Obs. sing. Lib. II. obs. 28. et annot. medic. phys. Wratislaw. tentam. XI. p. 210. et XIII. p. 335.

9) *Chute subite des cheveux* (*Mém. de Toulouse. T.* 2. *hist.* p. 56).

10) *Rapport de Mr.* VILLERMÉ *au nom d'une commission, sur une observation de chute de cheveux, suivie de la pousse de nouveaux, qui devinrent promptement blancs, puis châtains vers la racine seulement, à mesure qu'ils croissaient* (*Journal général de médecine* 1819. *Novembre* p. 213).

*) Ex *Edinburgh. journ. of med. scienc.* in HORN's *Ar-*

Madesis. 2. *Madesis* [12]) pilorum vel capillorum dicitur lapsus transitorius, paulatim et sparsim ita factus, ut pili, nulla in totum denudata parte, tantum rariores evadant.

Alopecia. 3. *Alopecia* [13]) pilorum capitis, vel barbae aut superciliorum defluvium sistit, relicta area, instar vitii, cui vulpes annosiores saepe subjectae sunt *).

Ophiasis. 4. *Ophiasis* [14]) capillorum est defluvium, forma serpentina. Vitium quandoque ab occipite utrinque ad aures usque extensum serpit, latitudine duorum fere digitorum transversorum, aliquando etiam ultra aures ad ipsam frontem usque ascendens.

Phalacrosis. 5. *Phalacrosis* [15]) defluvium nuncupatur capillo-

chiv für med. Erfahrung. Jahrg. 1827. *März. April.* p. 336. (Nec vestigium pili in universo corpore; deerant adeo supercilia, vibrissae et pili auriculares).

11) Swediaur l. c. p. 764.

12) A Graec. μάδησις, pilorum defluvium transitorium.

13) A Graec. Ἀλώπηξ, vulpes.

*) Die 22. Maii 1819. rusticum vidi, a patre plicoso natum, convulsionibus epilepticis et cephalaeae obnoxium, qui circa occiput aream duarum palmarum magnitudinis exhibebat, crinibus orbatam et lanugine fulvea obsessam. Capilli circum - circa solitam habebant longitudinem atque nigri erant. Simile exemplum Rayer (l. c. p. 387) refert.

14) A Graec. Ὄφις, serpens.

15) A Graec. Φαλακρότης, calvities, — German. *Kahlkopf*, — Gall. *Chauveté*, — Angl. *Bald head*, — Ross. Лысина, — Polon. *Łysina*.

pillorum, potissimum a sincipite, permanans; seu glabrities capitis ex lapsu capillorum non renascentium.

6. Lapsus capillorum, ne de artificiali [16]), vel fortuita crinium evulsione loquamur, sequentes agnoscit caussas: vitium haereditarium [17]), congenitum [18]), epidemicum [19]), febres, cephalaeas, erysipelas capitis, catalepsin [20]), puerperium, phthisin, atrophiam, diarrhoeam, venerem nimiam [21]), studia [22]), curas, terrorem [23]), syphiliden [24]), Caussae.

16) Aretaeus in morbis soporosis evulsionem capillorum ad excitandos aegros commendat; cujus operationis discrimina comprobat Stalpartus van der Wiel (Obs. rar. T. II. obs. 8. p. 59).

17) Hippocrat. lib de aëre, locis et aquis. — Procopius de morbis haereditariis. Erlangae 1758. §. 55. — Rougemont *über die erblichen Krankheiten, aus dem Franz. Frankf.* 1794. p. 80. — Tournefort *voyage au Levant. T. I.* p. 333. — Mangili *sulla calvezza ereditaria. (Giorn. della società d'Incorraggiam. delle scienze e delle arti.* In *Milano. T.* 8. p. 32).

18) Danz in Starks *Archiv für die Geburtshülfe.* 4. *B.* p. 684. Augustin in *ΑΣΚΛΗΠΙΕΙΟΝ Jahrg.* 1812. 3. *Heft.*

19) Seb. Egberti apud Swediaur l. c. p. 765. in nota.

20) P. J. Chr. Fr. Hannemann de omnium pilorum casu post paroxysmum catalepticum (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 3. 1695 et 1696. p. 77).

21) Auctor libri Hippocratis: de natura pueri. Aristoteles problematum sect. 4.

22) Synesius prudentiam et pilos inimicitiam habere as-

den [24]), lepram, tineam capitis, plicam, pediculos, insolationem [25]), acarum americanum [26]), ferrum ad crispandos capillos calide nimis admotum, acuum comatoriarum abusum [27]), neglectum mitellae nocturnae, pulverem cyprinum calce mixtum, venena [28]), mercurium [29]) et ignotam demum

serit (libro de calvitie). Lege et *Gazette de France.* 23. *Feb.* 1763. Exemplum Equitis *Epernay* narratur, de quo Tissot in libro *de la santé des gens de lettres. Oeuvres. T.* 8. p. 33. loquitur.

23) G. D. Mayer ex subitaneo terrore in virgine sincipitis madarosis (Ephem. acad. nat. cur. cent. 5 et 6. p. 316).

24) Rondeletus opp caput de alopecia ex morbo Gallico. — Morgagni op. c. epist. 46. 2.

25) H. L. du Hamel *observation sur des cheveux tombés par un coup de soleil et revenus dix ans après* (*Mém. de l'académie des sciences de Paris. a.* 1770. *Mém.* p. 50).

26) *Voyage dans la République Colombia en* 1823, *par* G. Mollien. *Paris* 1824. („*Les plaines chaudes de la Colombia sont peuplées d'animaux malfaisants* . . . . *le garapata* (acarus americanus) *dont la piquure cause la chute des cheveux* . . .").

27) Plurimae Insubriae rusticae ophiasi laborant, quod maxime ex usu capillos ope acuum majorum comatoriarum connectendi repeti posse arbitror.

28) „Defluit expulsus morbo latitante capillus,
„Si vero lavetur, seu vis epota *veneni,*
„Seu salamandra potens nullisque obnoxia flammis
„Eximium capitis tactu dejecit honorem."

29) Forestus l. c. obs. 5.

mum corporis dispositionem [30], feminis [31], spadonibus [32], et coecis natis [33], non familiarem, ab arthritide non alienam *).

7. In diagnosi lapsus pilorum, inprimis determinari debet, utrum malum ex vitio locali aut universali pullulet? Hoc ultimo in casu signa variarum diathesium, inprimis leprosae et venereae, perpendenda sunt. Latens adhuc lepra, interdum per peculiarem aegri physiognomiam cognoscitur. Defluvium pilorum syphiliticum (*Pilarella*, *Pelada*) potissime barbam et supercilia afficere solet. Tandem sciendum est, lapsum capillorum, in juvenibus robustis, succi plenis nonnunquam plethorae originem debere [34]). Diagnosis.

8. Defluvium pilorum sub morborum curriculo signum lethale constituit [35]). Madesis convalescentium tertio circiter a lapsu capillorum mense repa- Prognosis.

30) Heister in Misc. n. c. dec. I. a. 2. obs. 103.

31) Galenus 6. Aphor. 27. — Aristoteles 5. de generatione animalium. c. 3. — Feminam tamen formosam ac sanam absoluta phalacrosi laborantem vidi.

32) Aristoteles l. c. sect. X. probl. 56. — Slevogt diss. de spadonibus. Jenae 1690. — Withoff diss. de castratis. Lausan. 1762.

33) Aristoteles l. c. sect. XXXI. probl. 5.

*) L. J. Schmidtmann summa observationum medicinalium ex praxi clinica triginta annorum deprompta Vol. III. Berol. 1826. cap. VI.

34) Forestus l. c. obs. 3.

35) Hippocrat. 5. Aphor. 11 et 12.

reparari solet [36]). Lentius supercilia crescunt [37]). Varices calvitiei obstare [38]), haud veritati consonum. Ophiasis facilius quam alopecia curatur. Lapsus crinium senilis, leprosus, et ex destructione bulborum oriens, insanabilis est; ille ex caussa venerea aut ex tinea, devicto morbo primario, sanationis spem relinquit. Detracta licet cute capillus renasci potest, quem vero cicatrix locum defoedat, hunc pilus nec unquam ornabit [39]). Idem si pallida aut insensilis fuerit area, accidit [40]). Generatim de capillorum reditu nunquam absolute desperandum [41]).

Cura. 9. Veteres medici hypothesibus scholae Galenicae addicti, defluvium pilorum, tum regimine diaetetico, tum remediis localibus, curare sategerunt. Abstinentia a cibis flatulentis, a caseo, a baccho et venere, atque diaeta demulcens facilis digestionis e. c. cerebella animalium, jura gallinarum et caponum, maxime commendabantur [42]).

Curam

36) Haller elem. physiol. Vol. V. lib. XII. sect. 1. p. 38.

37) Haller l. c.

38) Hippocr. 6. aphor. 39) Haller l. c.

40) Zacut. Lusitan. op. c. lib. VII. c. 1. p. 5.

41) M. Schurich de calvo post triginta annorum decursum comato (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 191). — *Observation sur une chûte de tous les poils, qui ont réparus quelque tems après (Hist. et mém. de la soc. Roy. de médecine. A.* 1776. *hist.* p. 288). — Du Hamel l. c.

42) Forestus l. c. obs. 8.

Curam localem ab evulsione crinium forte corruptorum ordiebantur [43]. Pars dein radebatur, ac ita linteo aspero perfricabatur, ut cruor in conspectum veniret [44]. Fuere qui cum *cepa* [45], aut cum *pulvere apum* [46]) frictionem instituerent. Latente plethora, vel cutis siccitate, potius lotio ex decocto herbae malvae ac dein unctio ope olei seminum lini, amygdalarum et olivarum conducit [47]. Permulta alia ad pilos revocandos commendata fuere, e. c. *oleum anethi*, *myrtillorum*, *terebinthinae*; *adeps viperae*, *ranarum*, *ursi*; *axungia* vetus sed praecipue derasa axibus rotarum; fex ampullae lucernariae, *pix* liquida aut sicca, oleo liquefacta; *sulphur*, *cinis tithymelorum*, *muscarum*, *murium*, *ranarum*, *scarabeorum*, *ostreorum*, salsorum piscium, amygdalarum amararum, cum oleo, aqua prima mellis, urina, cataplasma ex stercore animalium, ex muscis tritis, inter quae remedia communi consensu *gummi ladanum* primum occupat locum. Si pars radi nequeat, aqua ex connubio limacarum rubrarum et sale emergens [48], aut oleum, in quo ladanum, absynthium, baccae juniperi contusae linteo ligatae, per quinque dies infusa et dein expressa fuere [49])

43) „Sicuti agricolae prius radices putridas et inutiles auferunt, antequam semina terrae committant.“ Mercurialis l. c.

44) Hallerus l. c.

45) Forestus l. c. obs. 6.

46) Ibid. obs. 1.

47) Ibid. obs. 8.

48) Ibid.

fuere [49]) madesi obstant. — Conducunt interdum *unguentum ex butyro et muscis vivis* paratum [50]); item solutio *vitrioli cupri* in alcohol (spiritu vini gallico ope destillationis a materia colorante depurato [51])). In homine calvitie simulque haemorrhoidibus laborante, *aquae* profuere *Carolinae* [52]). Ad pilos abnormes eradicandos, unguentum ex auripigmento, calce viva et melle, adhiberi solet. Nisi locus hirsutus amplus fuerit, applicatio *succi herbae chelidonii majoris* conducit.

Caput XI.

De strophulo.

§. XXVIII.

Definitio. Historia. Formae. Caussae.

Definitio. 1. *Strophulus* eruptio cutanea est, curriculo primi vitae anni, praecipue ad faciem extremita-

49) Hallerus l. c.

50) R. Muscarum vivarum No. 200. Butyri recentis unciam unam. Misc. et liquefiant prope ignem lenem, exprimantur per linteum. D. ad caput illiniendum.

51) Rademacher *wirksames Mittel bey Kahlheit die Haare wieder wachsen zu machen* (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1826. *März.* p. 104).

52) Fr. Leo *Bemerkungen über Karlsbad als Kurort im Jahre* 1825 (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1826. *September*).

mitatesque superiores, sub forma papularum, nunc rubrarum, nunc albarum, obveniens.

2. Arabes strophulum sub nomine *Bothor infantum* descripsere [1]). Dein a singulis, morbos infantiles perlustrantibus auctoribus [2]), descriptus est. Graphice, at, ni fallimur, subtiliter nimis illius doctrinam WILLAN [3]) et BATEMAN [4]) exposuere. Historia.

3. Strophulus, *primis a nativitate mensibus*, sub forma *papularum* discretarum, rubrarum [5]), sive albarum [6]) ad genas, antibrachia, dorsum manuum, raro ad universum corpus, comparere solet. Papulae subinde punctis maculisque rubris intermixtae cernuntur, et ad manuum dorsum aliquando *pustulae*, sero flavo repletae, mox evanescentes in conspectum veniunt. Strophulus, inter Formae.

1) AVICENNA lib. I. fen. 2. doctr. 3. cap. 3.

2) P. I. Vol. I. sect. I. §. IX. No. 5. §. X. No. 8. §. XI. No. 13.

3) Op. c. p. 14. Tab. 2. 3. 4.

4) *A practical synopsis of cutaneous diseases.* p. 1. — *Delineations* etc. *Plate I — III.*

5) *Strophulus intertinctus* WILLANII et BATEMANI (*Delineations* etc. *Plate I*). — RAYER l. c. *Planch. VI. fig.* 1. GERM. *Schälblattern*, *Hitzblüthen*, *das rothe Ausfahren*, *Gesämte*, *Hautblattern*, *Ausgesprenge*, *Schälliesen*. GALL. *Efflorescence benigne.* ANGL. *Red-gum.* ROSS. Цвѣтъ разсыпной.

6) *Strophulus albus* WILLANII et BATEMANI l. c. *Plate II.* — RAYER l. c. *Planch. VI. fig.* 2. ANGL. *White-gum.*

inter *quartum* et *quintum aetatis mensem* prorumpens, ex *papulis* circularibus, magis confertis [7]), profunde rubris, eadem loca occupantibus, constat. *Octavo mense* strophulus praeterea extremitates inferiores occupat et hinc inde a capite per universum corpus migrat [8]). Eadem eruptio cutanea, *primo vitae anno versus finem vergente*, interdum formam papularum maximarum, albarum, discretarum, lumbos, scapulas et antibrachia obsidentium, induit [9]). In genere, sub curriculo strophuli infantes sereni sunt et caeterum bene valent; sunt tamen, praesertim dum eruptio circa quintum mensem contingit, qui irrequieti fiunt, febrem, vomitumque patiuntur, ac linguam albam et marcorem exhibent.

Caussae. 4. *Caussa* strophuli, quae vulgo in acido primarum viarum, in prava lactis conditione et in ventriculi imbecillitate quaeritur, utpote saepissime apud infantes robustos comparens, potius in nimio humorum ad cutem affluxu locari debet. Praeterea strophulus post quintum mensem maxime

7) *Strophulus confertus* Willanii et Batemani l. c. *Plate III. fig.* 1. — Rayer l. c. *Planch. VI. fig.* 3. Germ. *Zahnausschlag*, *unächte Krätze.* Angl. *Tooth rash*, *the rank.* Ross. Цвѣтъ сплошной.

8) *Strophulus volaticus* Willanii et Batemani l. c. *Plate III. fig.* 2.

9) *Strophulus candidus* Willanii et Batemani l. c. *Plate III. fig.* 3. — Rayer l. c. *Planch. VI. fig.* 4.

xime cum dentitione cohaeret. Interdum is aliorum morborum veluti crisin constituere videtur.

§. XXIX.

Diagnosis.

1. *Strophulus* (ne dicamus de ictibus insectorum) cum *erysipelate recens natorum*, cum *morbillis*, cum *rubeola*, cum *variola*, cum *erythemate*, cum *hydroa*, cum *psydracia* et cum *tinea faciei* confundi potest. Facilis confusio.

2. *Strophulus* solummodo dum febre stipatur, cum *erysipelate recens natorum* confundi posset. Distinctio ab erysipelate recens nat.

Erysipelas R. N.	*Strophulus cum febre.*
a. Paucis a partu diebus ingruit.	a. Circa quintum mensem comparet.
b. Gravia eruptionem praecedunt symptomata.	b. Sine prodromis, sub adspectu levioris morbi, occurrit.
c. Orditur a nucha, umbilico, ab extremitatibus et a genitalibus.	c. Orditur plerumque a facie.
d. Ruborem diffusum, livescentem, exhibet.	d. Papulas circulares sive coccineas, sive profunde rubras, offert.

3. Symptomata coryzae *morbillos* satis a *strophulo* distinguunt. Quoad *rubeolam* major in diagnosi difficultas esset, nisi ea spatio paucorum dierum, — *strophulus* autem, etiamsi interdum febrilis, plerumque post aliquot tantum hebdomades, Distinctio a morbillis, a rubeola et a variolis.

das, terminaretur. *Variola* a *strophulo* cum vomitu ingruente, praecipue habita ratione morborum regnantium ac vaccinae, dignoscitur.

Distinctio ab erythemate.

4. Cum *strophulus* papulas *ubique* sparsas, *erythema intertrigo* autem ruborem aequalem inter *plicas cutis* sedem figentem referat, distinctio haud ardua evadit. Idem rubor aequaliter diffusus cum secessu epidermidis, *erythema recens natorum*, quod supra descripsimus [1]), evidenter a *strophulo* distinguit. —

§. XXX.

Prognosis. Cura.

Prognosis.

1. Strophulus omni periculo vacat, dummodo retrocessus, saepe diarrhoea, vomitu, inflammationibus viscerum insignitus, impediatur. Quamvis hinc inde accidat, strophulum breve admodum curriculum absolvere, plerumque tamen ad plurimos menses, per repetitos eruptionis insultus, extenditur. Desquamatio raro et solum ad brachia observari solet. *Aphthae* nobis simul cum *strophulo* obvenerunt, igitur unum ab altero, ut WILLAN credit, non liberat malo.

Cura.

2. Strophulus in infante vegeto nulla medela indiget. Temperaturae debitae hinc solum ratio habenda est. Praesente febre et alvo perturbata, *nitratis potassae* sive *magnesiae* purae aliquot grana cum *syrupo* sive *fraxini orni*, sive *rhei*, non negle-

1) Cap. V. §. XIV. 9.

neglectis in provectiori morbo *balneis tepidis*, ordinem componunt. Diutius perseverante strophulo cum inquietudine et macie, *infusum herbae violae tricoloris* cum successu adhibetur. Sunt qui decoctum *cinchonae* et *martialia* suadent [1]), quae ultima tenellis qualicunque demum sub forma haud convenire existimamus.

Caput XII.

De urticatione.

§. XXXI.

Definitio. Historia. Symptomata. Caussae.

1. Vitium cutis adspectu urticariae simile sed chronicum saepeque habituale ac summo pruritu stipatum, *urticatio* dicitur. Definitio.

2. Plurimi quidem inter auctores *urticationis*, sub nomine *urticariae chronicae*, mentionem injecere, sicuti praecipue videre est apud Heberden [1]) et J. P. Frank [2]); at nemo illam pro speciali morbi forma ante Wichmannum [3]) statuit. Plurima *lichenum* exempla a Willanio [4]) et Batema- Historia.

1) Bateman synopsis etc. p. 5.

1) In *Medical transact. Vol. V.*

2) Interpretat. clinicae. p. 422.

3) *Ideen zur Diagnostik.* 3. *Thl.* p. 129.

4) Op. c. p. 24—36.

TEMANO [5]) hùc pertinere videntur. Itém *roseola* BATEMANI *).

Sympto-
mata.

3. Urticatio cum magno pruritu, plerumque derepente, aliquando praevia somnolentia, nausea, cephalaea, artuum dolore, dyspnoea, febricula, et interdum proxime ante menstruorum periodum [6]), sub *forma triplici*, *macularum* scilicet, *papularum* et *tuberculorum*, potissime ad brachia, dorsum manuum, truncum, collum, raro ad faciem (quandoque ad linguam [7])) erumpit, sub lecti tepore evanescit (alias maxime prurit), sub aëre libero et post lavationem redit, concessis liberis intervallis, interdum per plures menses graves patientibus, caeterum valentibus, molestias affert, ac, nisi aeger scalpat, excepta nonnunquam furfuracea desquamatione, sine reliquiis desinit. *Maculae* et *papulae*, colorem fructus rubi idaei vel et livedinem cum cute aspera exhibent. *Tubercula* alba, dura, basi inaequalia, noctu praeprimis valde pruriunt ac *morbum*, sic dictum *tuberculosum* [8]) constituere videntur.

4. Ur-

5) *Delineations* etc. *Plate IV. fig.* 1. 2.

*) Roseola aestiva *Plate XXV. fig.* 1. R. autumnalis *fig.* 2. R. annulata *Plate XXVI. fig.* 1. R. infantilis *fig.* 2.

6) SAMUEL VOGEL *Handbuch der Arzneywissenschaft.* 3. *Th.* p. 275.

7) Cfr. P. III. Vol. I. Sect. I.

8) *Phymatosis* SWEDIAURI, a GRAEC. Φῦμα, tubercu-

4. Urticationi inprimis obnoxii sunt: homines climatibus septentrionalibus haud adsuèti, cuti tenera instructi, inprimis infantes, feminae et maxime hystericae [9]), ita hypochondriaci nec non haemorrhoidarii. Potissimum a transpiratione suppressa, ab animi pathematibus excitatur, quamvis haud raro et sine nota caussa obveniat. Contagii urticatio nullam suspicionem movet. Caussae.

§. XXXII.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

1. *Urticatio* cum *urticaria*, cum *erythemate*, et cum *psydracia* potius quam cum *psora*, ut Wichmann crediderat [1]), confundi potest. Diagnosis.

Urticaria.	*Urticatio.*
a. Morbum *acutum* sistit.	a. Ad morbos *chronicos* pertinet.
	b. Quo-

lum. Arab. *Sorah*, seu: *sara*. Angl. *Chronical netle rash.*

9) Urticationem cum mala uteri conditione cohaerere, docet et societas, quam illa cum cancro uteri inire solet, observante Ch. M. Clarke (*observations of those diseases of females which are attended by discharges. Part I. Lond.* 1814. *chap.* 11). Vidimus urticationem ad mammas, etiam in feminis recenter nuptis. — T. T. Hewson (*the north-americ. medical and surgical journ. January* 1828) de femina narrat *fluore albo* laborante, quaeque sub usu *balsami copaivae* in speciem urticationis, seu potius urticariae, incidit. Illa caussam morbi cutis in pharmaco, ego potius in morbo quaererem.

1) l. c. p. 147.

b. Quolibet anni tempore observatur.	b. Morbus est praecipue hiemalis.
c. Aegros lecto plerumque affligit.	c. Aegri praeter pruritum nullum experiuntur morbi sensum.
d. Vix pluries eundem hominem invadit.	d. Morbum habitualem constituit.

Dist. ab erythemate. 2. *Erythema tuberculosum et nodosum* BATEMANI [2]) nil aliud est quam *forma nodosa urticationis.* Sic docent summus illius pruritus (erythema potius ardore stipatur), ac volatica apparitio (erythema sat stabile est).

Monitum. 3. Difficultatem diagnoseos urticationis pluries *vestigiis scalptus* tribuendam esse, ne obliviscaris.

Prognosis. 4. Urticatio malum intolerabile et taediosum sistit, ast periculo destitutum.

Cura. 5. Tueatur aeger a refrigerio, prospiciat transpirationi, habeat *baluea tepida*, et illiniat, in rebelli malo, partes affectas *unguento demulcente.* Interne *decoctum radicis smillacis sarsaparillae* [3]) ac *pilulae ex resina quajaci officinalis*, *camphora*, *sulphurati stibii et mercurii*, nec non *extracto herbae solani dulcamarae*, conducunt. Si haemorrhoides subfuerint, *sulphur* cum lenibus alvum evacuantibus indicatur. *Acido sulphurico* cum *infusione*

2) *Delineations* etc. *Plate XXXI. fig.* 2. et *XXXII. fig.* 1.

3) Maxime conducit.

sione rosarum vel cum *decocto corticis cinchonae*, utitur WILLAN [4]).

CAPUT XIII.

De hydroa.

§. XXXIII.

Definitio. Caussae.

1. Papulae, saepe pustulae, grano milii aequales, vel et majores, derepente cum pruritu orientes, fugaces, in squamulas sive exiguas crustas abeuntes, *hydroa* [1]) salutantur. Definitio.

2. Hydroae homines climatibus calidis non adsueti [2]), ac aestivo tempore sese aurae nocturnae frigidiusculae incaute exponentes, inprimis Caussae.

 subji-

4) l. c. p. 34.

1) A GRAEC. Ἱδρώς, sudor. — *Phlyzakion* SWED. — A GRAEC. Ψυδράκιον, bulla, seu vesicula.

2) Germani, Poloni, Italiam adeuntes, primis annis ita hydroa laborare, ac Itali et Galli, Rossiam petentes, urticatione affici solent. Frequentissime autem hydroa sudamen in *regionibus tropicis* obvenit (ANGLICE: *Prickly-heat*) ac ideo a WILLAN, *lichen* nuncupatur *tropicus* (l. c. p. 36). Pulchre hunc morbum WINTERBOTTOM apud WILLAN descripsit. Ita CLARK (*observations on the diseases of seamen in long voyages. Vol. I.* p. 34). MOSELEY (*on the diseases of tropical climates* p. 20) et CLEGHORN (*on the diseases of Minorca ch. 4*).

subjiciuntur. Excitatur a sudore copioso sive spontaneo sive artefacto, a balneis frigidis meridianis horis adhibitis, ac verisimiliter a rebus heterogeneis, febrium, spasmorum et evacuationum suppressarum, praecipue lactis [3]), menstruorum, urinae [4]) caussa, ad cutem depositis.

§. XXXIV.

Diagnosis.

Divisio. 1. Hydroa in *sudamen*, *febrile*, *nervosum* et *criticum* dividitur.

H. sudamen. 2. *Hydroa sudamen* [1]) ex papulis rubris vel ex pustulis confertis, nunc sphaericis ac sero albo pellucido repletis, nunc conicis et liquore flavescente turgidis, manus *), brachia, crura, pedes, rarius truncum et faciem, rarissime universum corpus occupantibus, noctu inprimis prurientibus, per totum aestatis curriculum nunc evanescentibus, nunc redeuntibus, nec morbis cum copiosis sudoribus alienis, constat.

H. febrile. 3. *Hydroa febrile* pustulas, nunc solitarias, nunc

3) Lactis secretione a frigore aut alia caussa suppressa, saepe hydroa, nutricum familiare malum, nasci observavi.

4) Hydroae, urinosum humorem continentis, LORRY mentionem injecit. l. c. p. 32.

1) GERMAN. *Schwitzblätterchen.* ROSS. Водянистые пузырки. POLON. *Potówki.* BATEMAN *Plate VI. fig. 1. Prurigo mitis.*

*) *Eczema impetiginosum* BATEMANI *Plate LV. fig. 2.*

nunc confertas, sudaminibus majores, sub curriculo aut versus finem morborum febrilium, praecipue vitiis hepatis stipatorum, ad labia, genas, pectus, volas manuum [2]) prorumpentes, mox crustis ac squamis, sine ulla cicatrice deciduis, obtegendas, sistit.

H. nervosum, criticum.

4. *Hydroa nervosum et criticum*, febrili simile, cum levamine vel spasmorum, vel aliorum malorum ad varia loca, nulla excepta parte, plerumque sine pruritu, interdum cum tumore, nunquam cum cutis rubore, erumpit.

Facilis confusio.

5. *Hydroa* (inprimis *sudamen*) cum *miliaribus*, cum *bullis*, cum *zostere*, cum *strophulo*, cum *psora*, cum *psydracia*, cum *herpete* et cum *tinea faciei*, confundi potest.

Distinctio a miliaribus.

6. *Miliaria.*	*Hydroa sudamen.*
a. Morbos acutos concomitantur.	a. Morbum, tempore aestivo plerumque habitualem, sistit.
b. Aegri lectum petere adiguntur.	b. Aegri occupationibus propriis vacare queunt.
c. Prodroma specifica agnoscunt.	c. Sine prodromis prorumpit.
d. Vix pruritum exhibent.	d. Pruritu, praesertim nocturno, stipatur.

Distinctio a bullis.

7. *Bullae* ad magnitudinem amygdalarum crescere, cuti rubrae insidere, halone rubro circumda-

2) P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXII. 5.

cumdari, morbis sat gravibus supervenire et solummodo nychthemeri spatium efflorescere solent; quae singula in hydroa aliter constituta esse, supervacaneum foret repetere.

Distinctio a zostere.

8. *Hydroa* praesertim *criticum*, nonnunquam *zosteri* ita simile observatur, ut differentia nonnisi in summo pruritu et sede hìc ad unum tantummodo latus circumscripta, inveniri possit.

Distinctio a strophulo.

9. *Hydroa sudamen*, sub forma papularum erumpens, magnam cum *strophulo* similitudinem alit, interea illud plerumque morbum adultorum, faciem rarissime occupantem, pruritu stipatum et copiosos sudores sequentem sistit, quibus in rebus valde a strophulo differt.

§. XXXV.

Prognosis. Cura.

Prognosis.

1. *Hydroa sudamen*, praepostere fugatum, catarrho, diarrhoeae et, testantibus Cleghorn atque Moseley, gravioribus adhuc malis originem praebet. In hominibus ad herpetem dispositis ac liquoribus fermentatis abutentibus, interdum id in ulcera mali moris degenerat [1]). Reliquas species saepe variorum morborum *crisin* constituere jam dictum est.

Cura.

2. *Hydroa sudamen* summam transpirationis curam exposcit. Sub majori pruritu, quies corporis et regimen antiphlogisticum indicantur. Retrocces-

1) Towne *of the diseases of the Westindies* p. 177.

trocessus secundum regulas generales tractari debet. Caeterae hydroae, naturae committuntur.

Caput XIV.

De pemphigo.

§. XXXVI.

Definitio. Historia. Symptomata. Caussae.

1. Morbus chronicus, habitualis, rebellis, praeviis sive haemorrhagiis, sive spasmis, sive urinae difficultate, sive febre, sive universali cutis pruritu, sub forma vesicarum, bullis similium, erumpens, *pemphigus* [1]) nuncupatur. Definitio.

2. *Traditis historiae et literaturae pemphigi* [2]), adde opuscula Bunel *), Wilmans [3]), Por- Historia et literatura.

1) *Synon.* Pompholix Willani. Pompholix diutinus Batemani (*delineations. Plate XXXIII. fig.* 1). — Gall. *Pemphigus apyrétique; maladie vésiculaire.* — Ital. *Penfigo.* — Hisp. *Burbuja.* — Germ. *Blasenkrankheit.* — Ross. Пузыреватая сыпь. — Polon. *Choroba Babelista.*

2) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IX. De febre bullosa. §. LII, LIV. Restat errorem emendare, quem commisi Gh. Gf. K. Braune qui a. 1795. de pemphigo scripsit, cum Ludovico Equite a Braun, qui idem argumentum a. 1823. tractavit, invicem confundendi. Videri alias posset, me jure talionis adversus istum

PORTER [4]), PANK **), SACHSE [5]), ASDRUBALI [6]), et BERKOWSKI ***).

Prodroma. 3. Pemphigi, *septies* nobis visi, symptomata, multifaria aeque ac intricata sunt. Nullum impetiginis sine praevio uno alterove morbo, erumpentis casum noscimus. Praecesserunt illum: in puella decimum nonum annum agente [7]), *haematemesis;* — in alia viginti annorum menstruisque orbata [8]), primum *pneumonorrhagia*, dein *aphonia* et *asthma*, empyema simulans, atque a *convulsionibus*, subsequentibus *exstasi*, *urina cruenta* cum *sedimento calculoso*, illico fugatum; in tertia vigesimum quartum annum numerante [9]),

auctorem usum esse, quippe qui Patris mei de pemphigo observationes, cum meis confudit (Op. cit. p. 31).

*) *Dissert. sur le pemphigus. Paris* 1811.

3) *Beobachtung eines glücklich geheilten Pemphigus, nebst Beyträgen zur Diagnostik und chemischen Analyse desselben.* v. HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1818. *St.* 9. p. 3.

4) In *the med. and surg. Journal* 1819. *Octob. No.* 61.

**) Diss. de diagnosi et cura pemphigi. Dorpat. 1825.

5) *Nosologisch - ätiologische Abhandlung über den Pemphigus* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1825. *Oct. Nov.*).

6) *Caso di penfigo cronico,* (OMODEI *annali universali di med. No.* 120. *Decembre* 1826. p. 412).

***) Diss. de pemphigo quaedam. Berol. 1826.

7) In nosocomio civico Vindobonensi a. 1799 — 1800.

8) Ibidem eodem tempore.

rante [9]), *stomacace*, *pneumonorrhagia*, et *difficultas urinae;* — in puero septemdecim annos nato [10]), *gingivae cruentae* et *febris rheumatica;* — in vetula [11]) *epigastrii dolor*, *respirandi difficultas* et *ardor urinae;* — in sene [12]), universalis ac intolerabilis cutis *pruritus;* — et tandem in ancilla viginti duorum circiter annorum [13]), *somniatio*, *chorea St. Viti*, *convulsiones epilepticae*, *cardialgia*, *haematemesis*, *diarrhoea cruenta*, *haemoptoe*, *difficultatesque urinae* Similes his etiam aliorum sunt observationes [14]).

4. Malis prodromis nunc (pro tempore saltem) cessantibus, nunc plus minus continuantibus, intolerabilis ardensque pruritus ad cutem, in parte una sive plurimis in locis, percipitur. Examinata parte affecta maculae profunde rubrae, cui plerumque plurimae vesiculae, brevi post in unam amplam bullam confluentes, insident, conspiciuntur *). Interdum autem loca a maculis rubris obsessa, primum tument ac *tubercula*, obscure rubentia, magnitudinis hinc inde nucis avellanae, exhibent, ex quibus tandem tot *vesicae*, veluti flores ex gemmis arborum, evolvuntur. Immo, ex *uno* tuberculo, *duas* vesicas pullulasse vidi-

Sympt. constitutiva.

9) Ibidem a. 1800. 10) Vilnae a. 1812. mense Martio.

11) Viennae a. 1813. mense Julio.

12) Vilnae a. 1814. 13) Ibid. a. 1818. mense Octobre.

14) Inter recentiores, genuini pemphigi historias apud Braun (l. c. p. 1—10) invenies.

*) Rayer op. c. *Planche II. fig.* 1.

vidimus[15]), quarum una, amplissima, ex circumferentia — altera, minor, ex apice, *florum luxuriantium* instar, prodibat. In genere, bullae amygdalas longe superant et ad ovum gallinaceum, quin immo ad pugni magnitudinem ascendunt. Basis earum irregularis est et plerumque halone rubro, latitudinis vel nonnullarum tantummodo linearum, vel pollicis et ultra, circumdatur, quo ultimo in casu saepe plurimae vesiculae, veluti satellites, bullam praecipuam ambiunt. Bullae hujusmodi elasticae constanter serum flavescens continent (constans ex aqua, albumine et muriate sodae[16])), ac, quamvis pellucidae, structuram admodum tenacem prae se ferunt, verbo, eae vesicis, ab emplastro cantharidum excitatis, omnino similes sunt. Copia admodum diversa, nunc enim solitariae nunc innumerabiles cernuntur. Pemphigus frequentius ad pectus et ad extremitates, praecipue inferiores, obvenit, interea eum ad palpebras, ad genas, ad albugineam oculi, ad internam superficiem labiorum, ad palatum, ad vaginam,

15) In puero Vilnensi.

16) Braun l. c. p. 5. („*Die Flüssigkeit war bey auffallendem Lichte bläulich weiss; bey schiefauffallendem gelblich; dickflüssig, weder sauer noch alkalisch reagirend, geruchlos, fade schmeckend; in* 100 *Theilen enthielt sie* 93,013 *Wasser*, 5,417 *Eyweiss*, 1,070 *salzsaures Natron*"). Juxta Wilmans (l. c. p. 28) serum in pemphigo constanter analogiam cum hystericarum urina habet.

nam, nec non ad reliqua superficiei externae loca, conspeximus [17]). Semel tantum *unice* volas manuum et plantas pedum occupabat [18]) (*Pemphigus solitarius* WILLANI). Facta eruptione dolor in parte cessat, vesicae autem nisi casu aut consulto rumpantur, unius alteriusve nychthemeri spatio, resorpto sero, flaccidae et rugosae fiunt, atque tandem relicta plaga, sponte exsiccatura, evanescunt. Cicatrices inde nullae sequuntur, at interdum pro tempore maculae cupreae. Eruptiones sibi indeterminato tempore succedunt, nunc scilicet omni fere die, nunc quavis hebdomade, nunc quovis mense, nunc omni secundo circiter anno. Illarum quadraginta septem spatio decem men-

17) Tale quoque exemplum refert CH. SELIGERUS (Eph. nat. cur. a. 6 et 7. obs. 57) de viro, cui ad fauces, faciem, collum, manus, thoracem, tibiasque et alias corporis partes aëri libero expositas, bullae majusculae, instar globorum quibus pueri ludunt, copiose eruperunt. In WICHMANNI aegroto nulla pars cutis erat, quam non pemphigus tandem obsedisset, duodecim aut quindecim mensium spatio, quo hic morbus lethalis continuavit. „Etiam in clinico Instituto Vindobonensi tale vidimus exemplum, ubi fere nulla pars corporis intacta mansit a pemphigo nobis insanabili. Interna adeo videbantur simili ratione affici.“ (Ex schedis Patris mei). De aegra BRAUNII (l. c. p. 6) legitur: „*Den* 10. *war der Mund voll Blasen, so wie auch die Rachenhöhle, vermuthlich setzten sie sich durch den Oesophagus, Magen und Darmkanal fort.*“

18) In vetula Vindobonensi.

mensium locum obtinuerunt [19]. *Pemphigi nocturni* [20] nullum observavimus exemplum.

Caussae. 5. Disponunt ad pemphigum sexus sequior [21], graviditas [22], haemorrhagiae repetitae et urinae difficultates. Incidit quandoque iste morbus in scrophulas [23]. Ingeniosa nobis BRAUNEI opinio videtur, nonnulla urinae elementa a spasmo aut aliis caussis retenta et ad cutim tandem deposita, pemphigum generare [24], — at est hypothesis. Idem

19) Aegra, de qua supra (nota 8), dum serius ad clinicum institutum Vindobonense suscepta erat (Ex schedis Patris).

20) FEICHTMEYER l. c.

21) Inter septem aegros, duo tantum mares exstant. REIL (Mem. clin. Vol I. fasc. 2. p. 145) quatuor pemphigi exempla, in quatuor, iisque provectae jam aetatis mulieribus refert.

22) Coram oculis epistolam habeo, a Dre. FRIDERICO LEHMANN die 23. Aprilis 1811. ex loco Somsdorf ad Patrem meum scriptam, in qua historia aegrotae enarratur, quae quoties post primum partum gravida evaserat, toties ultimis graviditatis mensibus incidebat in pemphigum.

23) Aegra, de qua supra (nota 8), scrophulosa erat. Ob id autem pemphigum ipsum non ex scrophulis repetendum esse censui; ut fecit HENNING *Heilung eines scrophulösen Pemphigus* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1823. *July.* p. 63).

24) „*Es besteht wahrscheinlich die Natur der Blasenkrankheit (Pemphigus) in der, in den Nieren (durch Krampf oder andere Hindernisse) zurückgehaltenen urinösen Schärfe, die eine Tendenz zur Haut hat.*" (l. c.

Idem de opinione OSIANDRI [25]), acidum phosphoricum, et ASDRUBALI [26]), processum phlogisticum cutis, expulsionem materiei acris molientem, hîc accusantium, fatemur. Verisimile nobis est *nervos* cutis maximam in genesi pemphigi sibi vindicare partem [27]). Porro nisi tot mala interna eruptio-

p. 64). Cfr. HIRSCH, in MARCUS *Ephemeriden der Heilkunde B.* 3. *Heft* 4.

25) l. c. *St.* 2. p. 383. — OSIANDER in infante cum pemphigo nato, glandulam suprarenalem dextram cum hepate concretam vidit. l, c. p. 402.

26) l. c. p. 418 seq.

27) In actis c. societatis medicae Vilnensis (polonice editis) Vol. II. exemplum virginis 30 annorum enarravi, quae praeviis febribus intermittentibus, in tumorem mesenterii magnitudinis capitis infantilis, subsequente lethali ascite, incidit. Morbo versus finem jam vergente, aegra extemplo *dolorem atrocem* in crure sinistro percepit, cujus modicum prius oedema derepente in stupendum volumen increvit, parte affecta simul lividâ marmorisque instar frigidâ facta. Apparuere simul *bullae gangraenosae* pemphigo simillimae, vitae terminum imponentes. Secto cadavere tumorem mesenterii adiposum inveni, qui arteriam iliacam sinistram et *nervum cruralem* ejusdem lateris ita comprimebat, ut dicta arteria ad longitudinem trium pollicum obliterata fuerit. Quum in *pemphigo* eruptio intolerabili ardore cutis stipetur ac multis symptomatibus nervosis annuncietur; nonne origo bullarum ex *affectione nervorum cutaneorum obliterationem arteriarum per spasmum excitante*, sicque *speciem gangraenae localis cutaneae* exhibente, repeti posset? Re-

eruptionem pemphigi praecederent, eum cum WICHMANNO ab insectis aut vermibus (e. c. a *cysticerco cellulosae*) repeteremus: duae saltem ex nostris aegrotantibus se morbum super herbam sedentes acquisivisse, sancte asserebant. De contagio nulla suspicio; morbus enim nec per insitionem propagatur [28]). Cave tandem ne omne id, quod *bullas* excitare valet, e. c. ambustio, cantharides, rhus toxicodendrum [29]), morsus canis [30]) pro caussa pemphigi (SACHSE ad exemplum [31])), habeas.

§. XXXVII.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

Diagnosis. 1. *Pemphigum*, utpote morbum chronicum, habitualem ac rebellem, a *febre bullosa*, utpote exanthemate febrili, symptomatico saepeque sanabili, praeeunte WICHMANNO [1]) distinximus. Verum distinctio hujusmodi in prima morbi accessione

ficias, si placet, hypothesin, semper casus memorabilis, qui illi ansam dedit, tibi remanebit.

28) HALL et BRAUN (l. c. p. 48).

29) *Nouvelles mémoires de l'Académie de Berlin* 1777.

30) *Journ. général de méd. Paris* 1812. *T.* 43. *Observations de* M. MOUTON *sur le pemphigus.*

31) Spurius iste WICHMANN memoriam suam potius *turpitudinem nosologico - aetiologicam* inscribere debuisset.

1) *Beyträge zur Kenntniss des Pemphigus.* 1791. 4. — *Kleine Schriften.* 1799. p. 211—226. — *Ideen zur Diagnostik. B.* 1. 1794. editio 2. 1810. p. 65.

sione (rite monente FEICHTMEYERO) ob id interdum difficillima, quod etiam pemphigi insultus febre ingruere ac morbi acuti instar decurrere possint. Repetiti itaque insultus ad diagnosin pemphigi requiruntur. Generatim is vesicas ampliores magisque irregulares febre bullosâ (ad quam *pemphigum* sic dictum *neonatorum* [2]) revocavimus) exhibet. De *pemphigi* a *zostere* distinctione jam alibi loquuti sumus [3]). Ab *exanthemate mercuriali vesiculari* pemphigus distinguitur: quum hoc in exanthemate pustulae raro magnitudinem bullarum, quae pemphigo propriae sunt, adaequent, quumque affectio gingivarum una cum ptyalismo praesto esse soleant [4]). Sunt qui de pemphigi cum psydracia complicatione loquantur [5]).

2. Nullum hucusque exemplum genuini pemphigi perfecte fugati nobis obvenit, ac certitudo Prognosis.

2) WILLAN *Hautkrankheiten* B. 3. *Abth.* 2. — BEER, in HUFELAND's *Journal der prakt. Heilkunde* 1825. *April.* p. 113. — HINZE ibid. 1826. *April.* p. 90. — STOCKES, in *medical and phys. journal. Vol.* 19.

3) P. I. Vol. III. Sect. I.

4) Legas quaeso: *Geschichte eines merkwürdigen Pemphigus von Dr.* WOLFF, *Medicinal-Präsident zu Warschau*, in HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 1816. *Mai.* p. 58. et videbis me non immerito de distinctione pemphigi ab exanthemate mercuriali locutum esse.

5) BATEMAN *delin. Pl. XXXIII. fig.* 2. (Pompholix pruriginosus).

tudo sanationis nonnisi post plures annos haberi potest.

Cura. 3. Adversus pemphigum diuretica, purgantia, diapnoica, antiscorbutica, herbam violae tricoloris, ulcera artificialia, insitionem psorae, unctionem cum oleo, tonica, nervina, acida mineralia, inprimis acidum nitricum, balnea omnis generis, sulphur, mercurium, subboracem sodae, aquam calcis, potassam, sodam, diaetam lacteam, animalem, vegetabilem, multaque alia, — verum *omnia incassum* adhibuimus. Alii martem [6]), alii venaesectionem [7]), alii frigus [8]) laudant. Incassum sane et hîc specificum quaeretur; quamobrem juxta indicationes generales agendum et maxime levamini symptomatum studendum [9]).

Caput

6) Asdrubale l. c. p. 426.

7) Want in *the med. phys. journal conducted by* Fothergill. *Lond.* 1814. *April.* Nota.

8) St. Gilibert *monographie du Pemphigus. Paris* 1823.

9) Vere mehercle! „*La meilleure manière de traiter l'exanthème pemphigoïde est de ne point y toucher. Tous les soins de l'art dans le pemphigus simple simultané, consistent bien moins à donner des remèdes qu'à régler convenablement le régime et préserver le malade de tout ce qui pourroit être nuisible.* (*Dict. des sciences méd.* T. XL. p. 159).

Caput XV.

De psora.

§. XXXVIII.

Definitio. Historia. Symptomata.

1. *Psora* [1]) refert pustulas sub lecti calore maxime prurientes, facie fere excepta, in toto corpore, praecipue autem inter digitorum interstitia, obvias, in crustas desinentes, aptasque communicationi. Definitio.

2. Apud veteres nomen quidem *psorae* variis morbis cutis impertitum invenitur, sed, si Celsum excipiamus, eo ad aliud significandum utebantur. Immo, quamvis vera doctrinae psorae fundamenta, jam a seculo decimo septimo jacta fuerint, illius tamen absoluta cognitio ad nostra solum tempora pertinet, opera inprimis Kraussii [2]), Guldneri a Lobes [3]), Wichmanni [4]), Hil- Historia.

1) *Ψώρα.* Scabies. Germ. *Die Krätze.* Belg. *Schurft; Schurftheid; Schurftziekte; Kranwagie; Krawagie.* Dan. *Skab; Kloe; Fnat.* Suec. *Skabb; Kläda.* Island. *Klädi.* Ross. Чесотка. Pol. *Swierzb; Krosta.* — Gall. *La galle; gale; rogne.* Angl. *The itch; mangy; scab; scabiness; scabbedness; scurf of body.* Ital. *La rogna; Scabbia; Rospa.* Hisp. *Sarna; Estizia.* Lusit. *Sarna; Ronha.*

2) Diss. de scabie humani corporis. Lips. 1779.

3) *Beobachtungen über die Krätze.* Prag 1791.

Hildebrandtii [5]), Chiarugii [6]), Ackermanni [7]), Galesii [8]) aliorumque [9]).

Symptomata.

3. Psora sub forma pustularum miliformium, solitariarum, ad fundum durarum, rubellarum, ad apicem primum pellucidarum, dein albescentium *), primum inter manuum digitos incipere atque dein sensim sensimque ad articulationem pugni et cubiti, ad foveam subaxillarem et popliteam, nec non tractu temporis ad pectus, dorsum, abdomen, crura, calcanea, rarissime, inprimis apud adultos, ad faciem et collum propagari solet. Infantes, qui ab ancillis psora laborantibus brachiis feruntur, morbum ad nates primum contrahunt [10]). Quocunque in loco impetigo sedem figat, pruritum, a lecti tepore, a cibis acribus, a liquoribus fermentatis, a luna crescente [11]), auctum, et ad scalpendum, cui aeger non sine voluptatis sensu satisfacit, invitantem, excitat. Pustu-

4) *Aetiologie der Krätze. Hannov.* 1786.

5) *Bemerkungen über den Krätzausschlag. Hannov.* 1797.

6) *Saggio teorico pratico sulle malattie cutanee.* p. 128.

7) *Bemerkungen über die Kenntniss u. Cur einiger Krankheiten 5. Heft. Nürnb. und Altdorf* 1798. p. 30.

8) *Essay sur le diagnostic de la gale, sur les causes et sur les consequences médicales pratiques à déduire sur les vraies notions de cette maladie. Paris* 1812.

9) J. Herbrand diss. de scabie. Berolini 1826.

*) Rayer op. c. *Planche III. fig.* 5.

10) Guldner l. c. p. 43. not. 17.

11) J. Lanzoni de scabie créscente luna aucta. (Miscell acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701—1705).

Pustulae, sponte vel scalptû ruptae, serum a contactu aëris in crustam, nunc squamosam, nunc duram, coalescens, fundunt. Vicina cutis, in aegro systemate dermoideo praeter modum sensili instructo (inprimis malâ adhibitâ medelâ [12])), facile inflammatur ac nonnunqum vel erysipelas phlegmonosum vel furunculos parvos, rodentes, ad basin circulo rubro circumdatos, refert. Saepe pustulae plurimae inter se confluentes ulcus sat amplum, vel crustas erosam cutem undique cooperientes, producunt. Sub crustis durioribus ichor, qui absorptus universum corpus contaminat, absconditur. Praeterea vigiliae ex continuis pruritu et irritatione, nec non animi pathemata ob foedum et ignominiosum contractum morbum, pluries systema vasorum tum lymphaticorum, tum sanguiferorum, tum nervorum, tum viscerum abdominalium, in consensum trahunt. Postremo si aeger alioquin labe quadam imbutus fuerit, ulcuscula psorica, natura propria simplicia et benigna, indolem alienam, pro re nata scorbuticam, veneream, scrophulosam, arthriticam, induunt.

§. XXXIX.

C a u s s a e.

1. Aetas infantilis, juvenilis, debilis corporis constitutio, sudor, immundities, victus depravatus, C. praedisponentes.

12) G. Schultz de radii et cubiti prope carpum utriusque manus mira intumescentia, a scabie mala curata. (ibid. dec. II. a. 8. 1689).

tus, temperies humida simulque calida, ad psoram suscipiendam *praedisponunt.* In genere, exceptis hominibus sulphur, magnesium, mercurium tractantibus aut maxime munditiei studentibus, caeteri omnes, (inter quos contra opinionem nonnullorum et infantes atrophicos [1]) et capucinos [2]) recensemus), a psora, data huic morbo opportunitate, haud immunes sunt.

C. excitantes.

2. Inter infinitas de caussa *excitante* psorae scholarum hypotheses [3]), ea contagii specifici [4]) verisimilior videretur, nisi certo sciremus eandem *acaro exulceranti L.* [5]) adscribendam esse. Vestigia istius opinionis apud Theizir Abynzoar [6]), Moufet [7]), Hauptmann [8]), Hafenreffer [9]), D. Ludovici [10]) et Mead [11]) inveniuntur, verus interea

1) Just in Baldinger's *neues Magazin f. Aerzte.* 10. *B.* 3. *St.* p. 213. — Guldner l. c. p. 47. not. 21. Multos infantes atrophicos psora laborantes inter Judaeos Vilnenses inveni.

2) Panarolus Pentecost. III. No. 35.

3) Gales l. c. 4) Chiarugi l. c. p. 135.

5) Germ. *Krätzmilbe.* Gall. *Le ciron de la galle.*

6) Rectificatio medicationis et regiminis. Venet. 1549. Tract. 7. lib. 19. p. 34. Cfr. Walz in *Salzb. med. chir. Zeitung* 1805. *No.* 31. p. 92 seq.

7) Insectorum sive minimorum animalium theatrum. Lond. 1634. cap. 23. p. 266.

8) Scrut. pestis. Lib. I. c. 7.

9) Nosodochium, cutis affectus. p. 77.

10) De varis, *acaris* sironibusque (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 9 et 10. 1678 et 1679. p. 109).

terea auctor HYACINTHUS CESTONI [12]) est. Quamvis plurimi Italiae medici eum secuti sint [13]), attamen neque hîc, neque alibi, nova psorae aetiologia recipiebatur, donec WICHMANN eam iterum, praeeunte JOANN. STORCH [14]), ac ab omni contra-

11) *Philosophical transactions. Vol.* 23. *for the year* 1702. p. 1296.

12) *Lettera al Sign.* ANTONIO VALLISNIERI (*Opere di* FRANCESCO REDI. T. 1. Append. p. 14).

13) JOSEPH PAPA quaest. med. Dr. JOS. VALENTI Catanensis. Catan. 1753. Quaest. 8. p. 47. — MORGAGNI de sed. et caus. morbor. Epist. LV.

14) *Theoretische und praktische Abhandlung von Kinderkrankheiten. Eisenach* 1751. *B.* 4. p. 151. („*Cirones, Cyrones, Sirones, Acori, Reitliesen sind kleine runde, weisse und durchsichtige Würmchen, welche in der Krätze durch juckenden Schmerz denen Kindern vielen Verdruss erwecken, auch von der Beschaffenheit sind, dass sie einen Anfang zur Krätze machen, oder dieselbe unterhalten können. Sie haben gemeiniglich ihren Sitz in den Linien derer Hände und Füsse unter der Haut, werden vor einer Art Läuse gehalten, kriechen unter der Haut fort, kurz hinter sich haben sie ein helles Serum, hinter dem Sero aber eine etwas breitere Krätzblatter: Augen, von denen man sagen kann, dass sie scharfsehend seyn, können dieselbige, ob sie gleich nicht grösser als ein kleines Pünktchen sind, vor dem hellen Liquore erkennen, und ich kann mich gar wohl erinnern, dass ich sie in meiner Jugend, sowohl an mir selbsten, als auch an andern Kindern, mit leichter Mühe, vermittelst einer Nähnadel ausgegraben habe; sie hängen sich an die Spitze der Nadel, von welcher sie auf den Nagel des Daumens gesetzt und deutlich*

contradictione [15]) vindicatam [16]), exposuerit [17]). Constat enim acarum exulcerantem (ab acaro casei et farinae probe distinguendum [18])), in psora hominum, equorum, ovium [19]) felium [20]) et quidem

gesehen, wie sie sich darauf beweget, und in einem Circul herumgekrochen sind. Man kann an ihnen ein schwarzes Stüpgen erblicken, welches Ettmüller *am Ende seines III. Tomi* p. 838, *vor die beyden vördern Füsse hält: und eben belobter* Ettmüller *hat, nebst andern Medicis dieselbige durch Microscopia gesehen, und ihre Figur* p. 543. *dreyfach abgezeichnet*").

15) Grosmann in Baldingers *neues Magazin für Aerzte.* 11. *B.* 1. *St.* p. 77. Jac. Levi diss. de varia scabiei indole. Goett. 1790.

16) Op. c. secunda editio a. 1791.

17) Amstein *Beytrag zur Erörterung der Wichmannischen Theorie von der Krätze* (*Museum der Heilkunde. B.* 2. p. 20). — Scherb sen. *über Dr. Amsteins Beytrag zur Milbentheorie der Krätze* (ibid. *B.* 2. p. 53). — Amstein *über Dr. Scherb's Einwendungen gegen die Milbentheorie von der Krätze* (ibid. p. 61). — A. Mieg *Gedanken über die Wichmannische Krätzentheorie* (ibid. *B.* 2. p. 267).

18) Müller edit. systematis Linnaei. Norimb. 1775. p. 105. — Geer *mémoires pour servir à l'histoire des insectes. Stockholm* 1778. — Latreille genera crustaceorum et insectorum. Paris. 1806.

19) Rudolphi *Bemerkungen aus dem Gebiethe der Naturgeschichte, Medicin und Arzneykunde.* 1. *Th.* p. 17. — Walz *Natur und Behandlung der Schaafraude. Stuttgart* 1809.

20) Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde* 1824. *Sept.* p. 127.

dem in recentibus et clausis adhuc pustulis, aut potius in ruga seu rima prope eas [21]), debita adhibita dexteritate [22]) constanter inveniri [23]). Et modus, quo psora contrahi solet, hanc aetiologiam (nuper iterum in dubium vocatam [24])) confirmat. Communicatur nempe per commercium cum hominibus et animalibus, inprimis equis, camelis [25]) eodem morbo laborantibus, et magis adhuc per attactum vestium praecipue lanearum et linteorum infectorum, per moram in castris [26]), navibus, nosocomiis, scholis, balneis publicis, locis saltationis [27]), lupanariis et cauponis immundis et aliorum insectorum incunabulis. Lotrices, quamvis linteis summopere infectis lavandis intentae,

21) Fabricius entomologia systematica. Brunsvig. 1805.

22) Gales l. c. p. 19.

23) Paulet *notice sur l'insecte qui produit la gale et sur quelques moyens de traiter cette maladie* (*Bulletin des sciences médicales. T.* 6. p. 191).

24) Mouronval *recherches et observations sur la gale, faites à l'hôpital St. Louis pendant les années* 1819 — 1820 — 1821. *Paris* 1822. — C. D. Bianchetti *riflessioni sulla pretesa causa vivente della rogna* (*Repertorio di med. chir. e chimica med. farm. di Torino.* 1826. *Febbrajo.* p. 67. *Giugno.* p. 252).

25) Louis Frank *collection d'opuscules de médecine pratique. Paris* 1812. p. 9.

26) Frowein de scabie post superatum nuper bellum epidemica. Duisb. 1764.

27) *Gazette de santé, redigée par* Montègre. 1815. (*Propagation de la gale,* p. 3).

tentae, psoram, certe saponis gratia, vix unquam contrahunt [28]).

§. XL.

Diagnosis.

Facilis confusio.

1. Priusquam ignominiosi morbi *diagnosis* pronuncietur, ne eum cum *hydroa*, cum *psydracia* et cum *herpete* confundamus, probe cavendum est.

Distinctio ab hydroa.

2. Sedes et pruritus *hydroae sudaminis* confusionem hujus morbi cum *psora* facilem reddunt.

Hydroa sudamen.	*Psora.*
a. Morbus aestivus est.	a. Morbum omnium anni temporum constituit.
b. Pustulae copiosae sunt et *confertae.*	b. Pustulae *solitariae* cernuntur.
c. Mox evanescit, mox redit.	c. Constanter adest.
d. Non communicatur.	d. Communicatur.

Hydroa febrilis, *nervosa* et *critica*, ob id quod saepius faciem occupent, ardore potius quam pruritu stipentur, ac nequaquam communicari queant, a *psora* distinguuntur.

Divisio.

3. Divisio *psorae* in *siccam* et *humidam* parvi est momenti; non ita distinctio in *simplicem* et in *complicatam.* Illa enim sistit vitium mere locale,

28) Ackermann l. c. p. 38.

cale, — haec, vitium locale, morbo universali junctum. Duratio major minorve mali, constitutio corporis plus minus gracilis, praesentia sive absentia symptomatum alienam labem indicantium, ac praecipue conditio et adspectus pustularum, de illius sive complicatione, sive simplicitate testantur. In aegris enim scorbuticis et venereis, ulcuscula localia, originis psoricae, characterem labis universalis induere et aliquando ostendere solent.

§. XLI.

Prognosis.

1. *Psora simplex* tam leve constituere solet malum (excipe in infantibus), ut a vulgo impuro nequidem pro *morbo* habeatur [1]). Et spatio paucorum dierum, concessis munditie, aëre libero, diaeta selecta, separatione convalescentium ab aegrotis, sanari ea potest. Non ita sub adversa rerum positione, vel in *morbo complicato* [2]), ubi taediosae saepe curationis est. In genere psora rarissime sponte, haud raro autem adventante gravi Periculum.

1) Judaei Poloni psoram adeo veluti pro secundae valetudinis indicio habent. Antiqua haec est opinio. Cfr. Georg Hannaeus scabies brachii utriusque valetudinis index (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 8. 1689. p. 254).

2) W. Boeckino de pertinacia ulcerum venereorum acrimonia scabiosa complicatorum (Acta acad. med. chir. Vindobonensis. T. I. p. 263).

gravi quodam morbo, pro tempore saltem, evanescit. Letalia illius exempla exstant [3]).

Retrocessus.

2. Doctrina *retrocessus psorae* stricte sumta, sanae rationi adversatur. Ob id autem pravos psorae praepostere remediis externis fugatae effectus [4]), a nobis ipsis pluries visos, debitisque locis

3) J. Lanzoni de morte ex scabie male curata. (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701—1705. p. 32). — Rudolphi l. c. — V. Zambelli *tre casi di mortale infiammazione ventrale dietro l'uso esterno di sali metallici e principalmente mercuriali. Milano* 1828. Cfr. Omodei *annal. univ. di med. prat. Ottobre* 1828. p. 216.

4) J. H. Schulze scabiei retropulsae effectus cultro anatomico detecti (Act. acad. nat. cur. Vol. I. p. 522) — O. M. Virduno ab Hartung de abdominis, scroti pedumque tumore immenso, in puero ex retropulsa scabie orto, sectione autem et medicamentis curato (Ibid. Vol. 5. p. 183). — *Beobachtung über die Folgen einer zurückgetretenen Krätze* (*Abhandlungen einer Gesellschaft von Aerzten in Hamburg.* p. 310). — J. Lanzoni coecitas ex scabie retropulsa (Eph. acad. nat. cur. Cent. IX et X. p. 14). — H. Fr. Delius concretio viscerum ex scabie retropulsa (Acta acad. nat. cur. Vol. 8. p. 384). — Chr. Fr. Joerdens sternutatio insolita nimia, a scabie retropulsa (ibid. Vol. 9. p. 184). — Chr. R. Hannes de spasmo vesicae urinariae lethali ex scabie retropulsa (Nova acta acad. nat. cur. Vol. 6. p. 125). — Pierre *observation sur un empyème, suite d'une métastase psorique, opéré avec succès* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 51. p. 41. *T.* 52. p. 216). — Gerardin *observation sur la repercussion de la gale, et sur les accidens qu'elle a produit* (ibid. *T.* 57.

locis commemorandos minime negabimus. Pendent partim ex ipsa actione remediorum illorum in corpus humanum [5]), et partim ex suppressione (inprimis ope rerum pinguium [6])) secretionis habitualis, quam pustulae psorae diutinae instar fonticulorum largiebantur.

3. Nec admitti *psora critica* potest. Qui aliter sentiunt, aut psoram cum hydroa et psydracia confundunt, aut impetiginem illam, versus finem morbi, sicuti nosocomiis saepe accidit, fortuito Psora critica.

p. 263). — *Annalen für die gesammte Heilkunde, Jahrg.* 3. *Heft* 2. *Karlsruhe* 1828. p. 143.

5) S. Ledel scabiei inunctio mercurialis lethalis (Misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. p. 59). — S. Scholz scabiei intempestiva et empirica curatio (ibid. dec. I. a. 2. 1671. p. 45). — Salmon *observation d'une paralysie complète à la suite d'une gale repercutée par l'effet de la quintessence antipsorique, ou eau de Mettemberg* (Sedillot *rec. période. de la soc. de med. de Paris.* T. 14. p. 410). — J. Carron *observations sur les effets dangereux de l'onguent citrin, administré à grandes doses et sans précaution dans le traitement de la gale* (Sedillot *rec. période. de la soc. de méd. de Paris.* T. 41. p. 129). — Desgranges *sur les principaux effets des fleurs de soufre, prises avec excès dans le traitement d'une gale* (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier.* T. 6. P. 1. p. 334).

6) J. Weismann scabies brachii particularis butyro sulphurato retropressa, mutata in universalem et crustosam (Ephem. acad. nat. cur. cent. III et IV. p. 166).

fortuito acquisitam, pro critica habent, aut latentem jam prius psoram non animadverterunt.

P. salubritas. 4. Psorae a nonnullis 7) jactata *salubritas*, cum MUZELIO 8), non aliter quam per utilitatem, quam ulcera artificialia afferre queunt, explicatur.

§. XLII.

C u r a.

Prophylactica. 1. Fuga opportunitatem psoram acquirendi, mundities tum corporis, tum vestium, lavatio ope aquae saponis, et usus rerum suaveolentium [1]), totam hujus morbi prophylacticam amplectuntur [2]).

C. ps. simplices. 2. Cur adversus *psoram simplicem* vel *succum herbae nicotianae tabaci*, gravissimis interdum symptomatibus ansam porrigentem [3]), vel *decoctum seminum delphinii staphidis agrii* [4]), cutim nimis irri-

7) JERZEMBSKI diss. de scabiei salubritate in affectibus hydropicis (Halae 1777).

8) *Medicinische und chirurgische Wahrnehmungen. B.* 2. p. 74.

1) REDI l. c. 2) *Reichsanzeiger* 1802. p. 3537.

3) *Medical commentaries. Vol. I.*

4) RANQUE praescribit: R. Pulveris seminum delphinii staphidis agrii unciam semis. Extracti papaveris somniferi drachmas duas. Aquae fontis libram unam. Coque per tertiam horae partem. D. Sr. usui externo praemissa agitatione vasis (*Mémoire et observations cliniques sur un nouveau procédé pour la guérison de la gale. Orléans et Paris* 1811).

irritans [5]), vel alia, *helleborum* scilicet *album* [6]), *inulam helenium* [7]), *clematidem vitalbam* [8]), *ledum palustre* [9]), *bellidem minorem* [10]), *acidum sulphuricum* [11]), *nitricum* [12]), *muriaticum* sive *commune* [13]),

5) Gales l. c. p. 46.

6) Pringle praescribebat: R. Pulveris radicis hellebori albi drachmas duas. Florum sulphuris unciam unam. Axungiae porcinae uncias duas. M. Quarta corporis pars singulis vicibus ad noctem cum hoc unguento inungitur (op. c. cap. 8). Heberden unam radicis hellebori partem cum octo partibus axungiae misceri jubet (Comment. de morb. hist. et curat. p. 104). Cutem inde inflammari Donaldus Monro jam dudum monuit.

7) Bruckmann radicem inulae helenii decorticatam cum aqua ad consistentiam pultis coqui, et butyrum recens, ut fiat unguentum, addi jubet (*Sammlung auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte* 10. *B.* 2. *St.* p. 364).

8) Watson *Journal de médecine* *T.* 87. p. 210.

9) Linnaeus amoen. acad. Vol. VIII. p. 283.

10) Hundertmark herbam expressam cum butyro calido ad consistentiam unguenti, quo partes affectae inunguntur, coqui suadet (Diss. de scabie artificiali p. 27).

11) Helwich diss. de olei sulphurici usu in quibusdam scabiei speciebus. Andre Bry *observations sur la gale et notamment sur les bons effets de l'acide sulfurique dans cette maladie* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris* *T.* 45. p. 370, et in *Journal général de médecine, chir. et pharmacie* 1812. *Décembre*). — *Rimedio contro la rogna, uso delle frizioni mattina e sera, fatte coll' acido solforico allungato in una quantità d'acqua trenta o quaranta volte maggiore*

mune [13]), sive *oxygenatum* [14]), *sulphatem zinci* [15]), *carbones* [16]), *magnesium* [17]), *potassam puram* [18]), *picem* [19])

di esso (*Giorn. della soc. med. di Parma Vol.* 12. p. 80). — H. Gahn *account of the use of vitriolic acid in the cure of itch* (*Med. and philos. comment by a soc. in Edinb. Vol* 1. p. 103).

12) Leschen acidum nitricum cum axungia miscet (Loder's *Journal für die Chirurgie* 2. *B.* 1. *St.* p. 139). Adhibetur idem remedium ab Alyon (*Essays sur les propriétés medicinales de l'oxygène. Paris* 1798) et Marcus (*Magazin für Therapie und Klinik* 1. *B.* 1. *Heft.* p. 14).

13) Borellus cent. II. obs. 7. — Lentin *Beyträge* p. 238.

14) Brinckmann in Hufeland's etc. *Journal der ausländ. med. Liter.* 1803. 1. *B.* p. 35. — *Observations relatives à l'usage interne ou externe de l'acide muriatique oxigenée* (*Annales de la soc. de médecine pratique de Montpellier. T.* 25. p. 194). Et *chlorum calcis* ad uncias tres in libra aquae destillatae usui externo commendatur (*Journal de chimie. Decembr.* 1827).

15) Hegenisch in Horn's *Archiv.* 3. *B.* p. 218. — Harless (in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde* 1816. *Mai.* p. 32) solutionem in aqua commendat.

16) Thomann annales Wirceburg. Vol. II. p. 35. — Duval *observations et réflexions sur le traitement de la gale idiopathique par la pommade de charbon, et par la pommade de manganèse; par les frictions avec une decoction de tabac; par l'administration de l'ammoniaque liquide* (*Bulletin des sc. méd. T.* 8. p. 228. 232. 235).

17) Grille in annales de chimie T. 33. — D. More-

picem [19]) etc. [20]) adhibeant medici, quum (ne dicamus

LOT *nouvelles vues sur l'emploi de l'oxide de manganèse* (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* 3. *P.* 1. p. 263).

18) ACKERMANN: R. Lapidis caustici drachmam semis, solve in aquae libris duabus (l. c. p. 77).

19) HORN's *Archiv für med. Erfahrung* 1813. *Januar. Febr.* p. 99.

20) Dr MÉLIER (*Expériences comparatives sur le traitement de la gale.* In *journal général de médecine. Juillet* 1824) varias psorae medendi rationes, in Gallia usitatas, ad trutinam vocavit successusque curae ut sequitur indicavit: 1° *Liniment camphré de* M. VAIDY. R. *Huile d'olive ou d'amandes douces*, ℥ij; *Camphre*, ℥ij. — *Durée moyenne du traitement*, 13 *jours*. 2° *Liniment volatil de* M. GALLÉE. R. *Huile d'olives*, ℥ij; *Alcali volatil* ʒij. — *Durée moyenne*, 14 *jours* $\frac{4}{10}$. 3° *Liniment composé de* M. FOURNIER. R. *Huile d'olives* ℥ij; *Ammoniaque*, *Camphre*, $\overline{aa}$ ʒij. — *Durée moyenne* 11 *jours*. 4° *Bains sulphureux* (4 *onces de sulfure de potasse dissous dans un bain ordinaire. Ce moyen est très-doux*). — *Durée moyenne*, 17 *jours*. 5° *Fumigations sulfureuses*, *c'est à dire*, *fumigations d'acide sulfureux*. — *Durée moyenne*, 21 *jours* $\frac{4}{10}$. 6° *Sulfure de chaux. Prendre deux gros de sulfure de chaux*, *mettre cette poudre dans la main*, *ajouter un peu d'huile*, *et faire des frictions* (*Ce moyen agit lentement*, *et irrite souvent la peau*). — *Durée moyenne*, 20 *jours* $\frac{6}{10}$. 7° *Liniment avec le soufre et la chaux*, *de* M. VALENTIN. R. *Soufre natif*, *chaux vive* $\overline{aa}$ *parties égales*, *triturez dans q. s. d'Huile d'olives*. — *Durée moyenne*, 15 *jours*. 8° *Pommade de soufre de* M. HELMERICH. R. *Soufre*

dicamus de simplici *olivarum oleo* *) *sulphur* et *mercu-*

sublimé, 2 parties; Potasse purifiée, 1 id.; Axonge, 8 id. — Durée moyenne, 11 jours $\frac{7}{18}$. 9° Pommade des hôpitaux militaires. R. *Soufre sublimé, 2 livres; sel marin décrépité, 1 livre; graisse de porc 8 livres. Mêlez le tout dans une terrine. — Durée moyenne, 14 jours. 10° Pommade de* PRINGLE. R. *Soufre,* ℥j; *Ellébore blanc, Sel ammoniac,* āā ℥ij; *Axonge,* ℥ijß. *Cette dose est pour 4 frictions. — Duree moyenne, 19 jours $\frac{2}{18}$. 11° Pommade dite de l'hôpital Saint-Louis.* R. *Fleurs de soufre non lavées,* ℥ij; *Sel ammoniac en poudre,* ℥j; *Axonge,* ℥IV. *Mêlez, puis ajoutez un scrupule d'essence de citron. — Durée moyenne, 18 jours $\frac{4}{11}$. 12° Décoction de tabac.* R. *Tabac en feuilles,* ℥ij; *Eau,* j *livre. Faites bouillir. Deux lotions par jour, un demi-verre pour chaque lotion. — Durée moyenne, 20 jours $\frac{2}{18}$. (Ce moyen a plus d'une fois causé des envies de vomir et des vertiges). 13° Lotions mercurielles de* M. MANRY. R. *Mercure cru,* ℥ij; *Acide nitrique, id.* IV; *Eau distillée,* ℔ X. *Traitez à chaud le mercure par l'acide nitrique, étendez la dissolution dans l'eau distillée. Deux cuillerées de cette eau matin et soir. — Durée moyenne, 23 jours $\frac{1}{8}$. 14° Lotions sulfureuses et acides de* M. DUPUYTREN. R. *Eau commune,* ℔jß; *Sulfure de potasse.* ℥IV; *Acide sulfurique,* ℥ß. — *Durée moyenne, 16 jours $\frac{1}{18}$. 15° Liniment amygdalin hydro-sulfuré de* M. JADELOT. R. *Sulfure de potasse,* ℥vj; *Savon blanc,* ℔ij; *Huile d'olives ou d'amandes,* ℥iv; *Huile volatile de thym,* ʒij. — *Durée moyenne, 15 jours. 16° Eau sulfureuse de* M. ALIBERT. R. *Sulfure de potasse,* ℥ij; *Eau,* ij.

mercurius iis certissima remedia suppeditent, — non intelligimus. Praemissis igitur *detergentibus*, inprimis *lotione saponacea* [21]), vel *balneo maris* [22]),

Eau, ℔ij. *Dissolvez et enfermez dans une bouteille. Ensuite* ℞. *Acide sulfurique*, ʒij; *Eau*, ℔ij. *Mêlez et enfermez dans une seconde bouteille. Pour l'usage, prenez un demi-verre de chaque, et versez ensemble dans quantité égale d'eau chaude. — Durée moyenne* 16 *jours* $\frac{6}{10}$. 17° *Pommade de* M. ALIBERT. ℞. *Fleurs de soufre non lavées*, ℥j; *Muriate d'ammoniaque*, ʒij; *Graisse de porc*, ℥ij. *Mêlez. — Durée moyenne*, 13 *jours* $\frac{5}{10}$. 18° *Pommade avec le mercure doux*. ℞. *Mercure doux*, ʒj; *Onguent rosat*, ℥ij. *Un gros par friction. — Durée moyenne*, 15 *jours* $\frac{4}{10}$. 19° *Poudre de* M. CHAUSSIER. ℞. *Fleurs de soufre; Acétate de plomb*, *aa deux parties; Sulfate de zinc*, i *partie. La dose est d'une pincée étendue dans un peu d huile. — Durée moyenne*, 16 *jours* $\frac{4}{10}$. 20° *Pommade de* M. MÉLIER. ℞. *Sous-carbonate de soude*, ℥ij; *Eau*, ℥j; *Huile d'olives*, ℥iv; *Fleurs de soufre id. id. Dissolvez à chaud le sous-carbonate dans l'eau, ajoutez l'huile, puis les fleurs de soufre. — Durée moyenne*, 13 *jours. Ces divers médicamens ont été administrés à* 220 *malades; le terme moyen de la durée des différens traitemens a été de* 16 *jours* + $\frac{55}{100}$. (Vide *Bulletin des sciences méd. Juillet* 1825. p. 240 seq.).

*) DELPECH *sur le traitement de la gale (Bulletin des sciences médic.* 1827. *Octobre. No.* 10. p. 175). BOILEAU DE CASTELNAU *observations de gale, traitée par l'huile d'olive pure, à la maison centrale de détention de Nimes (Revue médical.* 1828. *Septembr.* p. 406).

21) THOMANN l. c. p. 40. HELMERICH (*Journal géné-*

ris [22]), vel alio, illico ad *sulphur* sub forma tum *unguenti* sive *simplicis* [23]), sive *compositi* [24]), tum *vapo-*

ral de médecine, de chirurgie et de pharmacie 1813. *Août.*

22) Beireis diss. de caussis, cur inprimis plebs scabie laborat, et de nova ei medendi ratione.

23) R. Pulveris sulphuris puri unciam unam et semis. Butyri recentis sive axungiae porcinae q. s. ut fiat unguentum, ad magnitudinem nucis manibus ad noctem uno alterove corporis loco illiniendum. Helmerich (*Méthode déterminée par l'expérience pour traiter et guérir la gale au moyen de la pommade soufre-alcalisée*, in *Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T.* 32. p. 364) *potassam* addit. R. Sulphuris purissimi partes duas. Subcarbonatis potassae partem unam. Axungiae partes octo. Praemissis balneo et frictionibus universi corporis, fiat quater de die unctio ope unciae unius illius unguenti. — Cfr. Percy et Dupuytren *rapport sur les expériences, qui ont eu lieu à l'hôpital de l'oursine relativement au traitement de la gale, par* Helmerich (ibid. *T.* 32. p. 396. — p. 389. et *Bulletin de la faculté et de la société de médecine de Paris. Année* 10. 1814. p. 11). — Maillacheau *résultat des expériences faites à l'hôpital civil et militaire d'Angers sur trois nouvelles méthodes de traiter la gale* (*Journal général de méd. chir. et pharm.* 1814. *Octobre. T.* 30).

24) *Unguentum* Jasseri: R. Pulveris subtilioris florum sulphuris, vitrioli albi, baccarum lauri ana partes aequales. M. f. c. oleo lini vel olivarum unguentum. — Jam dudum Waldschmid et Guldenklee hoc unguentum laudaverant (Ackermann in Baldingers *neues Magazin für Aerzte* 8. *B.* p. 145).

vaporis [25]), tum *balneorum* sive *naturalium* [26]), sive *artefactorum* [27]), tum *lotionum* [28]) confugitur.

I 2

25) J. P. Frank epit. Vol. IV. p. 174. — *Salzburg. med. chir. Zeitung* 1792. 3. *B.* p. 191. — Gales l. c. p. 51. — Carbonibus ardentibus in vasc, calefaciendo lecto idoneo, sulphuris uncia semis cum nitratis potassae drachmis duabus, inspergitur. Ponitur vas in lectum, quo aeger nudus decumbit ac corpus ad caput usque undique obtegit. Exstant praeterea *apparatus fumigatorii* inventionis tum antiquae (J. R. Glauber furni novi philosophici, sive descriptio artis destillatoriae novae. Amstel. 1661. — P. Lalouette *nouvelle méthode de traiter les maladies vénériennes par la fumigation. Paris* 1776) tum novae (Galès *mémoire et rapport sur les fumigations sulphureuses appliquées au traitement des affections cutanées. Paris* 1816. — *Description des appareils à fumigations, établis sur les dessins de Mr. Arcet à l'hôpital St. Louis, en* 1814. *Paris* 1818. — J. Decarro *observations sur les fumigations sulfureuses. Vienne* 1819. — P. Assalini *ricerche mediche sopra: bagni di vapore e sopra le fumigazioni di sostanze ammoniacali, dello zolfo e del mercurio. Napoli* 1820. — W. Wallace *observations on sulphureous fumigations. Dublin* 1820. — Arthur Clarke *an essay on diseases of the skin containing practical observations on sulphureous fumigations. Lond.* 1821. — Rapou *traité de la méthode fumigatoire. Paris* 1823).

26) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. VI. §. XXXVIII. No. 28 (38).

27) Ibid. (39). Balnea haec artefacta sulphurea quammaxime in psora infantum praestant. Commendantur et a Jadelot *mémoire sur le traitement de la gale, par les bains de sulphure de potasse (Bulletin de la fa-*

tur. Adversantibus aegrotis sulphur, sub bona corporis constitutione, aut, si psora pauca solummodo occuparet loca, *mercurio*, sub forma *unguenti* vel *albi* [29]), vel *citrini*, aut sub ea *solutionis* locus est. Caeterum dummodo aeger cibos pruritum excitantes, praecipue salitos fumoque induratos, evitet, aliisque facilis digestionis modice se alat et transpirationis curam habeat, nullo peculiari vitae regimine opus est. Nec apud pauperes, vestimentorum et linteorum copia destitutos, ut ea jam ab initio curae mutentur, absolute requiritur.

C. p. complicatae. 3. Praesente *statu inflammatorio* systematis cutanei, vasa cutis primum *hirudinibus*, sive *cucurbitulis cruentis*, immo urgente febre, in aegro plethorico, ipsa *venae sectione* depleri debent, non neglecto reliquo regimine antiphlogistico, inprimis

culté de méd. et de la soc. de Paris. Année 9. 1813. p. 281).

28) Hoc auxilio, et ab *Autenriethio* commendato, in levissimo ac recentissimo malo, praecipue apud infantes, cum successu utimur. Immo *saponem sulphureum*, huic scopo valde idoneum, componi jussimus. Paratur ex partibus aequalibus saponis et sulphuris. Pro divitibus adhibetur sapo medicinalis et flores sulphuris; pro pauperibus inservit sapo viridis et sulphur commune. Illi et oleum bergamoti superadditur. *Sapo sulphureus* id boni quoque habet, quod vulgus eo in balneis nostris publicis uti potest, ubi scilicet pudet unguenta coram omnibus in usum ducere.

29) Cap. V. §. XV. No. 2 (8).

primis lenibus alvum evacuantibus. Locis a psora detentis, sub magno dolore et conspicua tensione, *cataplasma emolliens*, aliàs *acetas plumbi*, frigide imponi oportet. Labefactatis *primis viis* et in *psora diuturna*, alvum, praemisso resolvente, rite purgare juvat. Debilitatis primis viis *remediis amaris* et *aromaticis vinoque* 30) locus est, e. c. *extracto matricariae chamomillae*, *fumariae officinalis*, *centaureae benedictae*. Si natura morbo adsuevit, usui sulphuris externo, *fonticuli* ad brachia praemittuntur. In *complicatione scorbutica*, praescripto regimine congruo, praemissisque detergentibus, *sulphur*, inprimis sub forma vaporis, sed *nunquam* mercurius, sensim sensimque in usum ducitur. Quo primum autem pruritus deletur, ulcuscula relicta, non amplius remediis externis, exceptis balneis iisque, favente anni tempore, *frigidis*, *marinis*, sed *antiscorbuticis internis*, nec non decocto *ligni quajaci officinalis*, sive *baccarum juniperi communis*, curantur. Psorâ *lui venereae* junctâ, a sulphure abstinendum et *mercurius* extus in usum ducendus est. Si psora aegrum *scrophulosum* aut *rhachiticum* detineat, utrum impetigo reliquis malis levamen attulerit nec ne, inquirere oportet. Si levamen attulerit, per *fonticulos* vices salutares psorae agendae sunt, ac

30) J. A. Limprecht multis aliis frustra adhibitis vinum Hungaricum, remediis solamen scabiosi inopinum (Acta acad. nat. cur. Vol. II. p. 406).

ac tandem impetigo, *balneis* potissime *sulphureis*, adhibitis simul remediis morbo universali accommodatis, fuganda est. Neque nocet, excepto casu complicationis syphiliticae, aegris diu a psora vexatis, *sulphur* intus exhibere[31]); ni enim fallimur, ipse sudor sulphur tunc redolens, ad acaros necandos jam sufficit.

Monitum. 4. Haud raro contingit, ut sub usu remediorum externorum, praecipue unguentorum, pustulae jam fere fugatae *de novo* copiose recrudescant. Hoc in casu *psydraciae* species, sepositis topicis auxiliis, solis balneis tepidis curanda, coram habetur. Perbelle hujusmodi argumentum Burdin illustravit[32]).

C. retrocessus. 5. Nisi in psora praepostere sanata regulae generales impetiginibus retropulsis medendi sufficerent, *novam* ejusdem morbi *infectionem*[33]), sive illius *insitionem*[34]), annuente aegro gravi morbo detento, suademus.

Caput

31) R. Pulveris sulphuris puri, magnesiae et elaeosacchari foeniculi ana drachmas duas. D. Sr. cap. ter de die ad cuspidem cultri.

32) *Recueil périodique de la société de médecine de Paris.* 3. *T. No.* 16.

33) Zacutus Lusitanus op. c. Lib. VII. obs. 19. J. L. Apin de asthmate periodico convulsivo singulari, stratagemate evicto videlicet per tibialia sanie scabiosa infecta curato (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 5. et 6. 1697. 1698. p. 243).

34) Hundertmark l. c. J. G. Hallmann *Erfahrun-*

Caput XVI.

De psoriasi et phthiriasi.

§. XLIII.

Psoriasis.

1. *Psoriasis* [1]) nobis est vitium cutis sub forma punctulorum, excoriationum et crustarum, praecipue quidem ad regionem pubis, sub axillis, ad supercilia et cilia; sed ad reliquum quoque corpus obveniens, pruriens et communicabile. Definitio.

2. Praecipue de psoriasi observationes obveniunt apud Celsum [2]), Hafenreffer [3]), Mercurialem [4]), Turnerum [5]), Pechlinum [6]), Tulpium [7]), Forestum [8]) et Lorryum [9]). Scriptores.

3. Caus-

gen von einem *Augenfluss der durch eingeimpfte Krätze gehoben worden; mit Anmerkungen von* J. L. Odhelius (*Schwed. akad. Abhandl. J.* 1776. p. 214. 216). — Archambault *observation d'épilepsie guérie par l'inoculation de la gale* (Sedillot *réc. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 57. p. 90).

1) *Phthiriasis inguinalis* Swediauri. *Prurigo pubis* Willani.

2) De medicina lib. VI. cap. 6.

3) *Πανδοχεῖον αἰολόδερμον*, lib. I. cap. 10.

4) De morb. cutan. lib. I. cap. 17.

5) *Treat. on cut. diseas.* edit. Angl. p. 159.

6) Observat. med. 24. 7) Observat. med. 40. lib. 3.

8) Opp. p. 244. 9) Op. c. p. 570.

Caussae. 3. Caussam foedae hujus impetiginis *pediculus pubis* sive *morpio* sistit, plus minus cuti intrusus, ac unguium scalptu, non sine dolore, ac relicto stigmate rubro, facile extrahendus. Communis infectionis modus coitus est, quo psoriasis nonnunquam a tuguriis feminarum vulgarium impurarum ad palatia matronarum elegantissimarum migrat. Et nutrices prolem inficere queunt, ne dicamus de linteis vestibusque contaminatis. Latrinae et sellae injuste accusari videntur.

Diagnosis. 4. Psoriasis, apud homines caeterum non impuros ad crura, brachia, supercilia, tarsum obveniens, nisi partes laesae exacte et microscopio examinentur, facile pro alia impetigine declaratur, ac graves medicorum nobis hac in re sunt noti errores. Interdum morpiones sanguinem, instar sudoris cruenti, eliciunt [10]).

Prognosis. 5. Psoriasis recens et partialis nonnullarum horarum spatio abigitur; inveterata autem et universalis interdum rebellis evadit.

Cura. 6. Loca affecta illico vel infusione foliorum *nicotianae tabaci*, vel *solutione mercuriali*, vel *unguento* sive *tabacino* [11]), sive *oxydi hydrargyri cinerei* [12]) unguntur, vel pulvere *muriatis hydrargyri dulcis* insperguntur. Concessa una alterave hora

10) Sic in puella pemphigo laborante contigisse vidi.

11) Paratur ex foliis nicotianae in pulverem redactis et oleo.

12) Unguentum Neapolitanum.

hora vel nocte integra actioni horum remediorum, partes affectae aqua cum sapone abluuntur, aut corpus totum balneo purificatur, non neglecto linteorum omnium lectique mutatione. Et *sapo* noster *sulphureus* prodest.

§. XLIV.

Phthiriasis.

1. Proventus pediculorum humanorum, variae speciei [1]), (forte et aliorum insectorum similium [2])), corpus Definitio.

1) Praeter pediculum pubis seu morpionem *genus pediculi* (Corpus depressum, caput, thorax, abdomen distincta. Os anticum, tubulosum. Antennae moniliformes. Palpi plerisque nulli. Oculi duo) sequentes agnoscit *species*. Spec. I. Ped. *capitis* (Thorace trapezoideo, abdomine thorace latiori ovali, apice emarginato ad latera serrato-crenato, margine lituraque dorsali media rufis fuscisve). Spec. II. Ped. *vestimenti* (Thorace trapezoideo, abdomine thorace latiori ovali, apice integro ad latera crenato-lobato, corpore toto pallido). Spec. III. Ped. *tabescentium* (Thorace trapezoideo, abdomine latitudine thoracis ovato ad latera repando apicem versus sinuato-angustato integro; corpore depresso pallido). Spec. IV. Ped. *Nigritarum* (Capite triangulo plano antice subbifido, abdomine rugoso immaculato). Spec. V. Ped. *ricinoides* (abdomine orbiculato linea alba, scutello trilobo, rostro albo).

2) Alt (l. citando p. 5) examinatis microscopii ope insectis ex cute aegrotae in clinico, Bonnae florente, prodeuntibus, ea potius ad *Gamasum* quam ad *pediculum* revocare maluit. Genus *Gamasus*. Latreille Gen. crust. et insect. Tom. I. p. 149. *Acarus* Linn.

corpus humanum modo universum modo in parte eaque insolita infestantium, *phthiriasin* [3]) constituit.

Scriptores. 2. Morbus hic, nec Patri [4]), nec nobis (etiamsi diu inter Judaeos Polonicos praxin exercenti-

Geoff. de Geer, Fab. Oliv. Olfers. *Trombidium, Acarus*, Herman. Char. essent. gen. Palpi appendice pendula mobilique nulla. Pulvilli vesiculosi ad tarsorum apices. Spec. I. Gam. *maculatus*, corpore postice dilatato pallido nigroque liturato, pedibus hirtis unco duplici terminatis, anterioribus longioribus.

3) *Synon*. Pedicularis morbus. Pediculatio. Petale. Germ. *Läusesucht*. Belg. *Luisziekte*. Dan. *Lusesyge*. Suec. *Lussjuka; Ohyra*. Island. *Lusasott*. Angl. *Lousy disease; Lousy Evil*. Gall. *Maladie pédiculaire; Phthiriase*. Ital. *Ftiriasi; Malattia pedicolare*. Hisp. *Ftiriasis; Morbo pedicular*. Lusit. *Molestia pedicular*.

4) Sic in schedis ejus reperi: „Die 26. Februarii cum cl. Prof. Briotte, Vilnensi, pro consilio vocatus sum ad monasterium *Visetundinarum*, ut vocant, ut virgini sacrae, ex Gallia oriundae, quinquagenariae, consulerem. Variis illa spasmodicis affectibus atque hysterismo detenta, cum sui morbi historiam mihi exponeret, narravit quoque sese per tres menses phthiriasi quondam laborasse, dein vero nescio quibus auxiliis liberatam fuisse. Interrogavi num forsitan ad calvariae partem capillatam pediculorum multitudo tanta fuisset? negavit hoc, quod pili hac in parte rescinderentur virginibus sacris, referens sibi ex omni corporis superficie pediculum humanum sub epidermide latuisse, et cum hanc scalptu lacerasset, ex eadem prodiisse. Nunquam egomet ipse talia conspexi.“

centibus) visus, testimoniis ARISTOTELIS [5]), GALENI [6]), SERAPIONIS [7]), AETII [8]), PLINII [9]), CAELII AURELIANI [10]), AMATI LUSITANI [11]), HAFENREFFERI [12]), MERCURIALIS [13]), G. FRANCI DE FRANKENAU [14]), M. B. VALENTINI [15]), SCHROECKII [16]), VALLISNIERI [17]), CHIVAUD [18]), ALBERS [19]), CAZALIS [20]), L. MARCHELLI [21]), P. TOURNADOUR [22]),

5) Histor. animalium. Lib. V. cap. 32.

6) De composit. med. sec. loc. Lib. I. c. 8. 9.

7) Pract. tract. I. cap. 5.

8) Tetrab. II. Serm. II. cap. 67. 9) Lib. XXIV. c. 13.

10) Morborum chronicorum. Lib. IV. cap. 2.

11) Curat. med. cent. III. 58.

12) Lib. VIII. obs. 14. 16. — Lib. IX. obs. 46.

13) Op. cit. Lib. I. cap. 7.

14) De phthiriasi (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. p. 395).

15) De phthiriasi insolita (Acta acad. nat. cur. Vol. II. p. 396).

16) In additamentis ad Helwigii obs. p. 146.

17) *Nuova giunta d'osservazioni ed esperienze intorno alla storia med. e naturale. Opp. I.* p. 339.

18) *Mémoire sur le phthiriasis ou maladie pédiculaire (Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. T. II. P. I.* p. 216).

19) *Salzburger med. chir. Zeitung* 1814. *No.* 28. p. 48.

20) *Observation sur un cas de fièvre intermittente phthirisiaque* (SEDILLOT *réc. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 30. p. 169. — GRAPERON *Bulletin des sciences méd. T.* 1. p. 102. — *Annuaire de la soc. de méd. du département de l'Eure. A.* 1808. p. 154. — HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 1813. *März.* p. 122).

dour [22]), H. Chr. Alt [23]), Harder *) et J. A. Schultes **) confirmatur.

Sedes. 3. Pediculi vel undique ex superficie corporis, interdum cum sudore [24]), scaturiunt, vel in tuberculis, abscessibus [25]) et visceribus (ut in corde [26]), ventriculo [27])) delitescunt.

Caussae. 4. *Caussa*, instar caussae vermium intestinalium, latet. Num extrinsecus derivanda [28])? Accusa-

21) *Storia d'una rara phthiriasis o malattia pedicolare. (Mem. della soc. med. di emulazione di Genova. T. 3. Quadrim. 1. p. X. 65).*

22) *Essai sur le phthiriase et l'oedème considérés comme maladies, qu'il est quelquefois dangereux de guérir. Paris* 1816.

23) De phthiriasi. Commentatio inauguralis pathologica. Bonnae 1824. 4°.

*) *Vermischte Abhandlungen aus dem Gebiete der Heilk. von einer Gesellschaft prakt. Aerzte zu St. Petersburg. Dritte Sammlung. Petersb.* 1825. p. 254.

**) Ratio medendi in schola clinica medica U. R. L. M. et demum schol. chir. Landshuthanae. Lips. 1828.

24) Ephem. acad. nat. cur. dec. II. ann. 6. append. p. 3. 5.

25) Ibid. ann. 4. obs. 13.

26) M. F. Locher de phthiriasi cordis Plinii Valeriani (Ephem. acad. nat. cur. cent. 7 et 8. p. 233).

27) Acta Hafn. Vol. III. obs. 91.

28) Oestrus saltem humanus in Americae regione calidissima ova cuti humanae imponit, larva mox perfodit, et sub eadem per annum dimidium metamorphoseos tempus expectat: quo accedente elabitur, et in oestrum fuscum, muscâ domestica parum majorem abit (Rudolphi entozoa. Vol. I. p. 516. — Hum-

cusabantur esus carnis humanae putridae [29]), locustarum sale conditarum [30]), pediculorum [31]), fascinum [32]), commercium cum canibus [33]) et (imme-

BOLDT *essai sur la géographie des plantes, accompagné d'un tableau physique des régions équinoctiales. Paris* 1805. 4. max. p. 136).

29) RIEDLIN Lin. med. 1696. p. 462.

30) DIODORUS SICULUS (Hist. opp. Lib. II. p. 247) refert de *acridophagis*, populo Aethiopiae vicino, qui solis locustis sale conditis per omne tempus vescantur. Addit vero: „Neque enim pecora nutriunt, neque pisces edunt, procul a mari positi, neque ullum aliud vitae adminiculum habent. Corpore leves sunt, veloces cursu, et vitae brevis, ut qui longissime vivunt, quadragesimum non excedant annum. Finis eorum non solum mirabilis est, sed etiam incredibilis. Nam propinquante senectu, *pediculi alati*, non solum visu varii, sed specie horridi, ac turpes, in corporibus nati, ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus parvo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primum veluti scabiei cujusdam pruritu allectus, corpus scalpit, voluptate simul et dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermium copia effluit, aliis super alios, tanquam ex perforato vase scaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto sive cibi, sive aëris causa miserum sortiuntur vitae finem."

31) CH. F. PAULLINI phthiriasis a pediculis vivis contra icterum datis (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. p. 37).

32) J. WOLFF de phthiriasi a fascino inducta putata (ibid. dec. III. a. 1. 1694. p. 19).

(immerito [34])) impuritas. Frequentius phthiriasis visa est in sexu sequiori [35]), valetudinariis, febribus [36]), maxime intermittentibus [37]), syphilide [38]) et tabe [39]).

Cura.

5. Valent usui externo succus expressus *nicotianae* [40]), *petroselinum* [41]), *mercurius* [42]), *sulphur* [43]), *oleum* [44]) (pro balneo), *arsenicum* [45]), *oleum terebinthinae* [46]).

Caput

---

33) Refert saltem Tode (*Arzneykundige Annalen. Heft* 4. p. 25), duce operis Gescheri, ex canibus, quos sinu suo fovebant duae feminae, unam, ad pubem, alteram in laterali abdominis parte, pustulas fabae coffeanae magnitudinis acquisivisse. Sponte ex his pustulis prodibant *pediculi canini* (*Hundsläuse*), qui per aliquot dies supervixerunt, et quibus egressis, salus feminis restituta fuit sine alio auxilio.

34) Francus diss. de phthiriasi, morbo pediculari, quo nonnulli *Imperatores*, *Reges aliique illustres viri ac feminae* misere interierunt. Heidelberg. 1678.

35) Alt l. c.

36) Petrus a Castro de febre maligna puncticulari. §. 39.

37) S. Ledel de pediculis post tertianam febrem (Misc. acad. nat. cur. dec. III, a. 9 et 10. 1701—1705. p. 367).

38) Chr. Fr. Paullini venereus phthiriasi consumtus (ibid. dec. II. a. 5. 1686. append. p. 24).

39) Huc spectat *pediculus tabescentium* Altii (l. c. p. 5).

40) Porta mag. nat. Lib. VIII. c. 2.

41) C. M. Valentini petroselinum antiphthirisiacum (Act. nat. cur. Vol. I. p. 285).

42) J. Lindestolpe phthiriasis mercurio curata (Act. liter. Sueciae. Vol. I. p. 478).

43) Caelius Aurelianus p. 498.

Caput XVII.

De psydracia.

§. XLV.

Definitio. Historia. Symptomata. Caussae.

1. Nomine *psydraciae* tubercula sive pustulas, psorae quidem saepe similes, sed nec communicativas nec ulli corporis loco peculiariter addictas, designamus. Definitio.

2. *Psydracia* (diu cum psora confusa), a Lorry [1]), Sauvages [2]), J. P. Frank [3]) et Swediaur [4]) (nominibus nunc *scabiei*, nunc *psoriasis*) descripta est. Bateman ex psydracia *pruriginem formicantem* [5]), *ecthyma* et *acne* [6]) atque *rupiam* [7]) facit. *Rupiae* nomen Rayer [8]) quoque retinuit. Historia.

3. *Psy-*

44) J. Lanzoni de phthiriasi oleo olivarum curata (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701. p. 33).

45) Hufeland in diario l. c. p. 127.

46) Bateman a *practical synopsis of cut. diseases.* p. 21. („*The oil of turpentine much diluted with oil of almonds*").

1) Op. c. p. 250. 2) Nosol. T. I. p. 135.

3) Epit. Vol. IV. p. 180. 4) Op. c. Vol. II. p. 221.

5) *Delineations* etc. *Plate VI. fig.* 2. — *Plate LXII. LXIII.*

6) l. c. *Plate XLIII. Ecthyma vulgare fig.* 1. *Ec-*

Symptomata. 3. *Psydracia* sub forma nunc *tuberculorum* parvulorum, basi regulari instructorum, rubentium, interdum modice prurientium, vix dolentium, livescentium, — nunc *bullarum* [9]) vel *pustularum*, psorae fere similium, at raro prurientium, tum ad faciem, tum ad reliquas corporis partes, obvenit. Tubercula saepe ad apicem suppurant ac pustulae facile crusta squamosa cooperiuntur. Ambo indeterminato tempore, relicta saepe macula sive stigmate coloris profunde rubri, evanescunt, ac haud raro periodice recurrunt.

Caussae. 4. Ad *caussas* psydraciae spectant: variae artes manuariae, mansio in fodinis metallicis, immundities, usus pharmacorum cutim topice irritantium, thermae, plethora, haemorrhagiae suppressae, vita sedentaria et casta, vigiliae, vitia primarum viarum, periodus menstrualis, venus nimia, lues venerea, scorbutus, scrophula, febres aliique morbi praegressi, nec non vaccina. Caussa proxima saepe in inflammatione glandularum cutanearum locata videtur.

§. XLVI.

thyma luridum fig. 2. *Plate XLIV. Ecthyma cachecticum.*

7) l. c. art. Rupia.

8) l. c. T. I. p. 196. *Planches II. fig.* 2. 3.

9) Rupia proprie dicta.

§. XLVI.

Diagnosis.

Facilis confusio.

1. Prout *psydracia* sub forma sive tuberculorum sive pustularum comparet, vel cum *ictibus insectorum*, *furunculis*, *strophulo* et *urticatione*; vel cum *hydroa*, *psora* et *herpete* confundi potest.

Distinctio ab ictibus insectorum.

2. Insecta fortuito cuti infensa, utpote eam *vulnerantia*, malum ad chirurgiae imperium pertinens excitant; reliqua, generi humano propria, morbis specificis supra descriptis ansam porrigunt. Haec cum ita sint, Sauvagesio, psydraciam et ab insectis repetenti, haud assentimus, medicosque juvenes hortamur, ne vulnuscula, forte ab hac caussa, praecipue apud infantes orta, pro impetigine quadam declarent.

Distinctio a furunculo.

3. *Furunculi* in plurimis partibus simul erumpentes, priusquam consuetum incrementum attigerunt, cum *psydracia tuberculosa* et *pustulosa* [1]) confundi possent, nisi illi dolorem et nucleum, hi autem solummodo pruritum ac levem ad apicem suppurationem ostenderent.

Distinctio a strophulo.

4. *Strophulus* consulto a J. P. Frank ad *psydraciam*, quam *infantilem* dicit [2]), revocatur; interea

1) Sic Heimio relate ad furunculum, quem *spurium pustulosum* vocat, contigisse videtur (*Erfahrungen über die Furunkeln;* in Horn's *Archiv für med. Erfahrung B. 4. Heft 1*).

2) Epitome T. IV. p. 182.

terea cum ille in *papulis*, hac autem in *tuberculis*, strophulo solum sparsim et transitorie mixtis, consistat; utraque mala sejungenda esse, existimavimus.

Distinctio ab urticatione.

5. Comparentibus *psydracia* et *urticatione* sub forma *tuberculosa*, similitudo inter eas intercedit; verum ibi, tubercula rubra, livida, basi regulari modice prurientia et constantia sunt; — hic vero alba, basi irregulari, summum pruritum excitantia et fugacia.

Distinctio ab hydroa.

6. *Psydracia bullosa* seu *pustulosa* certe *hydroae pustulosae* valde similis est, atque *psydraciam*, quam dicunt *hypochondriacorum* 3), nil aliud quam *hydroam nervosam* esse, suspicamur. Praecipua inter hujusmodi impetigines differentia in eo consistit, quod in psydracia copia pustularum longe major et super ampliorem superficiem sparsa cernitur, quam in hydroa.

Distinctio a psora.

7. Quum forma *psorae* et *psydraciae* plane eadem sit, ac illa ab hac solummodo per praesentiam sive absentiam acari exulcerantis distinguatur; securissimum diagnosticum in investigatione insecti locatum est. Quoniam autem haec investigatio saepe ardua evadit, sequentia criteria haud supervacanea erunt.

Psora.	*Psydracia.*
a. Ortus morbi plerumque inter digitorum interstitia observatur.	a. Ortus admodum varius est.

b. Ra-

3) Frank l. c. p. 181.

b. Rarissime, inprimis apud adultos, faciem occupat.	b. Saepe in facie animadvertitur.
c. Pruritus constans ac vehemens, sub calore lecti adhuc augetur.	c. Pruritus neque constans, neque vehemens, a lecti calore vix invalescit.
d. Facillime communicatur.	d. Non communicatur.

8. Notandum est, *psoram* (aut pharmaca contra eam extus adhibita) cuti irritationem inferendo, *psydraciam* facile excitare; cujus esto memor *complicationis*. Monitum.

9. *Psydracia* nunc *vitium locale* cutis, nunc symptoma *affectionis universalis* sistit. Ad illud pertinent: *P. artificum*, *P. ab immunditie*, *P. thermalis*; — ad hanc spectant: *P. ex plethora*, *P. gastrica*, *P. critica*, *P. venerea*, *P. scorbutica*, *P. scrophulosa*, *P. vaccina*. Divisio.

10. *Psydracia artificum* ad manus sartorum et textorum, ex polline acri sive ex oleo rancido vestium antiquarum et lanae occurrit. Simili cutis vitio et homines in fodinis metallicis laborantes subjiciuntur. P. artificum.

11. *Psydracia ab immunditie* apud homines maxime impuros ad extremitates aliasque corporis partes contingit. Huc et pustulae ab *unguentis* sub cura psorae, vel aliorum morborum ortae, spectant. Mirum omnino est, *tartritidem stibii* P. ab immunditie.

et potassae, cuti illinitum, pustulas peculiares a vaccina haud plane absimiles generare 4).

P. thermalis. 12. *Psydracia thermalis* usui externo plurimarum thermarum 5) communis, plerumque sub forma tuberculorum, sine aegrorum sive damno, sive levamine, comparere solet.

P. a plethora. 13. *Psydracia a plethora* nunc pustulosa, nunc tuberculosa, apud juvenes sive caste viventes, sive veneri primum litantes 6), sive liquoribus fermentatis indulgentes, nec non apud homines vitam sedentariam ducentes, vel haemorrhoidibus sive menstruis suppressis 7) laborantes, obvenit.

P. gastrica. 14. *Psydracia gastrica* nonnunquam ex acidis

4) Authenrieths *Versuche für praktische Heilkunde. Tübingen* 1807. p. 127—134. Sherwin in *memoir of the medical soc. of Lond. Vol. II.* — Hutchinson ibid. Vol. V.

5) E. c. Wisbaden, Aquisgranum, Baden in Austria etc.

6) *Scabies neogamorum* Hünerwolfii, quam vocant *Braut-Krätze* (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 1. 1694. p. 192). — Judaeus mercator Lithuanus, a. 1815. mense Majo, consilium meum pro psydracia petiit, cui toties obnoxius fiebat, quoties cum uxore *graviditatis tempore* coitum exerceret. Accidit id jam tribus vicibus, nunc hiemali, nunc autumnali, nuncque aestivo tempore.

7) M. Friese de scabie ex retentione mensium (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 108). — Chr. F. Paullini scabies mammarum ex retentis menstruis (ibid. dec. II. a. 5. 1686. append. p. 11).

dis primarum viarum [8]) et ex vermibus [9]) oriri visa est.

15. *Psydracia critica* psoram criticam auctorum [10]) amplectitur, ac haud raro febrium aliorumque morborum finem concomitatur. Ad apicem interdum crustâ notatur *). P. critica.

16. *Psydracia venerea* [11]) sub forma tum pustularum, tum tuberculorum, nunc indolentium, nunc ardentium, vix unquam prurientium, praesertim ad faciem, pectus, brachia, rarissime ad manus obviarum, apparet. Pustulae halone violaceo circumdatae sunt ac tubercula adspectum cupreum, foedum, veluti variolarum solidescentium, prae se ferunt; ambo omnia a psora, aegrum venereum fortuito detinente, distingui debent. P. venerea.

17. *Psydracia scorbutica* [12]), pro re nata bullosa, pustulosa, tuberculosa, plerumque pruriens, nulli P. scorbutica.

8) Hufeland's *Journal der praktischen Heilkunde.* 6. *B.* 2. *St.* p. 382.

9) Ibid. 21. *B.* 4. *St.* p. 9.

10) Tode *medic. Annalen* 1. *Th.* 5. *Heft.* p. 42.

*) *Acne punctata* Batemani *Plate LXII.*

11) *Observation d'une maladie analogue à celle décrite par le Dr.* Laybach *sous le nom de* scabies venerea (Sedillot *rec. période de la soc. de médecine de Paris.* *T.* 41. p. 377). *Acne indurata* Batemani (*Plate LXIII*) *psydraciae* nostrae *venereae* plane similis est.

12) J. van Speren *over eene* Scabies scorbutica (*Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 6. *St.* 1. *Bl.* 367).

nulli parcens loco, saepe ex ipsis ecchymomatibus evolvitur, aut iis circumdatur.

P. scrophulosa. 18. *Psydracia scrophulosa*, habitus scrophulosi soboles, utplurimum tuberculosa, maxime faciem et pectus obsidet.

P. vaccina. 19. *Psydracia vaccina* [13]) tertia hebdomade, vel tardius quoque a peracta insitione, sub forma vesicularum solitariarum, nulli cutis loco parcentium, nunc paucarum, nunc plurimarum [14]), in conspectum venit. Vesiculae materie puriformi repletae, halone rubro latitudinis duarum triumve linearum, elevato, compacto, et duriusculo circumdantur, ac disruptae vel in crustam, vel in excoriationem desinunt. Curriculum hujus eruptionis spatio unius hebdomadis et ultra absolvitur. Magnam ea cum *varicella solidescente* refert similitudinem, a qua tamen defectu febris et habita ratione praegressae vaccinae distinguitur.

§. XLVII.

Prognosis. Cura.

Prognosis. 1. *Psydracia artificum* et *Psydracia ab immunditie*, si caussam evitare liceat, facillime abigitur. Idem de *Psydracia thermali* valet. *Psydracia ex plethora*, *Ps. gastrica*, *Ps. critica*, sponte, at saepe non sine stigmate violaceo, rubro, evanescunt ac facile redeunt. *Ps. venerea*, *scorbutica*

13) Germ. *Schutzpockenkrätze.*

14) Ultra quinquaginta numeravimus.

butica et *scrophulosa*, auxiliis localibus derepente suppressa, plurimis iisque gravibus malis ansam porrigere potest. *Ps. vaccina* in genere levem morbum constituit: si vero infans fuerit scrophulosus, facile hujus indolis particeps fit, ac malum addit malo.

2. *Psydracia artificum* et ab *immunditie* detergentia exposcit. *Ps. thermalis* suspensione balnei et fuga refrigerationis sanatur. *Ps. a plethora* regimine antiphlogistico, inprimis *cucurbitulis cruentis* ad dorsum et usu interno seri lactis, debellari solet. *Ps. gastricae*, pro re nata, lenia purgantia, absorbentia, et anthelminthica accommodata sunt. *Ps. critica* et *habitualis* balneis tepidis, ulceribus artificialibus et lenibus diureticis curatur. Ita et *Ps. vaccina*. Reliquae curam universalem, diathesi, ex qua pullulant, accommodatam, postulant. In *psydracia scrophulosa* decoctum radicis smilacis chinae saepe prodest. Cura.

Caput XVIII.

De herpete.

§. XLVIII.

Definitio. Historia.

1. *Herpes* [1]) impetiginem prurientem, plerumque serpentem ac saepe periodicam sistit, sub forma Definitio.

1) A Graec. Ἕρπω, serpo. *Synonyma.* Formica, ser-

forma nunc *papularum* rubrarum, subluteârum, nunc *pustularum* sero rubello, flavescente, limpido repletarum, comparentem, ac sive in desquamationem sive in crustas, sive in ulcera desinentem.

Historia. 2. Veteres et Arabes herpetem cognovisse, opera HIPPOCRATIS [2]), GALENI [3]), PLINII [4]), AETII [5]) et AVICENNAE [6]) testantur. Hujus denique morbi doctrinam WEDEL [7]), ROUSSEL [8]), CARRERE [9]), PITNER [10]), RAMBEAU [11]), TOURNEY [12]), POUPART [13]),

pigo, lichen, impetigo, petigo. GERM. *Flechte; Haarbrand; Haarwurm; Ringwurm; Schwinde.* GALL. *Les dartres; Berbi.* ANGL. *St. Antony's fire; Wildfire; The shingles; Tetter.* ITAL. *L'erpete: serpicella; volatica; oladega; derbie; zerbite; sali; il salso.* HISP. *Herpes; Sarpullido.* LUSIT. *Erpes; Dartres.* ROSS. *Лишай.* POLON. *Liszay.* BELG. *Hairworm; Sprenkvuur: Sprinkvuur.* DAN. *Gust; Alvgust; Alvid; Eitersmau; Flaetning; Ringworm.* SUEC. *Råform; Reform.* ISLAND. *Reformr.*

2) Lib. IV. Epidem.

3) De compositione medic. Lib. V. De tumoribus. P. I. c. 9. De arte cur. ad Glauc. Lib. II. c. 1. 2.

4) Lib. XXVI. cap. I.

5) Tetrab. IV. sect. 2. c. 60.

6) Canon. Lib. IV. Fen. 3. Tract. I. cap. 6.

7) Diss. de herpete. Jen. 1703.

8) De variis herpetum speciebus, caussis, symptomatibus etc. Cadomi 1779.

9) *Mémoire sur les vertus, l'usage et les effets de la douce amère. Paris* 1780.

10) Diss. de herpete. Budae 1780.

PART [13]), BERTRAND DE LA GRESSE [14]), GERAPS [15]), GEMPF [16]), GOLDBECK [17]), HENSLER [18]), TILESIUS [19]), ALIBERT [20]), G. LAFONT - GOUZI [21]), WEINHOLD [22]), R. WILLAN [23]), ED. H. HÖFFNER [24]), FENEMA [25]), F. FRIEBEZEISER [26]) et PLUM-

11) *Mémoire sur la nature et le traitement des dartres* (*Journal de médec. militaire* 4. *cahier* 1782).

12) Diss. de herpete. Nanceji 1783.

13) *Traité des dartres. Paris* 1784. 2. *édit.* (Versio Germanica. Strasburg. 1783. — *Zusätze aus der zweiten Pariser Ausgabe.* ibid. 1785).

14) *Essai sur le traitement des dartres. Paris* 1784.

15) Diss. herpetis naturam atque caussas lustrans. Marburg. 1790.

16) Diss. de herpetis natura et caussis. Marb. 1791.

17) Diss. de herpete. Jen. 1797.

18) Progr. de herpete. Kiliae 1801.

19) *Theorie der flechtenartigen Ausschläge, ein Versuch zur nähern Bestimmung der chron. Hautkrankheiten. Leipzig* 1802.

20) *Description des maladies de la peau* etc.

21) *Observations sur les dartres* (*Annales de la soc. de méd. de Montpellier T.* 20. p. 414).

22) *Der Graphit als ein neu entdecktes Heilmittel gegen die Flechten. Leipz.* 1808.

23) *A practical treatise on porrigo or scalled head, and on impetigo the ruming or running tetter. Edited by* ASHBY SMITH. *Lond.* 1815.

24) Diss. exhibens herpetis furfuracei maligni universalis casum memorabilem. Addit. disq. crit. hist. Berol. 1815.

25) Diss. de herpete. Groning. 1822.

26) Diss. de herpete exedente. Berol. 1825.

Plumbe [27]) excoluerunt. Bateman illius ordines confudit [28]).

§. XLIX.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

Generatim.

1. Ut multifaria herpetis symptomata debito ordine exponi possint, hunc morbum in *farinosum*, *miliarem* et *rodentem* dividemus.

H. farinosus.

2. *Herpes farinosus* [1]) pruritu cutis, sensu ardoris et tensionis annunciatur. Mox papulae rubrae aut flavae, dispersae, copiosae, sine cutis tamen intermediae phlogosi, in conspectum veniunt, ac in minimas lamellas albescentes, quasi farinosas, sive instar depositionis terreae, fatiscunt. Herpes hic, nunc constans, plerumque volaticus, ad faciem, praecipue pone aures, ad mentum, supercilia, partem capillatam capitis, collum, cubitos, palmas manuum, poplitem, plantas pedum, ad labia vulvae, obvenire solet. Figura

27) *Prakt. Abhandl. über Hautkrankheiten. A. d. E. Weimar* 1825. p. 191.

28) Opp. citatis. Herpetem ibi revocatum videbis mox ad *lichenes*, mox ad *lepram*, mox ad *impetigines*, mox ad *porriginem*, mox ad *Eczema*, mox ad *Sycosin*, moxque ad *lupum*.

1) *Synon.* Herpes simplex, herpes siccus, lichen siccus. Germ. *Trockne Hautflechte.* Gall. *Dartre farineuse, dartre sèche, dartre furfuracée* Alibert. Angl. *Dry tetter.*

gura illius rotunda [2]) aut triangularis est, marginibus elevatis, centro depresso, albido.

3. *Herpes miliaris* [3]), praeviis saepe cephalalgia, dyspnoea et incommodis primarum viarum, cum magno pruritu, ardore, tensione et aliquando rubore tumoreque partis, sub forma congeriei pustularum, seminibus milii similium, vel interdum sub illa phlyctaenarum [4]) prorumpit. Cruciatus inde maximi, praecipue post lautum pastum et ad noctem, oriuntur. Pustulae sive vesiculae ad basin roseae, et ad apicem subalbae (interdum venis varicosis radiatis circumdatae [5])), vel sponte, vel scalptu rumpuntur, effluente ichore acri, saepe foetido, qui in crustas [6]), aut squamas [7]) eat tenues, inaequales, scabras, nunc cinereas, nunc luteas, nunc subatras, sive siccas [8]), sive madi- H. miliaris.

2) Herpes furfuraceus circinatus Aliberti. Lepra vulgaris Batemani (*delineations* etc. *Plate VII*).

3) *Synonyma.* Formica miliaria. Gall. *Dartre miliaire. Feu volage. Dartre boutonné.* Lichen circumscriptus Batemani (op. c. *Plate V. fig* 3).

4) Herpes phlyctaenodes, vesiculosus, diaphanus Tilesii (op. cit. p. 43). Herpes phlyctaenoides Batemani (*delin. Plate XLIX*). Rayer (op. c. *Planche III. fig.* 1).

5) Herpes iris Batemani (*delin. Plate LII. Synops.* p. 239).

6) Herpes crustaceus Aliberti. Impetigo scabida Batemani (*Plate XXXVI*).

7) Herpes squamosus Aliberti.

8) Herpes centrifugus lichenodes Aliberti.

madidas [9]), desinit. Herpes hic eadem ac alter occupat loca, praeterea saepe ad praeputium [10]), scrotum [11]), ad perinaeum, ad vulvam [12]) nec non aliquando circa papillas mammarum occurrit. Ad scrotum inprimis aegrum ad cruentum usque scalptum,

9) Herpes squamosus madidans ALIBERTI. Impetigo figurata BATEMANI (*delin. Plate XXXIV*). — Impetigo sparsa BATEMANI (ibid. *Plate XXXV*).

10) Herpes praeputialis BATEMANI (*delin. Plate LI. fig.* 2. 3. *Synopsis.* p. 236. — REES's *new Cyclopaedia art. Herpes.* — ROYSTON *history of an eruptive disease of the integuments of penis in medical and phys. journal vol.* 23. — KECHNIE *observations upon herpes of the prepuce in the Edinburgh med. and physic. journal vol.* 7. — EVANS *pathological and practical remarks on ulceration of the genitalia organs. Lond.* 1819. p. 27). Dividitur herpes praeputialis 1° in h. praeputii interni. 2° h. praeputii externi. 3° h. glandis. Huc quodammodo spectat specimen plane singulare impetiginis, quam in nobili viro a. 1816. mense Januario Vilnae vidi. Vir hic quadragesimum sextum aetatis annum tunc numerans, hypochondriacus, erythema *naevum*, coloris obscure rubri, dimidium femoris sinistri et penis ejusdem lateris occupantem exhibuit. Pars haec ultima jam decem ab annis materiem caseosam largiebatur, una cum insigni pruritu, inprimis neglecta lotione, bis de die repetenda.

11) Herpes scrotalis BATEMANI et ROYSTONI.

12) Herpetem pudendorum, utroque in sexu familiarem nomine generali *herpetis* genitalis (aut rectius partium genitalium) compellari posse, jam animadvertitur in FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde. No.* 287. *Mai.* 1826. p. 14).

scalptum, sequente ardore, veluti a carbone accenso, cogere solet. Duratio morbi per menses, annos, vel per totum vitae curriculum, renovata saepius pustularum efflorescentia, observatur.

4. *Herpes rodens* [13]), instar herpetis miliaris, interdum praevio saevissimo universali pruritu [14]) adoritur. Pustulae disruptae hîc ichorem, partes vicinas rodentem, exulcerantem, fundunt, quo, malum magis magisque tum in latitudinem, tum in profundum propagatur. Nonnunqum et crustae mox deciduae, mox redeuntes generantur. Communis hujus morbi sedes facies est [15]). Vultum a crustis, larvae instar, exceptis oculis, totum obductum vidimus. Aliàs herpes *mentum* solum detinet (*Mentagra* [16])), quo in casu facile ad collum proserpit, ac apud mares, barbae caussa, gravia incommoda parit. Interdum *pili* istius, plurimis in locis veluti penicilli uniti, cernuntur [17]). Nec herpetis rodentis, universam corporis superficiem sub forma ulcerum foetidorum, marginibus irregularibus instructorum, ac facile H. rodens.

13) *Synon.* Ignis sacer Celsi. Herpes esthiomenus Galeni. Herpes exedens, h. depascens, lupus vorax, h. phagedaenicus, h. noma. Gall. dartre rongeante. Lupus Batemani (*delin. Plate XLVII*).

14) Sic in nobilissimo Polono observavimus.

15) Porrigo favosa (*of the face*) Batemani (*delineat. Plate XLII*).

16) Sycosis menti Batemani (*delineat. Plate XLV*).

17) Lichen pilaris Batemani (*delineat. Plate V. fig. 1*).

facile cruorem fundentium, obsidentis, desiderantur exempla. Immo haud raro malum ad *interna loca* proserpit aut ibi cutis loco evolvitur. Partes sic obnoxiae, systema nervorum [18]), cavitates aurium [19]), narium [20]), pulmones [21]), trachea [22]), intestina *), vesica urinaria [23]); urethra [24]), uterus [25]), esse solent. Neque systema glandularum lympha-

18) B. Herrmann de singulari epilepsiae infantilis caussa (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. 1685. p. 177).

19) Legatur memorabilis historia morbi principis Spirensis in J. P. Frank epitome Vol. IV. p. 144.

20) Ozaenam, certe non syphiliticam, in homine olim herpete laborante conspexi.

21) Phthiseos, quin immo et peripneumoniae indolis herpeticae habeo exempla.

22) Phthisis trachealis, habita proportione, saepius quam pulmonalis, ex herpete originem trahit. Quid quod plures *tusses chronicas*, a caussa herpetica membranam mucosam laryngis et tracheae vellicante facile explicandas, quo scribo tempore (Novo-comi) coram oculis habeo.

*) Nuper virum quo tempore Novo-comi degentem curavi, qui vicissim aut herpete aut diarrhoea (verisimiliter a caussa herpetica intestina irritante), laborat.

23) Enuresin gravem in viro, olim herpete rodente laborante, iisdem remediis, quae prius hunc morbum fugarunt, sanavi.

24) Weinhold l. c. p. 52. — Royston l. c. — *Gonorrhée occasionnée par la matière de la dartre (Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T. 7. P. 2.* p. 102).

25) Herpetem cum fluore albo alternatim comparentem

lymphaticarum, neque ossa a morbo, haud raro febre lenta terminaturo, immunia manent [26]).

5. Sectiones hominum saltem *cum* herpete defunctorum, nunc de pulmonum inflammatione, nunc de liquore seroso in pectoris cavitate extravasato, nunc de intestinis aut exulceratis, aut a vesiculis obsessis et saepissime de hepatis volumine aucto [27]), testantur. Necroscopia.

6. *Analysis chemica* squamarum et crustarum herpeticarum sequentia docuit: *squamae* ex albumine, mucilagine animali, muriate sodae, sulphate sodae, acido phosphorico libero et phosphate calcis componuntur et *crustae* eadem principia, excepto acido phosphorico, cujus loco carbonatem calcis continent [28]), offerunt. *Urina* largam copiam phosphatis calcis et parum albuminis continuisse est visa [29]). Analysis chemica.

§. L.

C a u s s a e.

1. Quamvis herpes nulli aetati parcat, rarius tamen infantes, saepius juvenes, praecipue circa pubertatis epocham, et adultos, saepissime vero senes aggreditur. Nonnullae regiones e. c. Insubria C. praedisponentes.

ac scirrhum uteri, fugam herpetis subsequentem, observavi.

26) Alibert l. c. p. 66. 27) Alibert l. c. p. 90.

28) Alibert l. c. p. 91.

29) Turte in Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde.* 1816. *Januar.* p. 117.

bria, ita herpeti favent, ut eum fere endemicum dixeris. In genere potius urbium incolas et proceres, quam rusticos et egenos invadit. Frequenter dispositionem hereditariam agnoscere solet.

C. excitantes.

2. Evolvitur herpes, praecipue vere, aestate et autumno, sub victu aulico, sub esu ciborum sale fumoque induratorum [1]), carnium corruptarum [2]), sub usu liquorum fermentatorum, sub vita aut nimis activa, aut plane sedentaria [3]), ab actione ignis [4]), a terrore [5]), a tristitia [6]), a veneris desiderio [7]), a suppressis haemorrhoidibus, menstruis, lochiis, fluore albo, diarrhoea et sudore habituali, a cohibita lactatione [8]), a retentione lotii [9]), a laesionibus organicis [10]), aliisque e stimulis localibus [11]), a psora [12]) et a viru

1) HERRENSCHWAND *traité des principales et des plus fréquentes maladies* p. 331. — LORRY l. c. p. 245.

2) ALIBERT l. c. §. 248. 3) Ibid. §. 249. 250.

4) Ibid. §. 252. 5) Ibid. §. 178.

6) Ibid. §. 254. 7) Ibid. §. 255.

8) Ibid. §. 18.

9) Difficultates urinae, cum herpete alternatim obvias, aliquoties vidi.

10) ALIBERT l. c. §. 253.

11) Observationes P. POTT et H. EARLE (*Lond. medico-chirurg. transact. Vol.* 12. *P. II*) de *ulceribus cancrosis* ex *irritatione locali ortis* quoque respectu herpetis memorabiles sunt. Docent saltem, quantum imperium exerceat in cutem pulvis fuliginis e carbonibus fossilibus emergentis, ubi inter plicas scroti deponitur ac morbum specificum hominum purificandis caminis di-

viru venereo. — Hoc ultimo excepto casu, herpes rarissime quid contagiosi [13]) (neque per insitionem [14])) offert.

3. Quamvis *caussa proxima* herpetis lateat, eam tamen non semper unam eandemque esse, compertum habemus. Ex caussarum enim enumeratione elucet: triplicem, quam sub nomine herpetis descripsimus, morbi cutanei formam (praeter irritamenta localia) pro re nata ex diathesi arthritica, scorbutica, syphilitica, scrophulosa, carcinomatica pullulare, quod infra accuratius adhuc demonstrabitur. Interea sponte ex symptomatum examine, herpetem nil aliud esse, nisi *inflammationem chronicam*, saepe pustulosam, membranae mucosae cutis, tum in desquamationem, tum in exulcerationem transeuntem, intelligitur. C. proxima.

§. LI.

catorum in Anglia excitat; de quo morbo et K. F. Stöhr scripsit (*Inauguraldissertation über den Schornsteinfegerkrebs der Engländer. Würzburg* 1822). Docent quoque sequelae ab ipsa novaculae in barba radenda actione timendae, quas propria experientia confirmare queo. Vidi nimirum Vilnae ex tali caussa cancrum genae in sene, duce quondam militum, Comite Igelströem.

12) Alibert l. c. §. 241.

13) J. C. Tode observatio herpetis ex contagio et naevi ex imaginatione (Soc. med. Hafniensis Collectanea. Vol. I. p. 95).

14) Alibert l. c. §. 171.

§. LI.

Diagnosis.

Generatim.

1. Pro varia herpetis forma, diversae cum eo confundi possunt impetigines, quae, si rite distinguerentur, minor ac vulgo creditur morborum pro herpete declaratorum evaderet copia. Ipse ALIBERT mala herpetica longe ultra debita confinia extendit. Caeterum a disceptationibus circa *formam* hujus morbi abstinebimus, dummodo nobis concedatur, herpetem variam indolem agnoscere ac ipsius characterem praecipue in *pruritu*, in *nisu serpendi* et in *periodica evolutione* consistere.

H. farinosi similitudines.

2. *Herpes farinosus faciei* cum *erythemate gutta rosea*, — ille aliarum partium cum *porrigine* similitudinem alit. — *Erythema* autem *gutta rosea* neque prurit, neque dolet, neque serpit, ac rarissime ad mentum, frequentissima herpetis (mentagrae) sede, obvenit. — *Porrigo*, quacunque in parte obveniat, nulli, saltem evidenti cutis vitio originem debet, — *herpes farinosus* contra ea ex praeviis papulis nascitur.

H. miliaris similitudines.

3. *Herpetis miliaris* forma quodammodo cum *miliaribus*, *zostere*, *exanthemate mercuriali miliformi*, *hydroa*, *psora*, *psydracia*, *tinea*, et, si in squamas desinat, cum *lepra squamosa* convenit. *Miliaria* vero sistunt exanthema, *herpes* impetiginem. Idem de *zostere* dicendum est, qui praeterea arcte ad unum tantummodo corporis latus circumscriptus invenitur, cum herpes plus minus nisum

nisum ad serpendum offerat. Et *exanthema mercuriale* acute decurrit ac praeterea a symptomatibus catarrhalibus comitatur. *Hydroa* fugax est, *herpes miliaris* chronicus. Porro rerum positiones, sub quibus varii hi morbi obveniunt, rite perpensae, diagnosi instar luminis sunt. *Psora* communicatur, *herpes* vero, nisi syphiliticus, omni contagio destitutus est. Praeterea *psora* ab initio pustulas *solitarias* exhibet, *herpes* vero pustulas *congregatas*. Tandem illa vix unquam, hic saepe in facie comparet. *Psydracia* frequenter ex caussis obviis externis oritur ac pustulas plerumque majores vixque congregatas exhibet cum pruritu eo herpetis minore.

4. *Herpes rodens* cum *ulceribus cancrosis* et *leprosis* confundi potest. H. rodentis similitudines.

5. Etiamsi herpetem ex irritamentis localibus minime negemus; in ea tamen persistimus opinione, hanc impetiginem plerumque e vitio universali pullulare. Ut igitur diatheses, quae illi ansam porrigunt, rite eruantur, praecipuum est momentum. De indole.

6. Maxima herpetum pars ex *diathesi arthritica* emergit, ac *principium*, quod vulgo dicitur *herpeticum*, eodem jure *arthriticum* vocari posset [1]). Sic docent aetas, in qua herpes plerum- H. arthriticus.

 que

1) Video, me hanc opinionem cum egregio practico communem habere: *Klinische Bemerkungen über einige chronische Krankheiten*, *von Dr.* J. G. Neuburg. *Frankf. a. M.* 1814.

que contingit, — classis hominum, quae illi praecipue subjicitur, — vitae genus, quod eum excitat, — imperium anni temporum, — recursus saepe periodicus, — volubilitas sedis, — ardor cutis, — depositio ad eam materiei phosphatem calci- continentis — ipsaque tandem curandi ratio. Hìc autem animadverti debet, herpetem arthriticum, praesertim apud homines robustos, haemorrhoidarios, saepe *complicationem inflammatoriam* inire et in genere pruritu maximo ac continuo stipari.

H. scorbuticus.

7. *Herpes scorbuticus* apud egenos et homines in nosocomiis inclusos, potissimum ad extremitates inferiores et ad faciem obvenit ac plerumque minus quam reliquae species prurit.

H. syphiliticus.

8. *Herpes syphiliticus* [2]) circa partes genitales et nasum evolvi, pruritu et ardore nocturno stipari, ac saniem foetentem largiri solet. Diagnosis inprimis ex morbis praegressis et pruritu nocturno instituitur.

H. scrophulosus.

9. *Herpes scrophulosus* infantibus, junioribus, feminis familiaris, amplas plagas frontis, colli, scapularum potissimum et brachiorum occupans, marginibus elevatis, haud multum pruriens, utplurimum siccus est.

H. carcinomaticus.

10. *Herpes carcinomaticus* plerumque rodens ac

2) Barthez *consultation sur des dartres de nature syphilitique* (*Annal. de la soc. de méd. de Montpellier.* T. 16. p. 293).

ac praesertim feminis aetate provectis communis, saepe a duritie viscerum abdominalium, a febre lenta stipatus, observatur. Vergit ad lepram.

11. Nec *complicationes* unius alteriusve harum diathesium desiderantur [3]), quo in casu herpetis natura non aliter quam habita summa ratione constitutionis aegri, vitiorum haereditariorum, morborum praegressorum, caussarum praesentium, symptomatum et effectus medicamentorum erui potest. Complicationes.

§. LII.

Prognosis.

1. Nulla extat impetigo, quae tam saepe pro *critica* et *salutari* haberi possit, quam herpes, inprimis ille, qui recens est ac copiosa secretione stipatur. Tali herpete comparente pertinacem hypochondriasin, rebelle asthma, aliaque incommoda fugata vidimus. Cum nostris observationes ALIBERTI [1]) aliorumque plane conveniunt. Salutaris.

2. Sicuti autem erumpens herpes saepe salutaris, ita illius sive spontanea, sive artificialis fuga aut *recessus* nocua et interdum lethalis [2]). Organa Metastasis.

3) J. E. GRANIER *observation sur une maladie dartro-syphilitique avec une note de* BAUMES (ibid. T. 11. p. 126. 150). J. C. LETTSOM *observations on certain herpetic affections attended with painful irritation* (*Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 3. p. 346).

1) l. c. p. 84.

2) D. WINCKLER de herpete brachii lethali cum adden-

gana cum caussa herpetica affinitatem peculiarem habentia, praecipue retrocessus experiuntur effectus. Aliquando *hepar* et *ventriculus* inde scirrhosa fiunt; aut *cor* sive *aorta*, in anevrysma aut exulcerationem incidunt [3]).

Difficultas sanationis

3. Quo diutius perseverat herpes, — quo ampliorem occupat superficiem, — quo magis ad haereditaria spectat mala, — et quo annosior aeger, eo difficilius sanatur. Saepissime morbus profligatus, post mensem vel annum unum alterumve recrudescit. Devicta licet impetigine, interdum doloris et stuporis sensus in cute remanet [4]). Nil certius de herpete omnino fugato testatur, quam evacuationum consuetarum ac antea suppressarum reditus. Herpes nonnunquam vulnerum obstitit sanationi [5]). Aliàs, accedente erysipelate, typho, vel alio morbo, ipse evanescit [6]).

Periculum.

4. Periculo quidem herpes sub debita cura vix instruitur. Interea tum apud senes, tum apud pauperes, tum apud homines, a gravibus animi curis

dis R. Lentilii (Misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 84. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. Append. p. 132). — Alb. Haller morborum graviorum exempla. — 4° mors ab herpete repulso (Nov. commentar. soc. Gottingens. T. VIII. P. 1. p. 7).

3) Testa *delle malattie del cuore* etc.

4) Heberden op. c. p. 99.

5) Neumann in Siebold's *Chiron*. 3. *B*. 18.

6) Alibert l. c. p. 93.

curis vexatos, saepe marcori universali, ac praeviis vel viscerum obstructionibus, vel hydropi, febri hecticae letali, ansam porrigit.

§. LIII.

C u r a.

1. Prima, dum herpetis suscipitur cura, quaestio est, utrum morbus fugandus sit nec ne? — Responsum in regulis generalibus impetiginibus medendi continetur. Si autem herpetem sanare liceat, altera occurrit quaestio: num scilicet *remedia interna*, num *externa*, num *utraque simul* in usum deducenda sint? Generatim.

2. Herpetem pro varia sua origine variam quoque exposcere curandi rationem, per se intelligitur. Haud arduum quoque fore existimamus, regulis generalibus adversus impetigines, ex variis diathesibus pullulantes, observationes speciales circa remedia, in herpete usitata, debito modo adjungere. Inter haec, quae usui interno inserviunt, recensenda sunt: a) *sulphur*, remedium scilicet cuilibet herpeti, excepto venereo, accommodatum, cujusque laudes, quamvis praeter modum, ALIBERT merito cecinit [1]). Noli autem timere, si, quod consuetum est, primis hujus remedii exhibitis dosibus, impetigo augeatur, tunc etenim paullo post verisimiliter imminuetur. Caeterum memor Remedia interna.

1) l. c. §. 283. „*Pour ce qui me concerne, j'emploie journellement le soufre à l'hôpital de St. Louis, et le succès couronne constamment son administration.*"

mor esto, aegros systemate nervoso excitabili ac pulmone debili praeditos, sulphur interdum vix ferre, quod de ipsis aquis mineralibus eum continentibus dici oportet; b) *antimonium*, praecipue *crudum* [2]), ita *calx antimonii sulphurata* [3]) etc. c) *mercurius*, qui tamen nisi antimonio junctus [4]), excepto herpete venereo et rophuloso, vix boni quid operatur; d) *graphites plumbago* [5]) et [6]) a nobis cum successu adhibitus; e) *acidum* tum *sulphuricum* [7]), tum *nitricum* [8]), tum *muriaticum* [9]); f) variaque *vegetabilia*, praesertim

2) R. Antimonii crudi unciam semis. Conservae rosarum, fumariae, cochleariae ââ unciam unam. Gummi Quajaci drachmas duas. M. f. c. Syrupo limonum electuarium. D. S. mane et vespere drachmam unam (La Gresie l. c.).

3) Hufeland's *Journal der Heilkunde* 4. *B.* p. 42. 9. *B.* p. 3. 11. *B.* p. 181.

4) Aethiops scilicet antimonialis.

5) Plumbum scriptorium. Germ. *Reissbley*. Gall. *Carbure de fer, crayon noir.* Angl. *Black lead.* R. Plumbaginis anglicae unciam unam. Mellis uncias quatuor. M. exacte, ut f. electuarium. D. S. Mane et vespere cochl. coff. (Weinhold l. c. p. 93).

6) Mayer *Heilung eines sechsjährigen* herpes exedens *innerhalb sechs Wochen* (Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde B.* 60. *St.* 2. p. 65).

7) Home *klinische Versuche.* p. 448.

8) Hoc remedio herpetem rodentem in sene miraculi instar debellavi.

9) Evers in Schmuckers *vermischten Schriften* 1. *B.* p. 193.

tim *stipites solani dulcamarae* [10]), *radix juniperi communis* [11]), *inulae helenii* [12]), *cortex ulmi campestris* [13]), *herbae violae tricoloris* [14]), *centaureae jaceae* [15]), *menyanthis trifoliatae* [16]), *fumariae*

10) Carrere l. c. — Otto de usu medico dulcamarae. — De la Grésie l. c. — Exhibetur extractum totius plantae methodo Störkiana paratum a granis sex ad grana duodecim, augendo dosin ad drachmam unam de die. Potest et decoctum ex drachmis duabus, — usque ad sex, stipitum ad colaturam librae exhiberi. Summopere idem remedium Althoff commendat (*Praktische Bemerkungen über einige Arzneymittel* 1. *B.* 1791).

11) Bruch diss. de radice juniperi decocta. Argent. — Wilhelmi diss. de junipero. Argent. — Hennicke nov. act. med. nat. cur. T. II. obs. 32.

12) *Sur la racine* Inula Helenium, *un remède très-efficace dans les dartres, la gale et autres maladies de la peau (Bulletin de la soc. philomatique. A.* 7. p. 184).

13) Banau *sur l'usage de l'orme pyramidal. Journ. de Paris* 1783. *No.* 255. — *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 9. *B.* p. 195. — Baldinger *neues Magazin.* 8. *B.* p. 161. — *Arzneykundige Abhandl. des Collegiums der Aerzte in London.* 2. *B.* p. 152.

14) *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 8. *B.* p. 330. — Nothnagel *Handbuch für prakt. Aerzte.* 1. *B.* p. 244.

15) Allioni flora Pedemontana Vol. I. p. 158. — Penchienatti et Brugnone in Bertrandi *op. anatomiche e cerusiche. Vol.* 4. p. 182. not. a.

16) *Gazette salutaire. a.* 1777. p. 163. Vid. Todе *chi-*

riae officinalis [17]), *scabiosae arvensis* [18]), *conii maculati* [19]), *rhois toxicodendri* [20]), *pulsatillae nigricantis* [21]), quae singula interdum prosunt, saepe effectu destituuntur, vix unquam nocent, dummodo primae viae inde non laedantur. Nulla enim in impetigine magis ad digestionis opus respiciendum est, quam in herpete. Quare, electo victu, pro re nata diathesi sive arthriticae, sive scorbuticae, sive syphiliticae *) accommodato, abdomen nunc resolventium et purgantium ope ab obstructionibus et saburris liberatur, ad quod *aquae*

rurg. Biblioth. 7. *B.* p. 275. — Succus expressus adhibetur.

17) STRANDBERG *om fel vid, chron. sjuk do mars botande* p. 17. Succus ad uncias duas.

18) BAUHIN. histor. T. III. p. 2.

19) LANDUETTE *journal de médecine.* T. 26. p. 335. — VALENTIN *lettre sur l'efficacité de l'extrait de ciguë dans les affections dartreuses* (*Annales de la soc. de médecine de Montpellier.* T. 12. p. 274. *T.* 17. p. 273).

20) J B. v. MONS *mémoire sur le* rhus radicans (*Act. de la soc. de méd. chir. et pharm. de Bruxelles;* Aegrotantibus. *T. I. P.* 2. p. 156). — G. G. LAFONT-GOUZI *dell' attività di alcuni rimedj contro diverse malattie* (*Giornale della soc. med. chir. di Parma Vol.* 3. p. 87. 90).

21) POUPART l. c. p. 204. 211. Extracto a gr. uno ad grana sex utitur.

*) *Hungerkur gegen eine hartnäckige Flechte* (RUST *Magazin für die gesammte Heilk B.* 25. *Heft* 1. p. 116). Notandum sanationem aegroti neutiquam curationi per inediam, sed mercurio deberi.

aquae minerales saponaceae et *salinae* mirifice inserviunt; nuncque per remedia *amara* et *aromatica* corroboratur. Praeterea maxime ad debitam urinae copiam respiciendum (quam tamen vix *tincturae cantharidum* *) ope solicitandam esse credimus), ne de instauratione evacuationum suppressarum loquamur.

3. Concesso *remediorum externorum* usu, secundum regulas generales determinando, plerumque *fonticulus* sive aliud ulcus artificiale, si fieri liceat, in viciniis loci affecti praemittitur. Si cutis ac herpetis status vasorum sanguiferorum nimiam repletionem ostendat, curam optimo rerum successu *hirudinibus* aut *cucurbitulis cruentis*, excepta facie, circa herpetem positis, incipimus. Dein, nisi impetigo jam admodum inveterata sit, quid *butyrum recens*, insulsum, quid *cremor lactis*, quid *saliva*, quid *malvae rotundifoliae decoctum*, quid *mucilagines* [22]) parti affectae applicita, Remedia externa.

*) Biett Parisiis in herpete inveterato aegrotis adultis quotidie viginti quinque guttas tincturae cantharidum exhibere, idque per mensem, narrat Kopp (Rust *kritisch. Repert. für die gesammte Heilk. B.* 13. *Heft* 3. p. 385).

22) Ex seminum cydoniorum, psyllionis et foeni graeci partibus aequalibus, additis eadem ratione camphora et mastiche (Hochheimer's *allgemein. öconomisch. technologisches Haus- und Kunstbuch. Leipz.* 1797. art. *Wider Flechten und Zittermale.* — Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde B.* 20. *Heft* 1. p. 168).

cita, quid *balneum tepidum* valeant, experimur. Hisce enim simplicissimis auxiliis, herpetes potentissimis pharmacis rebelles, plus vice simplici debellavimus. Alii *olei* ac *lavationis frigidae* [23]), aut *decocti sabinae* [24]) praestantiam laudant. Remediis allatis haud conducentibus (dummodo herpes non fuerit syphiliticus), ad *balnea sulphurea*, sive *naturalia*, sive *artificialia* [25]) confugimus. ALIBERTUS embrocationem partis affectae ope aquae sulphuricae commendat [26]). Ita *unguentum ex sulphure* et *axungia porcina* [27]), saepe (maxime in haemorrhoidariis) *balnea maris* reliquis palmam eripiunt [28]). *Balnea Wisbadensia* [29]) et *Nenndorfensia* [30]) vel alia *) tepida cum *foliorum*

23) BANG collect. Havniens. Vol. I.

24) KAUSCH *Memorabilien der Heilkunde, Staatsarzneywissenschaft* . *B.* p. 35. *Züllichau* 1813.

25) A. H. A. BETHAND *observations sur l'usage avantageux du sulfure de potasse employé extérieurement dans les affections dartreuses* (SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 48. p. 369).

26) Op. c. §. 294. 27) Op. c. §. 300.

28) J. LANZONI de herpete sola aqua marina curato (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 116). Similes observationes et praxis propria exhibet.

29) RITTER in HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde.* 7. *B.* 3. *St.* p. 74.

30) WAIZ ibid. 24. *B.* 4. *St.* p. 32.

*) Semi - thermis *St. Pellegrini* Provinciae *Bergamo* omnem in curando herpete laudem toto corde tribuo.

rum enpatorii (cannabini?) et *stipitum solani dulcamarae* ana manipulis duobus [31]) conduxisse sunt visa. Neque in rebelli malo, si pars id ferat, *fotus* animalis recenter mactati negligendus est. In genere tamen in pertinaci herpete, vix auxilium, quod *acetum forte*, antiquis jam notum remedium [32]), antecelleret, invenies. Succum *citri medicae* [33]), *acidum hydro-cyanicum* [34]), *acidum nitricum* cum *axungia* [35]), *acidum muriaticum*, cum *oleo* [36]), *sulphatem aluminis* [37]), *sulphatem zinci* [38]), *oxydum zinci* [39]), *muriatem oxyge-*

31) De la Gresie l. c.

32) Alex. Trallianus de arte medica Lib. I. c. 9. — Q. Serenus medicina. cap. de prurigine, papulis et scabie.

33) Sonnerat *Reisen nach Ostindien* 1. *B.* p. 101. — Rodschied *medic. chirurg. Bemerkungen.*

34) Ad drachmam unam et semis cum alcohol et aquae rosarum āā unciis sex. D. S. Pro lotione partis affectae (*Ueber die äusserliche Anwendung der Blausäure*, in Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 21. *Heft* 3. p. 569).

35) Leschen in Loder s *Journal für die Chirurgie* 2. *B.* 1. *St.* p. 179.

36) Neumann l. c. — Drachma una acidi ad unciam unam olei amygdalarum adhibetur.

37) Frauendorfer unguentum a Grünling depromptum laudat: R. Gummi tragacanthi, in aqua plantaginis soluti, unciam unam, aluminis, mercurii sublimati corrosivi āā drachmam unam, quae ultimi remedii dosis, nisi in vehiculo plurimarum librarum, nimia est.

38) Bell *on ulcers.*

oxygenatum calcis [40]), *deuto-ioduretum* *) ipsi haud tentavimus. *Tartratem stibii et potassae* cum *axungia porcina* [41]) utiliter herpeti illinitum fuisse affirmatur [42]). In herpete syphilitico, aut saltem syphilidi juncto, *mercurius* tum *muriaticus oxygenatus* [43]), tum *acetatus* [44]), tum *oxydatus* [45]) locum

39) Wezler- (*Nutzen der Zinksalbe gegen Flechten und andere chronische Hautausschläge*, in Harless *neue Jahrbücher der Med. und Chirurgie B. 1. St.* 1. p. 153. *B.* 4. *St* 1. p. 127) *unguentum zinci* sequenti pacto paratum commendat. R. Unguent. pomat. unciam unam. Oxydi zinci a scrupulis duobus ad drachmam unam. Ol. citri aether. gutt. tres — sex. M. f. ung.

40) *Recette d'une pommade antidartreuse; par* M. Chevalier (*Journal chimique medical. Mars* 1826. p. 126. — *Bulletin des sciences méd. de* M. Fermon. *N.* 5. *Mai* 1826. p. 108) *qu'on a employée avec succès dans le traitement de plusieurs espèces de dartres, et particulièrement contre les dartres crustacées, furfuracées et squammeuses. On prend; Axonge deux onces; Huile d'amandes douces six gros; chlorure de chaux trois gros, turbith minéral deux gros. On reduit en poudre très-fine le turbith minéral, et le chlorure de chaux; lorsque leur pulvérisation est terminée, on incorpore les poudres avec l'axonge et l'huile. On la conserve dans un flacon bien fermé.*

*) Biett v. Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Nat. und Heilkunde B.* 19. *No.* 7.

41) R. Tartari emetici drachmam unam. Axungiae porcinae unciam unam. M.

42) Malfatti, medicus Vindobonensis.

43) Bell l. c. — Oswald in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde* 23. *B.* 3. *St.* p. 40.

locum sibi vindicat. Et *graphites* jure sibi laudem promeruit [46]. Ita *ceratum nicotianae tabaci* [47], *decoctum corticis nucum juglandium viridis* [48], pulpa ex herba *Achilleae millefolii* [49], *aqua calcis* [50], *subborax sodae* [51], *magnesium* [52], *cuprum viride aeris* [53], *ammonia* [54], *oleum animale*

44) Styx in Hufeland's *Journal* 8. *B.* 1. *St.* p. 174.

45) Thienius *medic. chirurg. Beobachtuugen.*

46) R. Graphitis optimi drachmas sex. Axungiae porcinae drachmas decem. *M.* Illiniatur bis de die locus affectus.

47) Succi nicotianae, cerae flavae ââ uncias tres. Resinae pini unciam unam et semis. Terebinthinae unciam unam. Olei myrrhae q. s. ut fiat ceratum (Vogel l. c.).

48) *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 12. *B.* p. 237. R. Corticum viridium nucis juglandis siccatarum unciam unam. Infunde c. s. q. aquae libra una. Post tres horas infusio ebulliat per horae quadrantem, refrigerata coletur.

49) R. Herbae millefolii recentis manipulum unum. Contundatur. Adde libram cremoris lactis recentis. Coquantur invicem per octavam horae partem. Coletur. Praevia lotione ulcera herpetica ope decocti ejusdem herbae millefolii illiniantur penicilli ope. — Mirabiliter conduxisse scio.

50) Hufeland's *Journal der prakt. Heilk. B.* 16. *St.* 3. p. 209.

51) Löffler *Beyträge B.* 1.

52) D. Morelot *nouvelles vues sur l'emploi de l'oxide de manganèse (Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 3. *P.* 1. p. 267).

53) Dessault *Journal der Chirurgie* 3. *B.*

male Dippelii [55]) et *vesicatorium* plagae herpeticae, certe non in facie, impositum [56]). *Plumbi* quidem boni in herpete extant effectus [57]), at hujus remedii usum hîc cum Lorry [58]) veremur. Nec libenter *arsenico* [59]), excepto herpete rodente aperte indolem carcinomaticam prae se ferente [60]), locum concedimus. Tutius *pulvis carbonum*, *herba conii maculati*, *hyoscyami nigri*, et praecipue *solani nigri* [61]) adhibentur.

Connubium remediorum ext. et intern.

4. Occasionem remedia interna externis jungendi sese saepius in herpete offerre, non est cur moneamus. Oportet vero, ut hoc connubium ita locum habeat, ut illa haec mutuo sustineant. Rebellis caeterum herpes haud raro *noli me tangere*, veluti exclamat, quod probe retinendum est. In infantibus idem morbus vaccinationis ope debellatur [62]).

5. Si

54) Martinet *expériences nouvelles sur les propriétés de l'alcali volat. fluor.* *Paris* 1780.

55) Alibert l. c. §. 301.

56) Bloch *medic. Bemerkungen* p. 97. — E. Thompson in *Lond. med. repository. July* 1826.

57) Theden *Unterricht für Wundärzte.* Tode *medicin. chirurg. Bibliothek.* 1. *B.* 3. *St.* — 6. *B.* p. 233.

58) l. c. p. 341.

59) Adair in *Comment. von Edinburgh* 9. *B.* p. 35.

60) Hellmund's *Methode das cosmische Mittel anzuwenden*, *von Dr.* Betschler (Rust *Magazin der gesammten Heilkunde B.* 19. *Heft* 1. p. 55).

61) Alibert l. c. §. 302.

62) Clavier *observation sur un enfant agé de deux*

5. Si herpes carcinomaticus malum potius locale constitueret, si superficialis et rebellis foret, sique erosionis caussâ partes contiguae nobiles periculum inde incurrerent, postremo et ad *scalpellum* confugiendum [63]). Manus chirurgica.

Caput

ans, couvert de dartres depuis la tête jusqu'aux pieds, chez lequel après la vaccination les dartres ont disparues (*Annuaire de la soc. de méd. du departement de l'Eure. A.* 1806. p. 126). — Rose *observation que les dartres après la vaccination ont disparues* (ibid. *a.* 1806. p 127).

63) „Herpetes, qui cancri naturam redolent, nec in carnibus, verum in tela subcutanea et spongiosis partibus insident, minus rite causticis tractantur; verum *scalpello feliciter eradicantur*, ita ut ferro excisi herpetes nunquam redierint, ut pars esthiomeno tentata et refecta convaluerit, ut altera sibi relicta, non minus (prout observavit Severinus) molesta remanserit; adeoque contra sententiam Hippocratis hìc optimum ac ultimum remedium in ulceris eradicatione ferrum secans igni sit anteponendum.“ (Thesaurus pathologico-therapeuticus, quem collegit et edidit J. Ch. Schlegel. Lips. 1793). — Dr. Eberl *veralteter ausgearteter Herpes durch Exstirpation mit dem Messer geheilt* (Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde B.* 25. *Heft* 1. p. 142).

Caput XIX.

D e t i n e a.

§. LIV.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. Folliculi mucosi sive pustulae partis capillatae capitis aut faciei, humorem viscidum in coagulum pronum, ac in crustas desinentem fundentes, *tineam* sive *capitis* [1]), sive *faciei* [2]) constituunt.

Historia. 2. *Tineae capitis*, veteribus notae [3]), doctrinam praecipue J. A. Murray [4]), Chiarugi [5]), Steg-

1) *Sahafati* Arab. — Germ. *Grind; Kopfgrind; Erbgrind; böse Grind; böse Kopf-Schorf; der Vierziger.* Gall. *Teigne; tigne; rache.* Ital. *Tegna; tigna.* Hisp. *Tiña.* Lusit. *Tinha.* Angl. *Scald-head; scall; scurf.* Belg. *Schurft; Erftschurft; Hoofdzeer; Kwaadzeer.* Ross. Шолуди. Polon. *Parch.* Dan. *Skurv: Hovedsnar.* Suec. *Skorf; Onskorf; Fullsär; Onda sär; Fullskorf.* Island. *Geitur.*

2) Crusta lactea, lactumen infantum. Germ. *Milchborke, Sägesprünge, Milchschorf, Milchgrind.* Gall. *Croûte laiteuse. Rache à feu volage.* Angl. *Milk-scab.* Ross. Молочной струпъ, огникъ. Polon. *Ognik.*

3) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. VI. §. XXXIII. 2.

4) Progr. de medendi tineae capitis ratione. Goett. 1782. Opp. T. II. No. 6.

5) *Saggio teoretico pratico sulle malattie cutanee sordide. Firenze* 1807. 2. *ediz.*

Stegger [6]), Gallot [7]), F. J. Potel [8]), Alibert [9]), Home [10]), Vogt [11]), J R. Millairet [12]), A. Crespellani [13]), S. Plumbe [14]) etc. *) excoluerunt. De *tinea faciei* pulcre scripserunt: Strack [15]), Rostagni [16]), Molitor [17]), Cordes [18]), Sambestag [19]), Wichmann [20]) et G. E. D. Droste [21]).

6) Diss. de tinea. Budae 1782.

7) *Recherches sur la teigne, suivies de quelques moyens curatifs nouvellement employés pour la guérison de cette maladie. Paris an XI.*

8) *Considérations medico - chirurgicales sur la teigne. Paris an XII.*

9) *Description des maladies de la peau, etc. Paris* 1806.

10) Diss. de tinea capitis. Edinb. 1803.

11) Diss. de tinea capitis. Vitemb. 1805.

12) *Exposé de différens moyens employés dans le traitement de la teigne. Paris* 1814.

13) *Delle tigne osservazioni pratiche. Modena* 1825.

14) *Prakt. Abhandl. über die Hautkrankheiten. A. d. E. Weimar* 1825.

*) C. H. Petersen diss. de tinea capitis. Dorpat 1825.

15) *Von dem Milchschorf der Kinder und einem specifischen Mittel darwider. A. d. L. Weimar* 1788.

16) Doctis animadversionibus versionem italicam opusculi Strackii ornavit.

17) Diss. de crusta lactea. Budae 1783.

18) Diss. de crusta lactea. Goett. 1796.

19) Diss. de crusta lactea. Erlang. 1804.

20) *Ideen zur Diagnostik.* 1. *B.* p. 43.

21) Diss. de crusta lactea. Goetting. 1817.

§. LV.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

Generatim.

1. Tinea pro varia sede et vi varia exhibet symptomata.

T. capitis benigna.

2. *Tineam capitis benignam* pruritus inter capillos, cutis tensio et ardor, ac interdum porrigo, glandularumque circa collum et caput positarum tumor, attactum respuens, praecedunt. Nonnullis caput dolet. Aucto pruritu, augetur scalpendi necessitas, quo sub opere aut *tumor* latus, aut *pustulae* percipiuntur. Ille ostiolum ductus folliculosi, ex quo humor glutinosus, melleus manat, exhibet; hae liquidum album, flavescens continent, illudque disruptae fundunt. Ichor iste foetens inter capillos effusus, ab aëris attactu in crustas variae formae et consistentiae desinit. Sunt enim crustae hujusmodi nunc orbiculares, tenues, in medio excavatae, ad margines elevatae [1]), — nunc irregulares, granosae, griseae, fuscae [2]), nunc furfuraceae, albae, mox siccae, deciduae, mox humidae, adhaerentes [3]); nuncque

1) *Achores favi Auctor.* Tinea favosa (*Teigne faveuse*) Aliberti. Op. c. T. I. — Rayer l. c. *Planche V. fig.* 8. Pityriasis capitis Batemani (*delineat. Plate XV. fig.* 1).

2) Tinea granulata (*Teigne granulée*) Aliberti op. c. Tab. II. Porrigo scutulata Batemani (l. c. *Plate XXXIX*).

3) Tinea furfuracea (*Teigne furfuracée*) Aliberti. Op.

que flavae, viscosae, crines conglutinantes [4]). Praeterea ALIBERTUS tineae, sub forma squamarum lucidarum, coloris argentei, obvenientis crinesque in fasciculos colligentis, nec nobis nec aliis [5]) visae meminit [6]). Crustarum (in malo diutino quandoque ultra partem capitis capillatam extensarum [7])) superficies externa dum secedit, ex materia subtus latente, nova iterum formatur crusta. Interea cutis subjecta magis magisque afficitur, textus cellulosus eroditur relicta calvitie plus minusve perfectâ [8]). Nonnunquam et pediculorum proventus observatur. Vigentibus hisce sympto-

c. Tab. III. Porrigo furfurans BATEMANI (l. c. *Plate XXXVIII*).

4) Tinea muciflua (*Teigne muqueuse*) ALIBERTI. Op. c. Tab. V. RAYER l. c. *Planch. V. fig.* 7. Porrigo favosa BATEMANI (l. c. *Plate XV. fig.* 1).

5) „*Non mi è mai accaduto di osservare la tigna amiantacea riportata da* ALIBERT." (CRESPELLANI l. c. p. 17).

6) Tinea asbestina (*teigne amiantacée*). Op. cit. Tab. IV.

7) Sic pluries vidi ad aures, ad frontem, supercilia; sic CRESPELLANI (l. c. p. 19), qui praeterea tineam observavit extensam „*alle spalle, all' avanbraccio.*" Sibi autem contradicit addendo: „*Jo però non l'ho mai veduto passare oltre la parte della fronte e della nuca intorno i capelli.*" Ad aliam sane impetiginem spectat mira illa species tineae crustosae totum corpus occupantis, de qua J. G. THAMM narrat (*Samml. der med. Societät in Budissin.* p. 50).

8) Porrigo decalvans BATEMANI (l. c. *Plate XL*). S. PLUMBE op. c. p. 34. Tab. II.

symptomatibus aeger caeterum plerumque optime se habet. interdum vero marcescit.

T. cap. maligna. 3. Pustulae *tineam capitis malignam* constituentes in vera desinunt ulcera, ichorem foetidissimum largientia, modo crustis saxeis cooperta, ac cranii ipsius cariem minitantia, modo tegumenta exedentia [9]).

T. faciei benigna. 4. *Tinea faciei benigna* [10]), morbus plerumque infantilis, praevia morositate et inquietudine ac tumore glandularum colli, ad genas, frontem, mentum, retro aures, obvenit. Cutis partium afficiendarum primum rubet, splendet, tenditur, intumescit, calet, prurit [11]); ac dein pustulis pellucidis, magnitudine lentium, sero flavescente repletis, obsidetur. Hae, saepissime pruritum terminantes, sponte vel vi disruptae, liquorem tenacem, flavum effundunt, cujus externa superficies in crustas ex luteo rubras, friabiles desinit. Rimis hujusmodi crustae fatiscunt, quo fit, ut novus inde emergat liquor, iterum in crustas terminaturus. Obducitur saepe ita universa facies larvae instar, unis exceptis palpebris. Oculi, evoluta

9) Mense Martio 1827. Novocomi puerum vidi novem circiter annorum cujus integumenta capitis adeo a tinea excsa erant, ut undique pendula maximam cranii partem denudatam reliquerint. Matri ipsi aegrotuli foetor inde manans intolerabilis erat.

10) Porrigo larvalis BATEMANI (l. c. *Plate XXXVII*).

11) Recens nati pruritum, partem affectam cuivis objecto affricando, manifestant.

luta tinea, immunes manere solent; non ita aegre prorumpente impetigine, vel ea retropulsa, quo scilicet in casu *peculiari ophthalmiae* ansa porrigitur. Saepius malum ad *aures* fertur, ac sanies ex earum meatu effluit. Ad oris cavum illud WICHMANN observavit. Eruptio plerumque per duodecim vel quindecim dies durat, ac totidem fere exsiccatio Totus morbus spatio nonnullorum mensium, sub lotii instar urinae felis foetentis largiori fluxu, absolvitur.

5. *Tinea faciei maligna* [12]) perpetuo pruritu stipatur, in profundum serpit, saniem rodentem fundit, facile oculos in consensum trahit, ac nisi ei auxiliemur, per annos durat et interdum macie, febre lenta, et morte terminatur. T. faciei maligna.

6 Opinio illorum qui sedem tineae capitis in bulbis capillorum quaesivere [13]), minime confirmata est; nam eos omnino sanos detexerunt CHIARUGI [14]), PLUMBE [15]) et CRESPELLANI [16]). Accusaba- Necroscopia.

12) Crusta serpiginosa WICHMANNI.

13) MURRAY l. c. p. 236. — UNDERWOOD *on the disorders of childhood, adapted to domestic use Vol.* 2. p. 3.

14) l. c. p. 187. 15) l. c. p. 49.

16) „*Diffatti se nei bulbi dei capelli fosse la principale sede del male, e che la distrazione totale di essi bulbi, fosse l'unico mezzo atto a curare radicalmente la tigna, come si potrebbero riprodurre cessata la malattia? Potrei citare molti soggetti stati calvi per quindici e venti anni, che guariti dalla tigna ricuperarono i loro capelli.*" (l. c. p. 15).

cusabatur hinc rete vasculosum cutaneum [17]); ast malum non semper ad sola tegumenta circumscriptum est, sed interdum aponevrosin occipitalem, periostium et superficiem externam cranii attingit [18]).

Analysis chemica. 7. *Analysis chemica* docet, *crustas* tineae phosphatem calcis [19]), gelatinam et albumen [20]) continere. *Liquor* e tinea manans plura adhuc principia continet [21]).

§. LVI.

Caussae.

Praedisponentes. 1. *Tinea capitis benigna* morbum sistit inter epocham detentionis et pubertatis constitutiones omnis generis invadentem. *Tinea capitis maligna* prae-

17) ALIBERT l. c. §. 42. CRESPELLANI l. c. p. 13.

18) BEAUCHENE *observation relative à l'altération des os du crane par la teigne* (*Bulletin de l'école de méd. et de la soc. de Paris. A.* 1807. p. 84). — ALIBERT l. c.

19) PÉRÈS *considérations sur la teigne* (*Mém. de la soc. méd. d'emulation A.* 5. p. 230).

20) ALIBERT l. c. §. 46.

21) 1. *De l'ammoniaque à l'état d'acétate acide;* 2. *de l'osmazone;* 3. *de la gélatine;* 4. *de l'albumine fluide en très-grande quantité;* 5. *de l'albumine concentrée très-abondante;* 6. *une matière grasse;* 7. *de chlorure de sodium;* et 8. *des traces de phosphate et de sulfate du chaux* (*Analyse chimique de l'humeur de la teigne* in *nouveau journal de médecine. T.* 10. *Juillet.* 1821. p. 239).

praecipue in scrophulosis, syphiliticis aut alia labe forte leprosa imbutis evolvitur. Idem de *tinea faciei maligna* dicendum est. *Benigna* inter sextum et duodecimum aetatis mensem, praecipue apud infantes facie subrotunda, pingui, cute candida, genis profunde aut ex flavo rubris instructos, obvenit.

2. *Tinea benigna* in genere a singulis caussis, quae affluxum humorum caput versus promovent, excitatur, hinc a stimulo dentitionis, a velamentis et fasciis, quibus infantum capita obtegi, aut eorum corpuscula involvi solent, a sensuum animique facultatum evolutione, a voracitate etc. Praeterea ipsa lactis conditio, praesertim si nutrices ab animi pathematibus excrucientur, vel liquoribus fermentatis abutantur, in hunc morbum imperium exercet; dummodo *clima* illi faveat. Rarissimus est in Lithuania (nec exceptis Judaeis); frequens in Austria, frequentissimus in Insubria. De contagio, quod MERCURIALIS [1]), CHIARUGI [2]), MELLIN [3]), BÜCKING [4]), HAHNEMANN [5]), PLUMBE [6]), CRESPELLANI [7]) aliique admittunt Excitantes.

1) Op. c. Part. I. cap. 10. 2) l. c. p. 190.

3) *Kinderarzt* p. 106.

4) BALDINGER's *neues Magazin für prakt. Aerzte* 7. *B.* 3. *St.* p. 257.

5) BLUMENBACH *medicin. Bibliothek* 3. *B.* p. 701.

6) l. c. p. 43.

7) „*Dei moltissimi tignosi da me esaminati, la minima parte mi ha annunciato essere loro nata la malattia*

mittunt (excepta tinea venerea), propriae haud testantur observationes. CRESPELLANI praeterea de vitio haereditario suspicatur [8]; SWEDIAUR de insectis aut vermibus [9]. Caussae *tineae malignae* sponte elucent.

Proxima. 3. Caussam proximam *tinearum benignarum* in exuberantiam humorum locamus, qui non aliter per integumenta infantum, quam succi arborum juniorum per corticem exsudare videntur. In graviori malo, processus inflammatorius, secretionem morbosam largiens, evidens est, qui apud infantes labe aliqua infectos, specificum characterem induere solet.

§. LVII.

da sè. Chi ne ha accusato l'avolo, la levatrice, il servo, un capello usato da altri, l'avere familiarmente conversato o scherzato con fanciulli tignosi, dormito nel loro letto ec. Vero è che questa malattia è propria più dell' infanzia che delle altre età, e, che rare volte agli adulti viene comunicata . . . . Non mancano però casi, nei quali agli adulti è stata attaccata dalla moglie o dai servi. La Tigna adunque è per lo più contagiosa, nè risparmia età o sesso, allorchè ritrova nella cute capillata la suscettività a contrarne il contagio." (l. c. p. 10).

8) „*ed i genitori tignosi hanno per l'ordinario avuti i figli affetti della stessa malattia, sia poi essa loro stata attaccata per contagio dai genitori stessi, o trasfusa per eredità.*" (l. c. p. 10).

9) l. c. p. 221. in nota.

§. LVII.

Diagnosis.

1. *Tinea* cum *strophulo*, *hydroa* et *herpete* confundi potest. Facilis confusio.

2. *Tinea faciei* a strophulo distinguitur, cum ibi *pustulae*, hìc autem *papulae* praesto sint. Porro in strophulo neque pruritus, neque rubor, neque tensio cutis, tineae faciei comites, observantur. Distinctio a strophulo.

3. Tanta similitudo aliquando inter *hydroam febrilem* genas et labia occupantem et *tineam faciei* occurrit, ut, nisi aetas aegrorum, morbique praegressi lucem afferant, diagnosis ardua evadat. Nullum enim aliud discrimen inter hos morbos hucusque nobis detegere licuit, nisi quod tinea faciei majori cutis irritatione, quam hydroa, stipatur; hydroa autem crustas duriores, sicciores magisque nigricantes, quam tinea faciei exhibeat. Distinctio ab hydroa.

4. *Herpes* solum cum *tinea maligna*, utpote quae pariter prurit ac serpit, confundi potest, ac revera, eundem forte morbum, quem in infantibus *tineam malignam* vocamus, in adultis pro *herpete* declaramus. Si enim quaedam datur differentia, haec nonnisi in crustis, in tinea majoribus, quam in herpete, quaeri potest. Distinctio ab herpete.

5. Tineam nequaqum cum Murray [1]), Chiarugi [2]) et Plumbe [3]) pro vitio dumtaxat locali habere possumus; totum saltem morbi curriculum, eam Indoles tineae.

1) l. c. p. 234. 2) l. c. p. 198. 3) l. c. p. 42.

eam cum universo systemate evidenter *cohaerere*, docet. Quaenam autem corporis conditio cum tinea nexum habeat, arduum est determinare, nisi admittamus, tineam *benignam* ex diathesi inflammatoria, — *malignam* vero ex diathesi sive scrophulosa, sive venerea, sive leprosa, pullulare. Varias tineae species juxta variam *crustarum formam* statuere supervacaneum existimamus. Nec divisio tineae in *siccam* et *humidam* essentialis est [4]).

§. LVIII.

Prognosis.

Periculum.

1. *Tinea benigna*, quamcunque partem occupet, vitium quidem sistit foedum, ast adeo periculo destitutum, ut potius pro *salutari* haberi queat. Antiqua haec est vulgi opinio, „nec vulgus tam saepe, ac medici opinantur, de morborum successionibus judicando, a vero aberrat." Interea infantes graciles, sub mala cura, a tinea hinc inde extenuari non reticebimus, ne dicamus de tinea maligna, morbo, ut ipsum nomen fert, periculoso, saltem si unis naturae viribus committatur [1]).

2. Nil

4) Consentio cum Crespellani (l. c. p. 10) ubi ait: „*Quelle eruzioni che sopravvengono al capo dei fanciulli dai primi periodi della loro vita fino alla pubertà, hanno degenerato in tigna o asciutta o umida, secondo le diverse individuali disposizioni dell' infermo.*"

1) „*Sotto questa specie di tigne in particolare, ho ve-*

2. Nil magis salubritatem tineae comprobat, quam mala, quae ex incauta illius sanatione sive spontanea fuga oriuntur [2]. Huc pertinent hydrops pectoris [3], inflammatio cerebri [4], insania [5], diarrhoea [6], ac, ut cum aliis [7] vidimus, ophthalmiae rebelles et tussis ferina. Neque hydroce- Retrocessus.

duto la costituzione universale dell' infermo alterarsi, gonfiarsi le ghiandole del collo e delle ascelle, arrestarsi lo sviluppo della macchina, e l'infermo presentare un aspetto cachetico e malsano. Spesso ne sono affette le g h i a n d o l e m e s e r a i c h e, *e ne segue una diarrea debilitante e colliquatica, unita alla febbre etica, la quale conduce l'infelice al sepolcro.*" (Crespellani l. c p. 20).

2) J. Lanzoni de morte ob tineam male curatam (Miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701—1705. p. 204). E. Morton in *London medic. and physic. journal. Jan.* 1817. p. 527. Vid. Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur und Heilk.* 18. *B. No.* 6. p. 91.

3) Plura exempla hydrothoracis ex tinea praepostere sanata, pater meus in propria praxi collegit.

4) Schenk obs. lib. I. obs. 13. p. 15.

5) Lorry l. c. 6) Alibert l. c. §. 34.

7) „*Osservai in un giovanetto di diciotto anni, fin dall' infanzia tignoso di tigna secca, che io curava colle lozioni di sublimato, che seccate le croste e cadute, sopravvenne una forte ottalmia con cispa, ed escoriazione sulle palpebre, che non cessò, che applicato alla testa un ampio vescicante, dal quale fu richiamato l'esantema alla cute: e fu poi curato col metodo ordinario, senza che gli accadesse più sinistro alcuno.*" (Crespellani l. c. p. 24).

drocephalum acutum, de die in diem frequentiorem, impeditae per tonsuram evolutioni tineae capitis, morbi hodiedum revera rarioris, adscribere haesitamus.

Semiotica. 3. Tinea capitis caeteris paribus prae illa faciei rebellis esse solet. Vidimus tamen et hanc ad menses et annos extensam fuisse. Saepe morbus, qui profligatus videtur, de novo recrudescit. Quo citius in tinea faciei benigna crustae crustas insequuntur, quoque maturius lotium foetorem urinae felis acquirit, eo citius sanitas expectari licet. Tinea haec absoluto dentitionis opere haud raro sponte evanescit. Et rebellis tinea capitis adventante epocha pubertatis (hîc saepe retardata) aliquando profligatur. Mirifice partes genitales cum parte capillata capitis cohaerent et vice versa [8]).

§. LIX.

C u r a.

Prophylactica. 1. *Prophylactica* morborum cutis in genere et infantum in specie, tineae tum capitis, tum faciei plane adaptari potest. Inprimis caveamus oportet, ne evolutionem horum morborum remediis externis impediamus.

C. t. capitis. 2. Levior *tineae capitis* gradus, in infante caeterum sano, praeter victus et reliqui regiminis rationem, nulla exposcit auxilia. Solum studendum

8) Alibert l. c. et §. 24.

dum est, ut singula emunctoria aperta sint, inprimis ut alvi evacuatio rite procedat, utque pediculorum impediatur proventus. Praesentes, aliorum insectorum instar, necantur; optime conducere solet *unguentum* ex *butyro* recenti et *seminibus veratri sabadillae* paratum, quod crinibus citra refrigerationis periculum rescissis, inungitur, circumdato arcte capite, ne pediculi aufugiant. Pluries eandem repetere juvat operationem, ut vel eorum ovula destruantur. In graviori morbo, eoque recenti, si aegrotulus fuerit floridus ac irritatio in parte capillata magna, *hirudines* retro aures ponuntur (caute tamen, ne nimia cruoris sequatur jactura, a qua fugam tineae, subsequente lethali hydrocephalo acuto, observavimus [1])), exhibitis repetitis lenibus *alvi purgationibus* et *semicupiis*. Evoluta plene tinea, crustae emolliendae, ac ut decidant, praeparandae sunt. Optime huic scopo *cataplasma* ex herba *malvae rotundifoliae*, cum *butyro* insulso, recenti, continuo impositum, inservit. Si saxea crustarum indoles actionem hujus remedii eluderet, pars illarum durior, prius *novaculâ* caute auferenda foret. Abactis crustis, loca

1) Memores sunto hujus casus (ex praxi discipuli quondam mei Vilnae desumti) qui legent: *Observation sur une teigne, qui après avoir résisté pendant quatre ans à l'emploi des topiques irritans, a guéri en peu de temps par l'usage de sangsues et des emolliens, par le Dr.* Bobillier (*Journal universel des sciences médicales. T.* 37. 111*me Cahier.* p. 361).

loca subjacentia decocto malvae, vel aqua tepida, vel urina [2]) quotidie lavanda, ac *unguento emolliente* sive *butyro* inungenda sunt, quo facto caput, mitrae aut cucuphae specie ex vesica porcina, cooperitur. Si nova in conspectum veniret tineae eruptio, ea non impedienda ac peracta uti prima curanda foret, donec morbus sponte evanescat. Nisi hoc nonnullorum mensium curriculo contingat, simul ad remedia interna, diathesi scrophulosae sive venereae accommodata, confugiendum est. Primo in casu *sulphuretum antimonii et hydrargyri* cum *extracto conii maculati* optime nobis satisfecit, exhibito simul decocto ex *stipitibus solani dulcamarae*, *radicis smilacis chinae et juniperi communis.* Morbus huic methodo semel rebellis ope *balnei maris* mirabiliter debellatus fuit [3]). Tineae venereae rebelles solo usu interno *muriatis oxygenati mercurii* debellantur. Dum et interna remedia per debitum tempus adhibita effectu destituuntur, praecipue si ulcera tineae pravum exhibeant adspectum, auxilia validiora externa indicantur. Hujusmodi sunt: *herba*

2) Guyon *leçons diverses. Vol.* 2. p. 529. In Italia hanc methodum saepe profuisse vidi.

3) In virgine sexdecim annorum, filia, natu minori, Ernesti Groddek, egregii professoris literaturae graecae et latinae in Caes. universitate Vilnensi. Obiit tantus vir a. 1825. — Esto brevis haec nota instar monumenti, quod amico dolens ponit amicus.

herba conii maculati 4), *hyoscyami nigri*, *atropae belladonnae* etc. 5), *solutio muriatis oxygenati mercurii* 6), *unguentum hydrargyri vel album* 7), *vel*

4) Störk de cicuta p. 173. Murray l. c. p. 241. — Stöller *Beobachtungen und Erfahrungen. Gotha* 1777. p. 139. R. Herbae malvae uncias quatuor, coque c. s. q. lactis, sub finem adde pulveris herbae conii maculati unciam unam. Butyri recentis uncias tres. M. f. cataplasma molle. Cfr. V. Lespin *observation sur une espèce de teigne* (tinea favosa) *remarquable par un écoulement périodique, guérie par l'usage de la cigue* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de médecine de Paris.* T. 38. p. 437).

5) *Nouvelle méthode de traiter la teigne (Pommade de Cynoglosse, Belladonna, Jusquiame, Potelée ou Hannebane, Tussilage), employée depuis* 4 *ans dans les hôpitaux et hospices civils de Paris* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de médecine de Paris. T.* 57. p. 211). Ego timerem tot narcotica cerebro adeo prope admota.

6) Bell l. c. p. 241. — Duncan *Krankengeschichten* p. 118. R. Aquae destillatae libram unam. Sublimati corrosivi grana duodecim, ad scrupulum unum. „*Le lavature fatte col sublimato sciolte nell' acqua di calce unitamente al sapone, come lo raccomanda* Bell (*Delle piaghe* p. 367. — *Ricerche del Signor* Bosquillon *sopra le tigne*) *produssero l'effetto di far cadere le croste disseccate soltanta superficialmente; ma vi restò il fondo delle ulcerette vive, il quale non cedette punto alle lavature, e la tigna ritornò come prima, quantunque si fosse in esse continuato per più di due mesi. Operarono le lavature col sublimato la distruzione del miasma tignoso in un giovanetto di quindici anni, cui era recidivata la tigna, dopo che*

vel rubrum [8]), *unguentum Aegyptiacum cum mercurio praecipitato rubro* [9]), *acidum salis* [10]), *acidum*

era stata curata col cerotto depilatorio; e vive tuttavia da dieci anni in qua senza segno alcuno dell' infermità passata. Non consiglierò nullameno alcuno ad affidare alle mani altrui questo terribile veleno." (Crespellani l. c. p. 30).

7) R. Mercurii praecipitati albi drachmam unam. Axungiae porcinae unciam unam. M.

8) Butyri recentis uncias duas. Cerae albae liquefactae drachmas tres. Mercurii praecipitati rubri, camphorae ââ drachmam unam et semis.

9) Remedium hoc est maxime a Crespellani (l. c. p. 32) commendatum. Sic praescribit: R. Unguenti Aegyptiaci uncias tres. Mercurii praecipitati rubri drachmam unam. Misceantur. „*Tagliati il più che si può i capelli, si cuoprono le croste tignose coll' unguento indicato, e si mantiene in luogo soprapponendovi della stoppa fina ed un' adatta fasciatura. Ogni due giorni, per le prime medicature, si leva la stoppa, e con essa le croste ed i capelli che vi restano aderenti, e si replica l'unguento, finchè l'ulcere tignoso sia passato in una piena ed universale suppurazione. Le croste suppurate ed i capelli vengono levati e svelti con poca fatica, e senza molto dolore. Nella tigna squammosa e miliare, ed in tutte le tigne secche, le croste e squamme tignose restano svelte per lo più colla seconda o terza applicazione dell' unguento, e comparisce la sottoposta cute monda tanto dalle croste tignose che dai capelli: in essa piccoli forellini soltanto si osservano, dai quali sarebbe presta a ripullulare la malattia, se non si proseguisse l'applicazione dell' unguento per tre o quattro volte o più ancora, finchè*

dum nitricum [11], *aerugo* [12], *cantharides* [13], *ci-*

posti anch' essi in suppurazione non restino cicatrizzati, e siano levate le più minime croste ed i capelli restativi. Si riconosce guarita la malattia dallo scomparire certe macchie rosse un po' elevate, che si distinguono del resto della cute; le quali macchie lasciate a sè passerebbero ben tosto allo stato di ulcere tignosa. Nella tigna favosa ed umida la suppurazione è più abbondante; e levato l'unguento e svelte colla stoppa le croste ed i capelli, vi rimane una piaga sanguinolenta e sordida, alla quale applicasi in nuovo l'unguento, stendendovelo con un dito o con una spatola leggermente per non addolorare tanto l'infermo, e passati due giorni, levasi come prima, e con esso tutti i capelli e croste che vi erano restate. Si vedono allora le ulcerette che attaccavano il tessuto mucoso aperte fino alla vicinanza dei bulbi; ed è necessario che sia libero l'adito al medicamento fin sopra quella più profonda insinuazione del vizio tignoso, affinchè restino consunte tutte le sordidezze ad esse aderenti, ed i rimasugli dei guasti follicoli sebacei, che agiscono come corpi estranei, e difficultano la guarigione delle indicate piaguzze; le quali pure devono essere poste in istato di suppurazione, acciò si formi una stabile e soda cicatrice: al quale stato vengono ridotte a poco a poco dalla replicata applicazione dell' unguento. Si avverta pure che l'unguento sia ridotto alla consistenza del miele sodo; altrimenti cola, e non resta aderente alle parti cui è applicato. — Il metodo da me ora proposto per la cura delle tigne è per l'esperienza dimostrato preferibile al cerotto depilatorio, tanto perchè molto men doloroso e barbaro, che per la suppurazione più facile e più regolare che ne succede. I capelli in oltre, che appajon divelti dalla loro

neres bufonum (Rana bufo L. [14])), *nitras argenti*

radice, più facilmente e più presto ripullulano dopo l'applicazione dell' unguento che del cerotto, sembrando che restino levati soltanto dalla parte loro subcutanea, e prima di entrare nel bulbo, piutosto che dalla loro radice. — Replicato l'unguento finchè si osservi nella cute alcuno dei forellini, che costituiscono di poi le croste tignose, a distrugger ogni semenza che vi fosse restata, riesce di somma utilità il continuare per due mesi, ed alle volte anche più, ad ungere la testa coll' unguento rosato, ad ogni oncia del quale sia ùnito un dramma di precipitato bianco, o coll' unguento citrino. Ho lo stesso effetto ottenuto dall' olio o grasso unito ai fiori di zolfo. Fregasi ogni giorno la testa del tignoso colla nominata mistura ben calda in tutti li punti, ove esistevano croste, e si continua finchè si osservi che più non ripullula la malattia."

10) Brückmann in Hufeland's, Schreger's *und* Harless's *Journal der ausländ. medic. Literat.* 1803. 1. *Th.* p. 40. — Thilenius *medic. chirurg. Bemerk.* p. 494.

11) Alibert l. c. §. 61.

12) Thomann Annal. Würceb. Vol. II. p. 330. — Desault *auserl. chirurg. Wahrnehmungen No.* 191. — Starke *klinisches Institut* p. 30. — Duncan *medical cases and observations. Edit.* 3. p. 197. R. Aeruginis drachmam semis. Axungiae porcinae drachmas duas. Illiniatur caput mane et vespere ad drachmam semis.

13) *Nosografia per l'anno* 1789. p. 171. — Wendt *fünfte und sechste Nachricht.* Octava pars cantharidum unguento simplici miscetur ad illinienda ulcera dura.

14) *Mercure de France. Mois d'Octobre* 1777. p. 190. — Stoll praelect. p. 285. *Berliner Sammlung.* 7. *B.* p. 70.

genti fusus [15]), ne de periculosis nonnullis e. c. de *nicotiana tabaco* [16]) et de *arsenico* [17]) loquamur. De *pulveris carbonum* [18]), de *oxydi manganesii* [19]), de *sulphuris* [20]) deque *acidi pyrolignosi* *) usu propriam adhuc desideramus experientiam. Magnas *sulphureto - potassae* laudes ALIBERT [21]) ac

Arcanum hoc munificentia LEOPOLDI II. pretio conspicuo a presbytero (PIEVANO FORZONI) emptum et publici juris factum est.

15) Lapide infernali margines ulcerum indurati destruuntur, quo facto filamenta carpta, butyro illinita, superimponuntur. Potest et *butyrum antimonii* eodem scopo adhiberi (GHERLI *centuria prima d'osservazioni rara di medicina a cirusia. Venezia* 1731. p. 13).

16) *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte.* 12. *B.* p. 457. Commendatur decoctum nicotianae, cujus effectus letales recensentur in *Journal de médecine continué Vol.* 15. p. 289.

17) De letifera applicatione arsenici vide *Breslauer Samml.* 2. *B.* p. 114.

18) THOMANN l. c. ad. an. 1800. p. 10. 137. — ALIBERT l. c. §. 64. F. B. GRIOIS *considérations sur l'utilité de la poudre de charbon dans le traitement de la teigne* etc. *Paris an XII.*

19) D. MORELOT *nouvelles vues sur l'emploi de l'oxide de manganèse* (*Annales de la soc. de médecine de Montpellier. T.* 3. *P.* 1. p. 271).

20) SCHACK in MURSINNA's *Journal für die Chirurgie* 2. *B.* 1. *St.* p. 134. Unguentum JASSERI tineae illinitur.

*) J. BERRES *über die Holzsäure und ihren Werth. Wien* 1823. p. 152.

21) l. c.

ac Vylie [22]) tribuunt. Si omnia nos desererent remedia, saltem pro pueris robustis ac parum sensilibus, ad crudele quidem, sed efficax remedium *evulsionem* scilicet *capillorum* [23]), deveniendum foret.

3. Si

22) Sequentem methodum nobiscum communicavit illustrissimus vir. — 1. Radendi de capite capilli. 2. Caput aqua tepida saponacea perlavandum. 3. Partibus capitis tinea inquinatis axungia porcina inungatur, posteaque eaedem iterum aqua tepida saponacea perlaventur. 4. Denique fiat frictio hisce: R. Hydrosulphureti potassae drachmas duas. Solve in aquae calcis unciis decem. — R. Unguenti nitratis hydrargyri q. s. quotidie assidue eodem inungendum; praeter hoc etiam unguento picis aridae cum floribus sulphuris mane et vespere. 5. Interne decoctum specierum quaiaci compositarum et pilulae Plumeri. Cfr. J. Barlow *remède contre la teigne, qui ne cause ni douleur ni inconvéniens* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de médecine de Paris. T.* 35. p. 101). Cfr. *Annales de la soc. de médecine de Montpellier. T.* 20. p. 336.

23) Sine hac pilorum evulsione, tineam plerumque redire, testatur Thilenius. Quas nulla methodo sanare potuit tineas, has Hebraeus per capillorum evulsionem sanavit, testante Gesscher (Tode *arkneykund. Annal.* 4. *Heft.* p. 24). Operationem hanc defendunt et Chiarugi (l. c. p. 105) et Bertrandi (l. c. p. 192) atque eam praepostere plane rejiciunt Evers (Act. acad. Goetting. 1790) et Alibert (l. c. §. 57). Methodus evulsionem capillorum perficiendi sequens est. Si paucas solummodo capitis plagas occupet tinea, tunc volsella capillis prope radices apposita, hi ipsi cum bulbis extrahendi sunt. Si magis extensa est, tunc methodo a

3. Si *tinea faciei* nimias molestias generaret T. faciei.
aut

Knackstedt exposita (Baldingers *neues Magazin für Aerzte* 7. *B.* p. 440), emplastrum paratur ex pice alba ad ignem liquefacta, cum pauxillo farinae secalinae, ac oleo olivarum, quod linteis, digito vix latioribus, sat longis, numero quatuordecim, aut octodecim, commissum ac leviter calefactum, tineae, resectis prius capillis, imponitur et post horam sine impetu ac lente, cum sat multis, qui huic adhaerent, capillis, detrahitur, ac pro re nata iterum aliquoties imponitur. Sunt, qui simile ac longe rudiori methodo caput sine misericordia quasi decorticent. — „*L'empiastro di pece, o sia cerotto depilatorio, nella composizione del quale aggiugnevasi il verderame, lo zolfo ed il praecipitato rosso, riescì tra tutti i proposti metodi il più sicuro, specialmente nelle tigne secche e superficiali, che non si mettono in suppurazione chè con grande difficoltà. Applicasi alla testa disteso in pezze forti e tagliate in fettuccie, lasciandovelo per alcuni giorni, finchè sia bene attaccato alle croste ed ai capelli già prima tagliati all' altezza di metà di un dito. Levansi poscia con forza le dette fettuccie, operando al rovescio della direzione dei capelli, e si strappano insieme dalle croste i capelli stessi quasi dai loro bulbi, attaccati già dalla malattia, se la tigna è antica, nella quale sembrano formare un grande ostacolo alla guarigione. Se ne ripete l'applicazione, finchè tutti siano stati svelti i capelli, continuando poscia ad ungere la testa impiagata coll' unguento solforato, finchè apparisca distrutto ogni miasma tignoso ed ogni piccola piaguzza cicatrizzata. In molti fu con tale metodo tentata la guarigione della tigna, che in alcuni successe bene, ma molti ancora nella malattia recidi-*

aut limites excederet, frenum illi imponitur leni sive *emetico*, sive *purgante* *), ac potissime usu *herbae violae tricoloris* [24]). Commendabatur primum hoc remedium a STRACKIO ac illius efficaciam THILENIUS, ROSTAGNI, J. P. FRANK [25]), HAASE [26]), quorum suffragiis plane accedimus, confirmarunt. Exhibentur folia vel recentia [27]), vel sicca [28]). Lotium aegri citissime sub usu hujus pharmaci odorem urinae felis contrahere solet. Sunt, qui violae tricolori *folia farfarae tussilaginis* [29])

varono, e spessissimo ne seguì l'alopecia; e nol reputai perciò sufficiente remedio a curarla radicalmente, non adempiendo l'applicazione dell' empiastro di pece esattamente all' indicazione propostami e veduta necessaria, di ridurre cioè le croste tignose allo stato di un' ulcera semplice purulente, per indi formarne una stabile e soda cicatrice." (CRESPELLANI l. c. p. 30).

*) Dr. G. CALVOI nutrici drachmas duas *tartratis potassae* in decocto graminis repetitis vicibus exhibet, idque maxime aegrotulorum cum levamine (OMODEI *annal. universal. di med. Agost. e Settembre* 1828. p. 600).

24) Jacea off. 25) Epitome l. c. p. 203.

26) Diss. de viola tricolore. Erlang. 1782.

27) R. Herbae violae tricoloris sine radice, floribus aut semine manipulum unum, coque in lactis libra una. Post levem ebullitionem coletur; exhibeatur haec dosis spatio nychthemeri ac continuetur, donec facies mollis nec amplius tumida sit atque urina foetorem deponat.

28) R. Pulveris herbae violae tricoloris drachmas tres, sacchari drachmam unam. M. D. S. ter de die ad cuspidem cultri.

ginis 29) et *primulae veris* 30) anteponant. Externis remediis hac in tineae specie opus haud est. Interim crustas vel lacte nutricis, vel unguento 31) emollire, minime nocebit. *Tinea maligna* balnea universalia, corticem mezerei vel vesicatorium perpetuum ad nucham, et usum internum *sulphureti hydrargyri et antimonii* exposcit. In debilioribus connubium *corticis cinchonae* cum *radice smilacis chinae* vel *sarsaparillae* admodum conducit.

Caput XX.

De lepra.

§. LX.

Definitio. Divisio. Variae species. Necroscopia.

1. Nomen *leprae* 1) atrocissimo impetiginum generi 2) tribuimus, vitiligines diffusas, alopeciam, Definitio.

29) Abrahamson in *Archiv der prakt. Arzneykunde* 3. *B.* p. 20.

30) Unzer *medic. Handbuch.* p. 455.

31) Bertrandi sequente linimento utebatur: R. Olei e vitellis ovorum uncias duas. Aquae liliorum alborum uncias quatuor. Croci orientalis scrupulum unum. Insimul agitentur ad formam linimenti.

1) Germ. *Aussatz,* Belg. *Lazery: Melaatsheid; Akkerziekte.* Dan. *Spedalskhed.* Suec. *Spetälska.*

peciam, aliasque crinium et unguium deformitates, squamas, ulcera, tubercula, augmentum monstruosum unius alteriusve corporis humani partis exhibenti, unacum morositate, stupore, anaesthesiâ tactus et tabe finienti.

Divisio. 2. Lepra sic definita impetigines aspectu diversas amplectitur, quae, ut ordinatim describi possint, in *lepram albam*, in *L. squamosam*, in *L. elephantiasin* et in *L. partialem* dividi debent.

L. alba. 3. *Lepra alba* [3]) antiquissima et in sacris paginis [4]) memorata est. Praeterea eam descripserunt Avicenna [5]), Ouseel [6]), Wedel [7]), Rusmeyer [8]), Withoff [9]), J. W. Fr. Boenneken [10]), Don

Island. *Likbra.* Angl. *Leprosy; Lepry.* Gall. *Lèpre; Ladrerie.* Ital. *Lebbra.* Hisp. *Lepra; Mal de San Lazaro.* Lusit. *Lepra; Lazeira; Gafeira.*

2) „*Les differentes lèpres que nous aurons occasion de signaler . . . . se ressemblent par des symptómes frappans et essentiels; le caractère du genre se trouve dans les trois espèces . . . .*“ (Alibert art. *Lèpre*, in *Dict. des sciences méd. T.* 27. p. 425).

3) *Zaraath* Hebraeorum. — *Baras* Orientis. — *Λεύκη*, Graec. — Germ. *Der weisse Aussatz.* Angl. *Calfskin.* Hisp. *Albarazo; Albaraz.*

4) Moses in Levit. c. XIII. v. 2. et sequent.

5) Canon. Lib. IV. Fen. 3. Tract. 3. cap. 1. Fen. 7. Tract. 2. cap. 9.

6) Diss. de lepra cutis Hebraeorum. Francof. 1709.

7) Program. de lepra in sacris. 1715.

8) Diss. de lepra mosaica seu legali. Gryphisw. 1723.

9) Program. de leprosis veterum Hebraeorum. Duisb. 1756.

Don Christoval de Montilla y Puerto [11]), Rousille-Chamseru [12]), Schilling [13]), B. Frizzi [14]) et de la Tour [15]). Nuntiatur morbus a vitiligine alba, quam leprosam vocavimus [16]), vel

10) De vitiligine, et quidem illa specie, quae a Celso ἡ λεύκη vocatur (Nova act. acad. nat. cur. T. I. p. 198).

11) *Si la lepra de los Hebreos sea espicificamente la misma, que la de nuestros tiempos, y si tenga las mismas proscripciones y penas, o qual diferencia haya en la ley de Grecia (Mem. academ. de la R. soc. de Sevilla. T.* 3. p. 302).

12) *Recherches sur le véritable caractère de la lèpre des Hebreux (Mém. de la soc. méd. d'émulation. A.* 3. p. 335).

13) Diss. de lepra. Lugd. Bat. 1778. (Baldinger sylloge III. No. 1). Et: De lepra Surinamensi communicationes. Edit. Hahnii.

14) *Dissertazione sulla lebbra degli Ebrei. Trieste* 1795.

15) *Observation d'une lèpre des Hebreux, leucé ou alphos des Grecs, vitiligo des Latins, suivie du parallèle de cette maladie et des affections, qui lui sont analogues (Mém. de la soc. méd. d'émulation. A.* 6. p. 312).

16) Cap. I. §. I. No. 2. — „*Moisè nell' ammettere i due caratteri del pelo bianco, e del colore (Capo suddetto, Testo* 1 *e* 2), *indica tre nomi Ebraici:* שאת *Seed,* ספחת *Sapochat, e* בהרת *Baeret, ma non ne analizza di troppo il valore. I Rabbini però, meglio ne schiariscono il tutto. Il Maimonide definisce la malattia chiamata* צרעת *Zarahat in genere, quando imbianca un luogo parziale della cute, e sia questa bianchezza uguale o maggiore della pellicella dell' uovo; ma se al di sotto, ei chiama*

vel ab aliis maculis sive pustulis rubris, citrinis, lividis,

Boach, e non più Lebbra ossia Zarahat. — Giova qui riflettere, per comprendere quando sia ben adattato, che Zarah spiega in siriaco, abbondanza di umori; una delle cause alla malattia disponenti; che in Samaritano significa, unione e radunamento, adattabile a'tumori che ne nascono; che in Etiopico indica il grasso vicino al Malpighiano reticolo, che è la sede della malattia; e che finalmente in arabico vuol dire, indebolire: sintoma di questo stesso malore. Trovo poi che in Caldeo Bet Zirha inchiude un medicamento che fa crollare i capelli, altro segno della stessa malattia. Tutto ciò si può riscontrare nel Dizionario Castelli, articolo צרע Zarah. — Codesti tre nomi mosajci bene analizzati, hanno dato luogo giustamente ai Rabbini di dividere la malattia in due generi, ognuno de' quali comprende due specie, e le quattro specie sono relative al diverso grado di bianchezza. — Il bianco superiore ad ogni altro, che forma nella cute il vero niveo, è il primo genere, chiamato בהרת Baeret. In fatti, presso Castelli significa nelle lingue orientali macchia originalmente lucida. Chi sa in fatti dalla Dottrina Newtoniana, che il bianco, somma di tutti i colori, è quello che riflette tutti i raggj, comprenderà abbastanza quanto sia adattato il dire, măcchia lucida, la relativamente più bianca. — In siriaco Baarin spiega mistione di tutti i colori, che insegna a maraviglia la natura del bianco, e in arabico, colore grande ben adattato del pari a colore che tutti i raggj riflette, quindi maggiore fa il colore sensibile. In siriaco poi significa anche stupore, e in arabico merore, sintomi

lividis, nunc duris, nunc mollibus. Evoluto magis morbo, non solum superficies cutis, sed et illius contextus, cum carnibus subjacentibus, ad ossa usque afficitur. Corporis superficies inde dura, fissa, aspera fit. Aboletur sensus tactus, pilique albi, lanuginosi redduntur [17]). In magno morbi gradu cutis squamis et rhagadibus obtegitur,

ordinarj di questo morbo, e così è pure ben adattato l'altro significato eminenza di tumori. — Il secondo genere è quello chiamato da Moisè Seéd, bianco più oscuro come la lana di un agnello appena nato. Questo verbo significa innalzamento ben adattato ai tumori che nascono, e più,. significa bruciore, sintoma della luce riflettuta da un bianco di secondo ordine. — Il bianco di terzo ordine è quello che si avvicina al colore della calce e questa è specie compresa sotto il primo genere Baeret, e quello di quarto ordine, cioè più oscuro, è come il bianco dell' uovo, e questa è specie compresa sotto il secondo genere Seéd. Queste due secondarie specie chiamansi tutte due col nome Sapahat, ספחת *che significa aderenza o aggiunta, cioè specie secondarie. Spiega però ancora farsi calvo, pertinacemente tormentare, in ebraico e in caldeo, e abbondanza non che effusione di umori, in arabo, bene applicabili alla malattia in quistione.*" (Frizzi l. c. p. 14—17).

17) „*Tre erano i segni per far vera Lebbra la malattia, per comando dello stesso Moisè. Il pelo bianco (Testo Num. 2); la carne viva nella stessa piaga (Testo 10); e se si dilatava di più col progresso del tempo (Testo 5 del capo 13).*" Frizzi l. c. p. 20.

tur, ulcera [18]) occurrunt serpentia (*L. tyria*) cum carne luxuriante, relictisque cicatricibus; pili decidunt (*L. alopecia* [19])), ungues corrumpuntur, oculi neque rubri, neque lucem respuentes, lacrymantur, palpebrae invertuntur, nares oppilantur, emunctio adest frequens, saliva copiose secernitur, gingivae et labia eroduntur, praeterea diarrhoea colliquativa, urina alba, crassa, pinguis, fere saniosa observantur, donec tandem tabes et hydrops miserrimae vitae finem imponant.

L. squamosa.

4. *Lepra squamosa* [20]) vulgatissimam nobisque septies visam *) speciem sistit. Historia hujus leprae cum ea leprae elephantiasis confunditur.

18) „*Qui pure l'esulcerazione dovera nascere in mezzo alla macchia, per essere segno di malattia lebbrosa; altrimenti poteva il fenomeno avere altri principj.*" (idem l. c. p. 27).

19) „*Siccome la parte capellata è di tutt' altra natura del resto della cute, così Moisè colla solita sua mirabile avvedutezza distingue il morbo in quelle parti. Dà un nome diverso a quello che è calvo dalla parte dell' occipite, e all' altro che lo sia al fronte. Chiama il primo Chereach, il secondo Ghibeach. Siccome Moisè (Testo 40 e 41 ivi), così i Rabbini separano totalmente la calvezza della parte anteriore da quella della posteriore.*" (idem l. c. p. 39).

20) Lepra Graecorum. Lepra Ichthyosis. Impetigo excorticativa. Germ. *Der schuppige oder raudige Aussatz.* Ross. Проказа Чешуйстая.

*) Ultimum exemplar in *Valle Brembana* Provinciae *Bergamo* vidi die 24. Julii 1827. in viro 52 annorum.

tur. De illa tamen speciatim scripsere C. CELSUS [21]), HELVETIUS [22]), GREG. HORST [23]), WISEMANN [24]), FORESTUS [25]), SCULTETUS [26]), W. FALCONER [27]), PH. H. BONORDEN [28]), MECKEL [29]), I. A. TH. CH. ALEFELD [30]), L. OTTNER [31]), LARREY [32]), WILLAN [33]), METTERNICH [34]) et E. W. DUFFIN *). Lepram squamosam saepe vitiligo nigra praecedit. Aliàs a pustulis [35]), a tinea capitis, ab alopecia, ab ophiosi nuntiatur, vel et cum

21) De medicina. Lib. V. c. 17. edit. Bipont. 1786. p. 343.

22) Diss. de Graecorum lepra. Lugd. Bat. 1678.

23) Opp. T. II. p. 325.

24) Chirurg. Lond. 1719. T. I. p. 227.

25) Observ. chirurg. Lib. IV. obs. 9.

26) Armament. chirurg. obs. 97. p. 309.

27) *On the lepra Graecorum* (*Memoirs of the med. society. Vol.* 3. *No.* 18. p. 368).

28) De lepra squamosa tentam. antiq. med. Halae 1795.

29) Diss. de lepra squamosa. Halae 1795.

30) Diss. inaug. leprae histor. succinct. et binas leprosorum nuper observat. histor. compl. Giessen 1800.

31) Observata quaedam in hist. leprae; subj. casu recent. leprae Graecorum. Tubing. 1805.

32) *Mémoires de chirurgie militaire et campagnes* etc. *Paris* 1812. *T.* 2. p. 69.

33) l. c. p. 85.

34) HUFELAND *und* HIMLY *Journal der prakt. Heilkunde.* 1811. *St.* 10.

*) *Of squamous disorders* (*The Edinb. med. and surgic. journal. January* 1826).

35) FALCONER l. c.

cum *rubedine* totius cutis derepente ingruit [36]).
In

36) *Morbus ruber Cayennae* (leprae squamosae species) cum maculis rubris, flavis, diffluentibus, sensuque orbatis, faciem, aures, collum et universum demum corpus defoedantibus, adoritur. Maculae hae cito diffunduntur ac facta epidermidis desquamatione pulvere farinacco cooperiuntur. Urina est turbida, fere oleosa. Ad faciem cutis crassa fit atque ad aures et labia tubera in conspectum veniunt. Sociae fiunt eruptiones pustulosae, in ulcera sordida, foetida, obscure rubentia, fungosaque transiturae. In summo morbi gradu, caries, citissime serpens, ossa emolliens et in carneam quasi substantiam commutans, superaccedit. Europaei hoc malo lenius, scilicet sine ulceribus et carie affligi solent. — *Rosa asturica* (altera leprae squamosae species) inter homines vulgares, vernali tempore, sub forma *maculae rubrae*, superficie aspera instructae, ad dorsum manuum et pedum comparet. Locus affectus vehementer dolet, superficies sensim sensimque crassior evadit ac in crustas cum fissuris transit. Crustae hae, quamvis plerumque siccae sint, attamen foetorem spargunt. Media aestate eae decidunt, relicta cute glabra et depressa. Vitiligo ista crustam quoque anno pejorem largitur. Temporis tractu altera impetigo ad collum supervenit, quae a regione claviculae ad sternum, latitudine duorum digitorum descendit. Interea partes superiores corporis tumefiunt ac vires ita decrescunt, ut aeger toto corpore contremiscat, et in pedibus stare impar sit. Sensus caloris interni nocturnum fugat somnum. Et sese in aquas praecipitandi desiderium animadvertitur. Tandem deleto sensuum officio, miser, praeviis amentia, delirio, sopore, aut tabe, aut hydrope perit.

In genere evolutionem morbi lassitudo universalis, morositas, horrores cum caloribus ac aestu interno, formicationis sensus inter cutem et carnem, inprimis faciei, et saepe febris, per plures, ut vidimus, menses protracta [37]), interdum periodis stipata [38]), concomitari solent. Impetigines, leprae prodromae, tractu temporis, systema cutaneum magis magisque afficiunt, ita ut cutis crassa, coriacea, tensa, inflexibilis, aspera, arida, et sulcata evadat. *Squamis* vero potissime ea cooperitur, copiosis, duris, pollicis magnitudine, deciduis moxque reproducendis. Nonnullis in locis epidermis sub forma furfurum secedit. Sub squamis cutis ipsa cruda, rubra, fissa, erosa, cruenta est. Interea sensus tactus perit, vox debilis et rauca fit, vires tum a sudore nocturno, viscido, hircum redolente, tum a somno aggravato et saepe a suffocationis periculo interrupto, perstante licet ciborum maximo desiderio, exhauriuntur animusque dejicitur. Urina sedimentum exhibet terreum, halitus foetet mucusque narium et lacrymae tantam acredinem adipiscuntur, ut genae erodantur. In maximo morbi gradu praeviis ossium doloribus [39]) ac glan-

37) J. P. Frank epit. Vol. IV. p. 213.

38) Idem, ibid.

39) In *Yaws* (Leprae species in Africa, America et India orientali endemica, quoque *Framboesia*, *Pian* dicta) dolores osteocopi scenam aperiunt. Aeger insomniis terrificis et saepe febre cum pulsu debili ac

glandularum tumoribus pustulae lividae cutim obsident, in ulcera rodentia transeuntes, quae ligamenta

virium decremento, excruciatur. Praeterea ipse malacia ita laborare solet, ut cretam, terram. carbones etc. appetat. Supervenit melancholia, desperationi affinis. Interea caput ad deformitatem usque intumescit, quo facto pustulae variolis simillimae, polline furfuraceo circumdatae, primum ad collum, circa laryngem, in conspectum veniunt. Pustulae hae et alia dein loca, potissimum inguina et axillas occupant. Eruptio autem lente perficitur. Tandem elapsis plurimis interdum mensibus, symptomata supra allata, exceptis doloribus osteocopis, facile in cariem abeuntibus cessant. Perstantibus diu pustulis, pili in viciniis canescunt, ac ipsae pure albo, tenaci, spisso, rodente replentur. Pus hujusmodi venas erodendo vicinas, gravibus haemorrhagiis ansam porrigit. Caeterum pustulae neque dolent, neque sensu omnino destitutae sunt. Ulcera *Yaws*, nec faucibus parcentia, margines furfuraceas exhibent ac pus tenax, album largiuntur. Ad articulos ex eorum pluribus unum permagnum ulcus (vulgo: *Mama-Yaws*) nasci solet. Sequitur inde facile rigiditas et curvatura articuli (Allamand in: Nov. act. nat. cur. Vol. IV. p. 88). Ad plantas pedum ulcera comparent excrescentiis carneis juncta (vulgo: *crabbe-yaws*), venis varicosis circumdata, gressumque impedientia. Varices, impedita *yaws* evolutione, copiosius occurrunt. Quo citius ulcera proserpunt, eo citius febris, symptomatis nervosis et saepe hydrophobia juncta, in diarrhoeam, choleram aut hydropem transitura, sequitur. Non raro morbus in lepram squamosam transit, aliàs sponte sanatur.

menta capsularia hinc inde destruendo, extremitatum lapsui ansam porrigunt. Tandem lipothymiae et convulsiones, alternatim sibi succedentes, malorum catervam claudunt.

5. *Lepra elephantiasis* [40]) genuinos nefandae aegritudinis characteres prae se fert, de quibus ratio invenitur, non quidem apud HIPPOCRATEM [41]), sed in operibus CELSI [42]), CAELII AURELIANI [43]), L. elephantiasis.

40) *Synonyma.* Satyrismus, satyriasis, syriasis, morbus heracleus, seu herculeus, cancer universus, cancer totius corporis, ulcus universale, morbus Phoenicius, morbus Lazari, malum Lazari, malum Hierosolymitanum, Elephantia, lepra Syriaca et Aegyptiaca, L. Americana, L. nigra, L. tuberculosa, mulsania. — *Λεοντίασις* GRAECORUM. — *Khorah* HINDOUS. — *Judam, Jusam, Daiil asad*, ARAB. — *Boacsi* SURINAMEMSIUM. — GERM. *Der knollige Aussatz.* — Pulcherrimae imagines apud SCHILLING l. c. — BATEMAN *delineations* etc. *Plate XLVIII.* — RAYER l. c. *Planche VII. fig.* 3. 5.

41) Monente HENSLERO (l. c. p. 201) nomen elephantiaseos apud HIPPOCRATEM expectari nequit, quum Graeci eo florente elephantes necdum cognoverint. Verum morbi saltem descriptio expectanda fuisset, quae quum desideretur, concludere fas est, lepram elephantiasin minime ad morbos populares sui aevi pertinuisse. Ad lepram squamosam potius quadrant varia Hippocraticorum operum loca, e. c. Praedict. II. §. 49. p. 521. T. I. editionis LINDII. — Aph. III. 20. Interea non reticendum jam ARISTOTELEM (De generat. animal. IV. p. 676), de morbo (*Σατυρία*) faciei formam Satyri impertiente loqui.

LIANI[43]), ARETAEI[44]), ARCHYGENIS[45]), GALENI[46]), AETII[47]), PAULI AEGINETAE[48]), AVICENNAE[49]), aliorumque Arabum[50]), J. GADESDENI[51]), ARNOLDI VILLANOVAE[52]), GILBERTI ANGLICI[53]), UGO BENZIOI[54]), BARTH. MONTAGNARAE[55]), JOH. VIGOI[56]), VITALIS DE FURNOI.[57]), VALESCI TARAN-

42) Opp. Lib. III. c. 25. p. 181.

43) Morb. diuturn. IV. 1. p. 493. ed. AMMON.

44) De caussis et signis diuturn. affect. Lib. II. cap. 13. Edit. HERM. BOERHAAVII. Lugd. Batav. 1735. p. 69—71.

45) Apud AETIUM Tetrab. IV. Serm. 1. c. 120. p. 633.

46) HIPPOCRATIS et GALENI opera. Edit. RENAT. CHARTER. Lutet. Paris. fol. max. sc. de prob. pravisque alimentor. succ. lib. c. 14. vel T. VI. p. 439. — De morb. caussis lib. c. 17. v. T. VII. p. 25. — De symptomat. caussis lib. II. p. 6. v. T. VII. p. 80. — De tumoribus praeter naturam lib. c. 13 et 14. v. T. VII. p. 320. — De medendi method. lib. II. c. 2. T. X. p. 29. — De medendi methodo ad Glauconem lib. II. c. 12. v. T. X. p. 390, pluribus in locis.

47) l. c. 48) De re medica IV. 1. p. 500. coll. STEPH.

49) Can. III. Fen. 4. Tr. 3. c. 1.

50) „Est vero *lepra Arabum* . . . vera Graecorum medicorum elephantiasis." (GRUNER antiquitates morborum. Vratislav. 1774. p. 184).

51) Rosa Anglica. Papiae 1492. fol. lib. II. c. 7. p. 55.

52) Opp. in fol. Lugd. 1509. De signis leprosorum libellus.

53) Compend. medic. Lugd. 1510. 4°. L. VIII. fol. 336.

54) UGON Senens. Consil. 100. f. 80. c. Venet. 1518.

55) In Consiliis. Lugd. 1525. Cons. 299.

56) Pract. copios. Lugd. 1529.

RANTAE [58]), GUIDO CAULIACI [59]), JOH. GERSDORFI [60]), VESALII [61]), VALLERIOLAE [62]), W. SALICETII [63]), LANFRANCI [64]), THEODORICI DE CERVA [65]), B. GORDONII [66]), FUMANELLII [67]), PH. SCHOPFI [68]), FERNELII [69]), JAC. HORSTII [70]), FABR. HILDANI [71]), FISCHERI [72]), SCHMIEDELII [73]), COZIERI [74]), SCHILLINGI [75]), PH. GBR. HENSLERI [76]), quo-

57) Remed. et cur. Lib. Mogunt. 1531. fol. cap. 202.

58) In Philonio. Lugd. Bat. 1538. In tract. de chirurg. c. 19.

59) Tr. VI. D. II. cap. 2. P. I. p. 287. ed. JOUBERT.

60) *Feldtbuch der Wundarzneykunde. Tr. VI. Cap.* 5.

61) De fabr. corp. humani. lib. V. c. 9. p. 438.

62) Enarrat. med. lib. VIII. p. 833.

63) Chirurgia, in art. chirurg. scriptor. collectione. Venet. 1546. fol. L. I. c. 18. 64.

64) Ars compl. chirurg. doctr. I. Tr. III. c. 2. 6. 7.

65) In: art. chirurgicae scriptorum collectione. Venet. 1546. fol. p. 175. lib. III. c. 50. 51. 54. 55.

66) Lilium medicinae. Lugd. 1574. cap. 22.

67) Sermo de lepra et elephante morbo. Opp. p. 479.

68) *Kurzer aber doch ausführlicher Bericht von dem Aussatz, auch dessen Ursachen, Zufällen und Curation. Strasburg* 1582. 8°. Cfr. SCHENK observat. lib. VI. p. 803.

69) De abdit. rerum causs. Lib. II. c. 14. p. 229.

70) Obs. med. part. II. lib. II. obs. 22. p. 160.

71) Epist. 24. p. 973 (opp. fol. Francof. 1648).

72) Diss. exhibens lepram arabicam s. elephantiasin observatam et curatam. Erford. 1727.

73) Diss. de lepra. Erlang. 1750. v. HALLER collect. diss. pr. VI. No. 194.

74) *Journal de médecine. Decembre* 1757. 75) Op cit.

quorum tamen auctorum plurimi (praesertim seculi XVI) potius de lepra squamosa egerunt. Ea haec est lepra, quae in India orientali et in Aegypto [77]) ab antiquissimis temporibus endemica, imperante *Pompejo* in Italiam ac reliquam Europam irruerat [78]), ac dein per Saracenorum incur-

76) *Vom abendländischen Aussatze im Mittelalter, nebst einigen Beiträgen zur Kenntniss und Geschichte des Aussatzes. Hamb.* 1790.

77) „Est elephas morbus, qui, propter flumina Nili
Gignitur, Aegypto in mediâ, neque praeterea usquam.“
(LUCRET. de rerum natura. Lib. VI).

78) „Sensit et facies hominum novos omnique aevo priori incognitos, non Italiae modo, verum etiam universae prope Europae, morbos: tunc quoque nec tota Italia, nec per Illyricum Galliasve, aut Hispanias, magnopere vagatos, aut alibi, quam Romae circaque, sine dolore quidem illos ac sine pernicie vitae, sed tanta foeditate, ut quaecunque mors praeferenda esset. Gravissimum ex his *lichenas* appellavere graeco nomine, latine, quoniam a mento fere oriebatur, joculari primum lascivia (ut est procax natura multorum in alienis miseriis), mox et usurpato vocabulo *mentagram*, occupantem in multis totos utique vultus, oculis tantum immunibus, descendentem vero in colla, pectusque ac manus, foedo cutis furfure. Non fuerat haec lues apud majores patresque nostros. Et primum Tiberii Claudii Caesaris principatu medio irrepsit in Italiam, quodam Persino equite Romano, Quaestorio scriba, cum in Asia apparuisset, inde contagionem ejus apportante. Nec sensere id malum feminae, aut servitia, plebesque humiles, aut media,

incursiones, et tandem per bella sacra [79]) ita hic divulgata fuit, ut sub finem seculi decimi tertii novemdecim millia nosocomiorum [80]) *unis leprosis* dicatorum numerarentur [81]). Saeviit porro lepra ista usque ad seculum decimum quintum (tunc solum ad *Rossiam* pervenisse fertur [82])), quo, acsi lui vene-

sed proceres, veloci transitu, osculi maxime, foediore multorum, qui perpeti medicinam toleraverant, cicatrice, quam morbo. Causticis namque curabatur, ni usque in ossa corpus exustum esset, rebellante taedio. Adveneruntque ex Aegypto genitrice talium vitiorum medici, hanc solam operam adferentes, magna sua praeda.“ (PLINII hist. nat. XXVI. c. 1).

79) Apparet igitur opinionem, lepram per sacra bella in Europam introductam fuisse, erroneam esse. Primum enim bellum crucigerorum in a. 987 incidit, et secundum in a. 1100. — Ast jam a. 630 lex lata fuit a Rege Longobardorum *Rhotario*, in qua leprosos civiliter mortuos declarat, atque vetat, ne mendicantes leprosi aliis accedant, jubetque, ut signum sui per sonitum concussi ligni edant (MURATORI antiquit. ital. med. aevi T. 2. Diss. 16). — Sic curia suprema per Regem *Pipinum* ad *Compendium* a. 757 convocata, legem jam tulit pro dissolutione matrimonii leprosorum, iisque sacra loca adeundi facultatem ademit (RAYMOND *histoire de l'éléphantiasis. Lausanne* 1767. °. p. 57).

80) GERMAN. *Armen-Leuten-Häuser, Lazarethe.* GALL. *Ladreries, Léproseries.*

81) RAYMOND l. c. p. 106. — M. PARIS monachi albanens. Angli, hist. maj. edit. W. WATTS. Lond. 1641. fol. p. 615.

82) „*Von innländischen Geschichtschreibern* (ЛѢтопис.

venereae adventanti locum cedere vellet, extingui coepit. Protracta tamen est usque ad secula duo sequentia [83]). Ab hoc tempore usque ad nostrum aevum obve·

Московскаго Архива иностран. дѣлъ подъ No. 7) *wird im funfzehnten Jahrhunderte zuerst des Aussatzes* (проказа, lepra) *Erwähnung gethan und von ihnen bemerkt, dass diese Krankheit gegen das Ende des Jahres* 1462 *Russland heimgesucht habe . . . . Da nun in der Russischen Geschichte erst im fünfzehnten Jahrhunderte des Aussatzes erwähnt wird, so ist es wahrscheinlich, dass derselbe aus dem Abendlande, und nicht aus dem Orient und zwar erst alsdann nach Russland gekommen sey, da er schon in anderen Ländern an Heftigkeit abzunehmen anfing. Auch verbreitete er sich hier zu Lande nicht so allgemein, wie in andern Gegenden, verminderte sich im Verlaufe der Zeit merklich und kann also in unserer vaterländischen Geschichte nicht unter die allgemein verheerenden Volksplagen gezählt, oder mit anderen pestartigen Seuchen in eine Reihe gesetzt werden*" (W. M. Richter *Geschichte der Medicin in Russland. Moskwa* 1813. *Th.* 1. p. 245. 247).

83) „*In Deutschland vorzüglich und in Holland war der raudige Aussatz zu Anfang des sechzehnten Jahrhunderts so allgemein, dass man in die* Gravamina nationis Germanicae *von* 1520 (Goldast collect. constitut. Imperial. Vol. II. p. 120) *folgende Stelle setzen könnte:* „Natio nostra indiget auro et argento — pro pustulatis, quorum (proh dolor) plena est Germania." *Erst* 1626 *trug Ludwig XIII. den Aerzten* Dawid *und* Juste Laigneau *auf, alle Aussatzhäuser zu visitiren.*" (K. Sprengel *Versuch einer pragmat. Geschichte der Medicin Th.* 3. p. 77. 78).

obvenit in *India orientali*[84]), *Arabia*[85]), *Syria*[86]) (passim sub nomine *Herpetis Aleppici*[87])), reliquaque *Turcia Asiatica*[88]), in *Chersoneso Taurica*, *Uralskoi*, *Astrachan* et circa ripas fluminis *Jaik*[89]) (nomine *leprae Tauricae*[90])), in *Kamtschatka* *),

84) Bontius hist. nat. Indorum. Amst. 1658. — Kaempfer amoenitat. exot. p. 561. fasc. 3. obs. 8. — H. H. Wilson in *transactions of the medical and physical society of Calcutta Vol. I. Calcutta* 1825.

85) Niebuhr *déscription de l'Arabie* p. 119 (Vers. germ. p. 135).

86) Alexand. Russel *history of Aleppo.* — Hasselquist in *Schwedischen Ahhandl. B.* 12. p. 140. — Schultz *Leitung des Höchsten. Th.* 5. p. 230. — Girdleston *on the mal d'Aleppo* in *the medical and phys. Journal* 1814.

87) *Synon.* Signum Aleppicum. Germ. *Die Flechte von Aleppo. Das Aleppische Zeichen.*

88) Pococke *description of the East. Vol.* 2. p. 122. — Riedesel *Reise nach der Levant.* p. 234.

89) Gmelin *Reise durch Russland zur Untersuchung der drei Naturreiche. St. Petersburg* 1770—1784. *Th.* 4. (cum tabul.). *Th.* 2. p. 169—172. — Falk *Beiträge zur topographischen Kenntniss des russischen Reichs. St. Petersburg* 1785—1786. *Th.* 1. p. 176. — Güldenstädt *Reise durch Russland und im Kaukasischen Gebirge. St. Petersburg* 1787—1791. *Th.* 1. p. 213—215. — Pallas *Reise durch verschiedene Provinzen des russischen Reichs. St. Petersburg* (Editio nova) 1801. *Th.* 1. p. 302—304. et 415—416. — H. de Martius de lepra Taurica. Lipsiae 1816. et in delectu meo opusculorum ad praxin medicam spectantium. Vol. II. Novocomi 1827.

tschatka *), in *Sinensi Imperio* [91]) et *Archipelago Indiae orientalis* [92]), in insulis *Ceylon* [93]), *Isle de France* [94]), *Java* [95]); in *Aegypto* [96]) et reliqua *Africa* [97]), praesertim *Guinea* (nomine *Yaws, Pians,*

90) *Synon.* Lepra chersonesa, Morbus crimensis, Morbus niger. Rossice. Кримская болѣзнь, черная немощь. German. *Krimmische Krankheit, Krimmscher Aussatz, schwarze Sucht.*

*) *List Doktora* Tadeusza Hreczyny, *lekarza skarbowego w mieście powiatowém Hiżydze na Kamczatce, pisany pod d.* 15. *Lipca* 1817. *do Professora Józefa Franka w Wilnie.* In: *Pamiętnikòw Towarzystwa Lekarskiego Wilnenskiego. Tom. I. Wilno* 1818. p. 279.

91) Cleyer specimen medicinae Sinicae. Francof. 1682.

92) Crawfurd *history of the Indian Archipellago. T. I.* p. 34. — Writelaw Ainslie in *Transact. of the R. Asiatic society. Lond.* 1826. *Vol. I. P.* 2. p. 282.

93) Kaempfer amoenit. exot. fasc. III. obs. 8.

94) J. Kinnis *observations on elephantiasis as it appears in the Isle of France (The Edinb. med. and surg. journal. Oct.* 1824. p. 286).

95) Cleyer misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 2. 1683. p. 7.

96) Prosper Alpinus de medicina Aegyptorum T. I. p. 25.

97) J. Leon descriptio Africae Vol. III. Antwerp. 1556. — Bruce *travels to discover the sources of the Nile. Book* 5. *Ch.* 2. *Vol.* 3. p. 36. — *Extrait du journal médical de Mr.* Lesson *pendant le voyage autour du monde fait par la corvette Coquille en* 1822—1825. — H. Wilson *über Kushta oder Lepra, so wie sie den Hindus bekannt ist* (Froriep's *Notizen*

Pians, generatim *Frambaesiae* [98])) et in insula *Madera* [99]); in Archipelago Oceani occidentalis, prae-

aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde No. 304. *B.* 14. p. 281).

98) HUME *a description of the African distemper called the yaws, with the true method of cure.* In: *Med. essays and observations by a soc. in Edinburgh. Vol.* 5. *P.* 2. p. 787. — P. M. NIELEN historia luis indicae. In: Novis act. acad. nat. cur. T. 4. p. 87. — ALLAMAND *Verhandeling over de Indiaansche pokken.* In: *Verhand. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 19. *St.* 2. *Bl.* 135. — FABAS et CAPELLE *rapport fait à la société philanthropique de santé ... Pian ou Epian Frambaesia americana de Sauvages.* In: *Journ. de la soc. de santé et d'hist. nat. de Bordeaux. T.* 2. p. 310. — F. G. KUNSENMÜLLER de morbo Yaws dicto et de vena medinensi. Hal. 1797. In: BRERA Sylloge opusc. Vol. III. p. 234. — SCHILLING diatribe de morbo in Europa penitus ignoto. Ultraj. 1769. — MACPHERSON diss. de Frambaesia. Glasgow. 1785. — TODE diss. de Frambaesia. Hal. 1789. — LUDFORD diss. de Frambaesia. Edinb. 1791. — SPRENGEL diss. de morbo *Yaws* dicto et de vena medinensi. Hal. 1797. — ADAMS *a case of Frambaesia Guineanensis or yaws.* In: *Mem. of the med. soc. of London. Vol.* 6. *No.* 10. p. 82. — ALIBERT op. c. p. 153. Tab. 35. — THOMSON in *the Edinb. med. and surg. journal. No.* 60. *July. I.* 1819. — J. KARKINE ibid. *No.* 90. *January* 1827. — FERRIER *fils mémoire sur le Pian* ex *répertoire général d'anatomie* in *Révue médicale Mars.* 1828. p. 484.

99) HEBERDEN *arzneykundige Abhandl. des Colleg. der Aerzte in London. B.* 1. *art.* 2. p. 20. — GOURLAY

praesertim in *Guadeloupe* [100]), *Cayenne* [101]) (nomine *mal rouge*), *Surinam* (nomine *boasi* [102])) et *Barbados* [103]); quid quod in *Hispania* [104]) (saepe

observations on the natural history, climate and diseases of Madera. London 1811. — Ch. Heinecken in *the Edinburgh med. and surg. journ.* 1826. *July.*

100) Peyssonel *an account of a visitation of the leprous persons in the isle of Guadeloupe (Philos. transact. v.* 1757. p. 38).

101) Bajon *mémoire pour servir à l'histoire de Cayenne Vol.* 1. p. 237. 277. — Forster *observations made during a voyage round the world.* p. 485. — *Du mal rouge observé à Cayenne et comparé à l'éléphantiasis. Par* J. J. Bergeron. *Paris* 1823.

102) „*La société de médecine de Paris soutint avec raison que le mal rouge de Cayenne et le boasi de Surinam ne forment qu'une seule et même affection et qu'ils appartiennent à l'éléphantiasis*" (*Rapport des commissaires de la société R. de médecine sur le mal rouge de Cayenne ou l'éléphantiasis. Paris* 1785). Alibert l. c. p. 483.

103) Town *diseases most frequent in Barbados.* p. 184. 1726. — Hillary *observations on the changes of the air and the concomitant epidemical diseases, in the island Barbadoes. Lond.* 1750.

104) Townsend *voyage en Europe fait dans les années* 1786 *et* 1787. — Fr. Thiery *phys. med. Beobachtungen an verschiedenen Orten in Spanien gesammelt, nebst einigen Betrachtungen über den Aussatz, die Pocken und Lustseuche. A. d. Fr. Hildburgsh.* 1794. *Vol.* 2. — *Relacion dada al Gobierno superior politico de la antigua provincia de Cataluña acerca de varios leprosos existentes en la villa de Rens y otros pueblos*

(saepe nomine *mal de rosa* [105])) et in *Lusitania* [106])), in *Provincia Francogallica* [107]), in *Islandia* [108]), *Scandinavia* [109]) (nomine *Radesyge* [110])),

del campo de Tarragona por los Dres Lorenzo Grasset *y* D. Rafael Nadal, *socios de la academia medico-practica de Barcelona, en Octobre* 1820. *Barcelona.* Et: *Periodico de la sociedad medico-quirurgica de Cadiz. T.* 3. 1822.

105) *Synon.* Rosa asturica. — Lepra asturica Swediauri.

106) Gomez *memoria sobra os meios de diminuir a elephantiase em Portugal. Lisb.* 1821.

107) Vidal *recherches et observations sur la lèpre de Martigues (Elephantiasis) avec de réflexions de* Chamseru et Coquereau (*Hist. et mém. de la soc. R. de médecine a.* 1776. *mém.* p. 16. *a.* 1782 *et* 1783. *mém.* p. 108. 195). — Joannis *an account on leprosy in the canton of Martigues in Provence (Med. observ. by a soc. of phys. in London. Vol.* 1. p. 201); — L. Valentin *recherches et observations sur la lèpre de Vitrolles et de Martigues (Bulletin de l'école de méd. et de la soc. de Paris année* 3. 1807. p. 48. 145).

108) Petersen *Afhdl. om den Isldske Skjörburg. Soree* 1769. — Koenig diss. de remed. indig. ad morbos cuivis regioni epidemicos expugnandos. Hafn. 1773. — Troil *Bref rörande en resa till Island* 1772. *Uplagd i Upsala* 1777. 11t. *Bref till Arch. Och Ridd. Bäck.* p. 93. — V. S. Holland diss. de morbis Islandiae. Edinb. 1811.

109) H. Ström *Anmaerkningar til oplysning om den ved soeky sterna i Norge Gängse Spedalsklied (Nye Saml. af det Norske Selsk. Skr. B.* 1. p. 170). — A. R. Martin *Anmerkung über die sogenannten aus-*

syge [110])), in *Holsatia* [111]) et *Esthonia* [112]), ne dica-

sätzigen Menschen, Fische und Vieh in Norwegen (*Schwed. akad. Abhandl. J.* 1760. p. 301). — J. Gislesen diss. de elephantiasi Norwegica. Hafn. 1785. — Büchner *Nachricht von der Spedalskhed in Bergenstift. Bergen* 1786. Vide Hensler *vom abendländischen Aussatze.* Excerpt. p. 110. — Hempel *Nachricht von der Spedalskhed in Bergenstifte. Rendsburg.* Hensler l. c. p. 117. — Munk in Tode *med. chir. Journal B.* 5. *St.* 1. p. 62. — Moeller in Tode *med. chir. Journal B.* 5. *St.* 1. p. 45. — N. Arboe *Afhandling om Radesygen. Kbhvn.* 1792. — Mangor *Underretniug om Radesygens Kjendetegn. Kbhvn* 1793. — Mühlert *bidrag til oplysning om Radesygen natur. Kbhvn.* 1799. — Pfefferkorn *über die Norwegische Radesyge und Spedalskhied.* — Hensler *Vorrede zu A r b o s und M a n g o s Abhandl. Altona* 1797. — T. Ahlander diss. de morbo cutaneo luem veneream consecutivam simulante. Upsal. 1806. — J. B. Damengeen *notice sur le Radesyge, ou la lèpre du Nord* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris, T.* 25. p. 129). — Vougt observationes in exanthema arcticum, vulgo Radesyge dictum. Gryphisw. 1811. Et: Hecker's *Annalen der gesammten Medicin. B.* 3. *H.* 3. — Caderschjoeld *om de sä kallade urartade veneriska Sjukdomarne. Stockholm* 1814. — J. Munk *om Norrska Radesyen* (*Kongl. Vetenskaps Academiens Handlingar för År* 1815). — H. Callisen syst. chir. hodiern. Edit. 4. Vol. I. Hafn. 1815. p. 490. — Fr. Holst morbus, quem Radesyge vocant, quinam sit, quanamque ratione e Scandinavia tollendus. Commentatio. Christianiae 1817. (Continetur in delectu meo opusculorum ad praxin med. spectantium. Vol. II). — Chr. Heiberg *über die Spedalskhed, eine*

dicamus (quod posteri procul dubio dicent) de *Insubria* (quoad Pellagram *)) deque *Polonia* (respectu plicae).

6. *Lepra elephantiasis* saepe corporis universi labe ingruit [113]). Aliàs morbus a maculis cum sensu Cont. argumenti.

Norwegische Ausschlagskrankheit (GERSON *und* JULIUS *Magaz. der ausl. Lit. der gesammt. Heilkunde* 1827. *Januar, Februar* p. 151.

110) e verbis *Raa*, *Raad* vel *Raass* in idiomate Norwegico squamas piscium designantibus (HOLST l. c.).

111) BRANDIS *Afhandl. om den Ditmarsiske Syge* (*Bibl. for Läger B.* 4. *Kbhvn* 1813. p. 1—26). — L. A. STRUVE *über die aussatzartige Krankheit Holsteins, allgemein daselbst Marschkrankheit genannt. Altona* 1820. — H. G. SPIERING *ein paar Worte über den Holsteinischen Aussatz* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1821. *Julius* p. 64).

112) G. EDUARD diss. quaedam de morbo leproso inter rusticos Esthonos endemico. Reval 1824. — FR. G. ALLBRECHT de diagnosi Esthonicae leprae cutaneae. Dorpat. 1825.

*) SPRENGEL pellagram nominavit *Lepram Mediolanensem*.

113) „Consequitur eos, inquit ARCHYGENES (l. c.), qui obnoxii futuri mali sunt, segnities, spiratio tarda, spirandi difficultas, motus difficilis, adsidua constrictio alvi; urinarum, veluti sunt jumentorum lotia, excretio, exspiratio gravis et foetida, ructus continui, qui etiam ipsis aegris aliquid molesti addunt, appetitus non obtusi quidem neque inflammati, impetus in venerem intensus." — *Radesyge* sequenti ratione decurrit: „Morbi initio gravitatem totius corporis membrorumque lassitudinem, pruritum cutis, insolitum

sensu cutis affectae deleto, a pustulis, a vitiis
unguium

laboris cujusvis, quin negotiorum, quae antea maximis in deliciis fuere, fastidium, articulorum rigiditatem, dyspnoeam, inprimis dum scalas et acclivia adscendunt, cephalalgiam tensivam frontalem vulgo queruntur aegri. Facies singulari splendore, quasi argenteo, praeditur, coloreque saepissime pallido, livido, plethoricorum autem rubro, ab eo tamen, qui sanitatem indicare solet, maximopere discrepante, suffunditur. Coryza accedit vel humida vel sicca nariumque internarum tumor et obstructio, quae efficiunt, ut non sine difficultate per eas spiritum ducere possint. Nasus externus rubescit et turgescit, raucescit vox, laxata uvula interdum adeo prolongatur, ut sensum corporis peregrini, in faucibus alternatim adscendentis et descendentis, accusent. Dolores insuper oriuntur artuum vagi, rheumaticis non absimiles, eo tamen ab iis diversi, quod noctu exacerbati tempus matutinum versus sudore largo, viscido, nonnihil foetido mitigantur. (Sunt tamen rheumatismi, qui, incalescente corpore, ingravescunt neque lecti calorem ferunt). — En dolosi morbi initia, qui, levem aegritudinem mentiens, post varium temporis intervallum, eo ferocius in miserum saevit, quo horrendae perniciei imperitior sit ipse vel quo magis alieno destitutus auxilio. — Nisi in medici attenti suaeque artis satis periti manus incidat aeger, adversa haec valetudo pro aetate aegroti, constitutione, vivendi ratione aliisque rebus fortuitis, nunc citius, nunc tardius accrescit. Interdum etenim pauci modo menses, plerumque totus annus, quin saepe plures praeterlabuntur, priusquam de maligna illius indole nulla amplius sit dubitatio. — Singularibus faciei signis exceptis, hactenus nil foris conspici-

unguium et crinium, ab ipsis denique haemor-
rhoidi-

tur; quae vero jam accedunt, cutis nimirum *solutiones continuae* novam quasi formant morbi epocham. — In *aliis* summam cutem defoedat *efflorescentia herpetica sicca*, mox sparsim, mox congregatim prodiens, albicans, quasi farina furfuribusve obtecta, quibus detractis subjacens cutis epidermide orbata apparet. Epidermis vero brevi regenerata inaequaliter indies crassescit cutemque squarrosam reddit. *Alii efflorescentia larga scabiosa*, humida, admodum pruriente vexantur, quae, vario interjecto temporis spatio, pari modo terminatur. *Plurimis* autem in aegrotis, in facie primum, dein reliquo in corpore, crebrae erumpunt varii coloris *maculae* parvae, morsus pulicum magnitudinem vix excedentes, ad margines quandoque nonnihil elevatae, nonnunquam evanescentes, humida vero tempestate iterum recurrentes, plerumque sensu hebetes, quin interdum plane destitutae, adeo ut vel acu punctae nullum citent aegroto dolorem. Ruptae vel laticem viscidum fundunt crustisque squamosis mox obteguntur, vel acri sero impletae vicinas partes arrodunt ulceribusque malignis haud raro viam sternunt. Hasce efflorescentias maculasque comitantur vel sequuntur noduli et tubercula cuprea, quandoque plumbea, initio mobilia, dein fixiora, quae primum et largissime faciem, sc. palpebras, nasum, genas, mentum, labia, auriumque conchas, tunc reliquum corpus deturpant. Paulatim simul crassescit et corrugatur frons, tument palpebrae et invertuntur, intumescunt genae atro-rubrae, labia oris turgida retrahuntur rictumque diducunt, aurium conchae nonnihil convolvuntur, vultus torvus accedit, oculi roseo circulo cinguntur; quibus omnibus horrenda facies terro-

rhoidibus [114]) annuntiatur. Raro illius evolutio-
nem

rem sane incutit. Ipsa vero illa tubera vel inde ab initio apices veris squamulis obsessos exhibent, vel saltem ad squamas efformandas proclivia pedetentim squamis obteguntur tota, aut in maligna ulcera degenerant. Fauces, praeter insolitam uvulae laxitatem et descensum hactenus sanae, jam eadem patiuntur mala. Eas enim inspiciens uvulam, velum palatinum tonsillasque videt maculosa tuberibusque aspera tandemque pessimis ulcusculis obsita. — Efformata itaque jam sunt ulcera, saepe aperta, quae, marginibus duris, callosis, tumidis, inaequalibus praedita, laticem rubicundum et pedum sudore foetentem, acrem fundunt partesque circumjacentes depascunt, saepius vero crustis squamosis, albidis, fuscis, rubidis obtecta inveniuntur neque cutem inter se positam rugis, sulcis, fissuris interstinctam pilisque orbatam exhibent. Notatu sane dignum est, acerbos artuum dolores mitigari, quandoque penitus cessare, quamprimum corpus externum affecerit morbus; quapropter non inepti sunt, qui summae cutis affectionem *criticam* pronuntiant. — Videmus ita aegritudinem sese indies evolventem et sensim sensimque in pejus ruentem. Cernimus porro morbum qui hactenus intus latuit, ut ita dicam, cancellos rumpere, palamque prodire et aegrum quasi monere, ut, dum adhuc tempus sit, periculum intelligenti sibi melius prospiciat. Quo autem neglecto, paulatim dira increscit labes tantumque demum assequitur fastigium, ut saepe frustra omnis adhibeatur medicina. — Consummatum denique et ad summum perductum morbum pessima indicant ulcera, quae, cute aliisque mollibus partibus haud amplius contenta, jam ipsam denique *osseam compagem* ag-

nem febris comitatur. Signa generalia sunt: „animi corporisque segnities insolita [115]), morositas [116]), facilis iracundia vel in dolos suspicio,

dispo-

grediuntur. Humorum labe nullo remedio correcta, foetidissimam maximopere corrodentem pus accipit indolem; unde efficitur ut ulcera indies majora fiant et largiorem fundant ichoris copiam; obortaque demum ea sanguinis conditione, quam dissolutam pathologi dicunt, ichor sanguinolentus secernitur frustulaque carnosa, fungosa, spongiosa ex ulcerum fundo haud raro abeunt. — Faucium ulcerosa affectio ad vicina etiam ossa extenditur: palatum durum, vomer, ossa nasi carie exeduntur, collabescit demum ipse nasus. Oritur vox nasalis, tenuis, quin loquela difficulter intelligenda, tandemque ad organorum plenam destructionem penitus abolita. Capilli et supercilia aliarumque etiam partium crines defluere solent, quid, quod digitorum articuli, carie soluti interdum secedunt. Immensus tum ciborum appetitus, quandoque canina fames, sitis enormis, paene inexstinguibilis, aestus urens, praecipue vespertinus, mortem instantem portendunt. Sudores demum antelucani, diarrhoea colliquativa vires penitus exhauriunt summisque malis optatum imponunt finem" (Holst l. c. p. 15—23).

114) Haly Abas in emendis servis praescribit: „ani statum intuere, ne forte sint in eo emorrhoides, aut menus aut similia." (Hensler l. c. p. 1).

115) „Corpus praeterea ipsorum magnum esse videtur, et cujusdam intolerabilis *gravitatis sensus* eis adest; unde neque potu neque cibo admodum suaviter delectantur" (Archygenes l. c.).

116) „Pusillanimes fiunt ad omnia, neque prae vitae amore vitam relinquere et contemnere possunt; neque

dispositio, insomnia tristissima, terrifica, ephialtes [117]), lascivia insueta ac major viribus coeundi potentia [118]); oculorum albedo obfuscata, turbata, vel rubra, aut livida, aut in nigrum declinans, figura oculi rotunda, leonina; vox rauca, vel rarius acuta et subtilis, cum anhelitus foetentis strictura; narium exterius rubrarum livescentium, interna angustatio, vel ulcus [119]), frequens sternutatio et privatio olfactus; faciei inflatio [120]), cum

affectionem ipsam generoso animo perferre, verum veluti se ipsos condemnantes se occultant et notos homines vitant" (ARCHYGENES l. c.).

117) „Quidam porro ex eis ad modum eorum, qui suffocantur aut strangulantur, maxime circa somnos afficiuntur" (ARCHYGENES l. c.).

118) GALENUS leprosos satyris similes esse dicit, ob continuum fere priapismum. SCHILLING ait: vidi in aethiope stupendum priapum, ad veterum imaginem duabus ulnis (HENSLER l. c. p. 398). Lege et ALIBERT op. c. p. 141. §. 241. Aliàs lepra evolutioni pubertatis obstat, vel coeundi potentiam infringit (GOURLAY l. c. — AINSLIE l. c.).

119) „*The partition of the nostrils was ulcerated and discharged a considerable quantity of matter*" (KINNIS l. c.). *Palati* conditionem RAYER (l. c. *Planche VII. fig.* 4) exposuit. Cfr. J. TH. BRANDT de leprae in membrana faucium, *narium*, nec non oris mucosa obviae diagnosi. Riga 1825.

120) „Jam vero ubi ad cutem progressum fuerit malum, malae primum crassiores fiunt et mentum; deinde rubescunt, non florido sed livido rubore" (ARCHYGENES l. c.).

cum magna validaque rubedine, ac pelle super fronte quasi tensa et lucente, nodosa [121]), adspectu

121) „Quandoque vero et per omne corpus eminentiae apparent, et praesertim juxta summam frontem et mentum" (Archygenes l. c.). Sic in *lepra Taurica*, quae sequenti modo decurrit: „*Primi anni* symptomata cernuntur in caeruleis et crassis maculis, vel in planis sine dolore tuberibus, quae in facie, mento, lateribus, extremitatibus, praecipue in radiali articuli carpi latere, nullis praecedentibus prodromis, proveniunt. Cujus exanthematis eruptio nullum sequitur certum ordinem; sed ubi in uno aegroto hunc modo dictum tenet ordinem, in altero plane alium habet. Interdum prioribus annis facies omnino libera relinquitur, maculis in articulis modo pedetentim erumpentibus, sensimque numero et ambitu crescentibus. Fit etiam, ut in hoc stadio febris accedat vel remittens vel intermittens, quae saepius autem deest. Praeterea aegroti hujus stadii neque de doloribus, neque de virium prostratione queruntur. — *Secundo anno* et numero et ambitu maculae augentur. Latius emanantes fuscum fere et nigrum accipiunt colorem. Plerumque statim ab initio extremitates inferiores creberrimis maculis obsitae sunt. Procedente vero tempore nullus totius corporis locus purus relinquitur, modo superficie volari manus et digitorum, fovea articuli cubiti, fovea axillari, poplitea, natibusque exceptis. In summo quoque exanthematis gradu periculoque semper tamen illarum partium cutis integram suam naturam retinet. Plerumque etiam, nec tamen semper, pars capillata capitis pura est. Ad hanc morbi periodum usque maculae doloribus vacant, aegroti vero inertia et interdum linguae et oris raucitate la-

spectu torvo; capitis, superciliorum ac menti [122])

borant. — *Tertio anno* maculae efficiunt pruritum et ardorem, cum formicarum morsibus ab aegrotis comparatos. Exanthema crescens totum corpus obsidet, nec macularum amplius retinet formam, sed sensim in tumores plenos abit, aliis nullum, aliis acerbissimum atque intolerabilem pruritum efficientes. In corporis superficie hinc et illinc quasi impressiones fiunt, facies intumescit et solitos vultus perdit, omnis habitus aegroti mutatur et rarissime tantum integer remanet. Glandulae (conglobatae) lymphaticae intumescunt et sub finem hujus periodi magna internorum organorum imbecillitas viriumque absumptio animadvertitur. — Accedunt cum *quarto anno* graves membrorum, praecipue articulorum, dolores. Somnus et ciborum appetitus, qui inde ab initio morbi ad hoc stadium usque integri erant servati, nunc satis imminuuntur, saepius plane interimuntur. Hoc quoque tempore vires magis magisque conteruntur. Maculae et jam completi tumores in squamosos, versicolores et asperos nodos transeunt, totius corporis integumenta communia aspera et squamosa durescunt, et colorem fusco-rubrum assumunt. Glandulae jacentes sub cute faciei, nasi, extremitatum et sub lingua scirrhose indurescunt. — *Quinto anno* tumores erumpere incipiunt: et in pedibus praecipue maligna ulcera fiunt, foetidam saniem emittentia. Tumores exulcerati crustam squamosam, foedam et tetram efficiunt, diutius quam in ullo alio exanthemate remanentem, quae interdum hic vel illic exsiccata molesto cum pruritu decidit. Recens vero cutis, quae omnino sana videtur, gravem adfert uredinem, quam nisi vel propriis vel aliorum rationibus commoti aegroti quiete patiun-

ti [122]) porrigo; pilus rarior, mutatus, alopecia [123]);

tur, sed frictionibus depellere conantur; nova hoc irritamento ulcera, saepius multo peiora producuntur, quantumvis aegrotus sibi temperet, neque ullam admittat frictionem; vel in novo quoque loco nova oriuntur ulcera. Si immatura adhuc crusta frictione, vel ictu aliove casu detrahitur, statim pessima atque impura ulcera, ad intima ossa penetrantia nascuntur. Quales casus digitis manuum et pedum infestissimi sunt; multa enim extant exempla totarum phalangum ita perditarum. Ulcera vermibus esse inquinata multis observationibus cognitum est; quod quidem pro sordida vivendi ratione illorum hominum non est, quod mireris. Nam levissimae ambustiones, vulnera et ulcera per se minime periculosa, crassis pannis laneis, quibus agricolarum russicorum uterque sexus pedes circumvallare solet, hisque vel nunquam vel rarissime tantum lotis, caeteraque corporis maxima negligentia, tempore praesertim aestivo, in magna et profunda ulcera degenerant, interdum tam perniciosa et corrodentia, ut omnem dimidii cruris vel surae cutem consumant. Quibus exulcerationibus quum rusticus incultus neque linteum carptum imponat, neque alia lintea circumvolvat, sed ad summum folia tussilaginis farfarae, arctii lappae, rumicis acuti, aliaque, caloris mitigandi causa, adhibeat; necesse est, ut frictione perpetua pannorum laneorum, vulnera suppurantia tangentium, malum in dies augeatur, latius emanans pernicie increscente multos per annos duret et aestatis denique tempore propter intensum illarum regionum calorem et innumeras insectorum turbas, omnibus fere ulceribus magna vermium vis accedat. Aestatis tempore vermes quoque inveniuntur in homi-

cia [123]); — sudoris foetor, alvi tarditas; eructatio perpe-

nibus, pure ex auribus profluente laborantibus; nec non in tinea capitis scabieque maligna, praecipue vero in officinis, lanae ducendae et in pannos convertendae inservientibus, aliisque hujuscemodi locis, ubi magna corporis colendi negligentia et remediorum abusus illa mala ad summum periculi gradum adducunt. Arsenicum album, hydrargyrum corrosivum et rubrum oxydatum, aliaque plura ejusmodi vulgaria sunt remedia, quae, negligente politia, in quoque pago nundinarum tempore palam emi vendique solent. — *Sexto* denique *anno* malum ad interiora nobilioraque organa penetrat. Malae, labia, palatum, et lingua impuris ulceribus obtecta corroduntur. Cavitas nasi, oris superficies interna, fauces adeo et trachea exulcerantur. Ulceribus nares occludentibus respiratio aggravatur. Interdum hujus ultimae periodi aegris capilli decidunt, pruritusque superciliorum adest. Nonnullis quoque unguium manus pedisque forma praeter naturam mutatur. Quibus ortis symptomatibus ea propter morbus mortem affert, quod tunc temporis ulcera jam interiora et ad conservandam vitam necessaria organa corripuerunt" (Martius l. c. p. 5—11).

122) Plinius l. c. — Oribasius synops. c. 14. p. 373. Coll. Steph. („Ficosi *menti* tumores, germina ulcerosa, rotunda, subdura, rubicunda, atque cum dolore sunt, atque utplurimum in capite, atque etiam in reliquo corpore nascuntur"). Monet Gruner (l. c. p. 171): „Videtur huc etiam iocus Martialis (L. VII. Epigr. 71) pertinere, cum ficosam uxorem ficosumque maritum more suo ridet, aut etiam, ut multis videtur, de illo condylomatum genere intelligendus est, quod cinaedis ex turpi venere accidisse fertur."

perpetua; lotium subjugale ac turbidum, interdum tenue, aquosum; pulsus parvi ac lenti" [124]). Mala hujusmodi, quibus nodosa aurium deformitas addi debet, sensim sensimque plurimorum annorum spatio invalescunt, donec ad fastigium perducto morbo sequens obveniat rerum imago: „vox penitus extinguitur, foetorque animae et corporis, cum spirandi labore, continuo increscit; sub lingua grandinosa [125]) raninarum venarum varices [126]), quae et alibi ad pectus, ad tibias oriuntur, subnigrae comparent; secedunt pili vix non omnes et caput et supercilia praetumida, liminaque palpebrarum et mentum, et axillae, et pubes tibiaeque glabrescunt; finduntur, incurvantur et corrupti labuntur ungues; musculorum torositas omnis disparet, inprimis illorum, qui inter pollicem et digitum sunt positi; ciborum digestio prava ac flatuum incommoda vel et fames [127]), in quibusdam canina, vix faeces alvus, ac

123) „*The hair . . . entirely wanting on the eyebrows*" (Kinnis l. c.).

124) J. P. Frank l. c. p. 217.

125) Tubercula palati adnotat et Vidal l. c. p. 170.

126) „Et sub lingua *venulae varicosae* fiunt ac nigrescunt, quod signum est, etiam viscera ipsa in simili constructione esse, ejusmodi plane qualis in porcis quibusdam circa interna videtur, quae grandinis nomine insignitur" (Archygenes l. c.).

127) De *siti* quidem mentionem vix faciunt auctores de lepra, interea Bruce continuam eam esse apud lepro-

ac jumentosam continuo vesica urinam expellunt; infausta veneris cupido ac tentigines in consumpto ac morituro[128]) jam homine intenduntur; extremitatum articulos, phalanges, a carie latente erosa, tumores insensiles, alii juxta alios circumdant; vel et ulcera sicca, profunda, sensuque vix praedita, deturpant, et cutis hinc inde in plicas crassiores, nodosas elevata, in sulcos ac rugas asperas, profundas, aut fissas alibi contracta, elephantini magis, quam humani pedis figuram aemulatur; interdum nares, intermedia cartilagine erosa, collabuntur; aut prorsus, ut digitorum phalanges, aut integra quoque membra[129]), a vivis, vel sponte, ac sine dolore separantur" [130]). Pulsus occultus, parvus, ad mortem usque.

L. partialis. 7. Signa leprae, tum squamosae, tum nodosae, nonnunquam in *una solummodo parte* obveniunt, ac *lepram partialem* constituunt. *Lepra partialis squamosa* frequenter in Europa occurrit, praesertim ad cubitum, genua et in genere ad loca, ubi ossa mox sub cute jacent, capite non excepto. Utplurimum utrumque latus occupat e. c. ambo genua, tibias etc. Formam exhibet macularum circularium, saepe in centro depressarum,

sos Abyssiniae monet. (*Voyage en Nubie et Abyssinie. T.* 3. p. 46).

128) Leprosi usque ad mortem satyriasin patientis exemplum refert Vidal l. c. p. 168. Vide et Schilling (op. c. p. 159).

129) Vidal l. c. p. 168. 130) Frank Epit. l. c.

rum, ad margines elevatarum, halone rubro circumdatarum, squamis nunc densis [131]), nunc tenuibus albis [132]), nunc nigris [133]) coopertarum in climatibus calidis prurientium. *Lepra partialis nodosa*, sive *elephantia* [134]), de qua, praeeuntibus Arabibus [135]), Alard egregie scripsit [136]) in Aegypto [137]),

131) *Lepra vulgaris* Willan l. c. p. 86. Tab. 8. *Lèpre crustacée* Alib. op. c. Tab. 31. Tab. 33. Rayer l. c. *Planch. VIII. fig.* 1.

132) *Lepra alphos* Willan l. c. p. 98. Tab. 9. fig. 1. *Lèpre squameuse* Alibert op. c. Tab. 30.

133) *Lepra nigricans* Willan l. c. p. 101. Tab. 9. fig. 2.

134) Arabes aliique, monentibus Henslero (l. c.) et Grunero (l. c. p. 184), *elephantiasin* ab *elephantia* distinxerunt, sic, ut lepram universalem tuberosam, vocarent *elephantiam*, partialem vero pedis lepram nodosam, *elephantiasin*. Recentioribus auctoribus nomen *morbi glandulosi* (*maladie glandulaire*) arridet (Alard op. c. p. 153).

135) Ita enim Haly Abbas (Theoric. L. VIII. 15): „Ulcera, quae in pedibus et crinibus fiunt, *elephas* vocantur. Et elephanticus morbus apostema est melancholicum, quod in cruribus fit et pedibus, et ejus signum est, quod pedis figura elephanti figurae similis sit.“ In quo consentiunt Avicenna (Can. III. Fen. 22. Tract. 1. c. 16. p. 967. T. 1), Rhazes (Ad Almans. L. IX. 93. p. 274. ed. Basil. 1544), Avenzoar (Rectificat. medicat. et Regim. L. II. Tract. 7. c. 25. p. 33. a. ed. Mag. Paranic.), Alsaharavius (Practic. Tract. XXVIII. c. 11. fol. 110. a.), Averroes (Colliget. L. III. 7. p. 15. ed. Opp. Avenz.) etc.

136) *Histoire de l'éléphantiasis des Arabes, maladie particulière au système lymphatique, fréquente dans*

pto [137]), in India Occidentali [138]) et in Asturiis [139]), aliisque forte Europae locis [140]), domicilium habet. Manus [141]), brachia [142]), inprimis autem crura [143])

nos climats, quoique méconnue de nos jours. Paris 1810.

137) Prosper Alpinus medic. Aegypt. p. 56. — Thevenot *Voyages Vol.* 1. p. 834. — Larrey l. c.

138) *De pedibus strumosis*, in India solitis, observationes communicarunt Cleyer (Eph. nat. cur. dec. II. an. 3. obs. 13. p. 52), Town (*on the changes of the air and the concomitant epidemical diseases, in the island of Barbadoes* p. 304), Hendy (*a treatise on the glandular disease of Barbadoes*), Rollo (*Remarks on the disease lately described by Dr.* Hendy), Hillary (*observations on the changes of the air and concomitant epidemical diseases in the island of Barbadoes*), Alard (op. c. Tab. I).

139) Townsend *voyage en Espagne fait dans les années* 1786. 1787. — Thierry *observations de physique et de médecine faites en différents lieux d'Espagne. Vol.* 2. p. 130.

140) Alard op. c. p. 169. 198.

141) Clos *histoire de la lèpre des doigts et particulièrement des ongles* (*Annales de la société de médecine de Montpellier. T. I. P. I.* p. 257).

142) „M. Percy *présente à l'académie de Paris le modèle en plâtre d'un bras, où il s'était manifesté un éléphantiasis très remarquable. Ce bras avait un pied de diamètre et pesoit* 54 *livres. Il était atteint de trois formes de lèpre, squameuse, ulcéreuse et tuberculeuse. Le malade mourut vingt-deux jours après l'amputation*" (*Bibliothèque universelle. Sept.* 1820. p. 62).

crura [143]) et pedes, afficit." In plurimis sub morbi principio, febris manifesta, cum rigore, calore, deliriis, inguinisque dolore, tumore glanduloso, occurrit. Mox cruris in parte, aut utriusque inflatio, rubedo ac dolor, interdum cum stria rubra, sat lata, tensa, vasorum lymphaticorum decursum indicante, insequuntur: quo tempore et febris et tumor glandularum inguinalium subsidere observantur. Saepius, sed tempore incerto, haec febris revertitur; et in crure post quemvis insultum, incrementum tumoris, oedemati consimilis, sed magis renitentis, conspicitur: donec, sub melioris valetudinis, si modo sitim in quibusdam intensam excipiamus, adspectu, pedis elephantini figura, nunc aequalis, nunc per sulcos plicasque divisa, emergat et sub pelle crassiori, squamosa, humor tenax, glutinosus cellulosa dilatata, tenaciori ac varicibus depicta circumseptus, in substantiam lardaceam concrescat, vel ex cute disrupta per fissiones, per ulcera impura, fungosa destillet, aut pars ipsa, sine sensu, post longos modo annos, a vicinis separetur. Interdum localis

143) Observatio elephantiasis cruris sinistri, auctoribus Kuys et Rynders Amst. 1820. — *Eine Elephantiasis und ihre Behandlung von* Chelius. (*Der neue Chiron. Eine Zeitschrift für Wundarzneykunst und Geburtshülfe. Von* C. Textor. *B.* 1. *St.* 2. *No.* 2). — Bouillaud in *archives générales de médecine T. VI.* p. 567.

lis hic tumor manus, brachium, aures [144]), nucham, partem capillatam capitis [145]), dorsum, vel lumbos, ipsa pudenda [146]), occupasse est visus" [147]). — Adde mammas [148]), corpus thyreoideum [149])

144) Die 5. Martii a. 1818. medicus Vilnensis, Dr. Barankiewicz feminam, jam decem prolium matrem, mihi ostendit, quae praeviis doloribus vehementissimis capitis et aurium, faciem sibi a tuberibus duris variae magnitudinis (maxime amygdalarum formam adaequarunt) obsideri persensit. Tubera hujusmodi sensim sensimque rubore livido obducebantur. Vidi ita frontem universam obsessam, nec non faciei latus dextrum. Circumdabatur inde maxime oculus dexter. Et scapulae hinc inde ejusdem generis tubercula exhibuerunt, decoloribus adhucdum circumdata.

145) Lisfranc in *revue médicale. Janvier* 1826.

146) Sic in peninsula *Coromandel* et *Malabar*, ad scrotum et ad testes contingit, qui morbus ab incolis *andrum* vocatur. (Kaempfer amoenit. exot. p. 557. fasc. 3. obs. 8. — Alard op. c. p. 114). In *Japonia* idem malum dicitur *Senki* (Alard. l. c. p. 117), quo nomini et in *Aegypto* occurrit (Desgenettes *histoire médicale de l'armée d'Orient*). Cfr. Birrel *successful excision of labia pudendi enormously enlarged* (ponderis librarum viginti octo) *by elephantiasis* (*the Edinb. med. and surg. journal. April* 1825. p. 257). — Townsend, in *the New-York medical journal* 1822. *Jun.*

147) Frank Epit. l. c.

148) Mense Martio 1815. obiit Vilnae illustris femina (Petrikowska), ut vulgo ferebatur, cancro mammae. Ego autem quum aegrotam ultimis vitae temporibus examinaverim, morbum majoris longe extensionis re-

deum [149]) et collum [150]). Verisimiliter et *malum*, quod vocant *mortuum* [151]), huc pertinet: consistit enim in pustulis crustosis, magnis, foedis, sine sanie, cum quadam insensibilitate et turpi adspectu in coxis et tibiis frequentius obvenientibus, subinde cum glandularum inguinalium tumore. Immo,

peri, videlicet *elephantiasin*. Malum quidem in mamma dextra sub forma nodorum, quorum duo suppurationis vestigia totidemque ulcera potius profunde, quam late serpentia exhibebant, incepit. Verum ab hac mamma tubera ex rubro livida variae magnitudinis (iis plane similia, quae quondam in lepra elephantiasi conspexeram) super sternum directe ad mammam sinistram, extendebantur. Praeterea in latere corporis dextro ejusdem formae tubera antrorsum usque ad claviculam et retrorsum fere usque ad spinam dorsi, trunci dimidium ad modum zosteris occupantia, cernebantur. Nares hujus aegrotae erant obstructae. Transpiratio peculiari foetore instruebatur. Summa tandem observabatur respirationis difficultas et angustia, nec non faucium constrictio.

149) J. Adam *eine merkwürdige Geschwulst bey einem Hindus.*' (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde B.* 14. *No.* 302. p. 247).

150) In tractatu meo de struma (P. II. Vol. II. Sect. I.) affinitatem hujus morbi cum lepra patefeci. Lego nunc, in Provincia *Neywa* morbos populares esse *elephantiasin, lepram* et *strumam* (*Voyage dans la république de Columbia en* 1823. *par* G. Mollien. *Paris* 1824).

151) Sauvagesii spec. 6. — Gallice: *Le mal mort.* Vide Lorry (l. c. art. 10. p. 395) et Astruc (de tumoribus Lib. II. p. 40).

Immo, ipse *cancer*, quocunque demum in loco contingat, speciem leprae partialis refert [152]).

Necroscopia.

8. *Cadaverum sectiones* [153]) docent, sedem praecipuam leprae in textu celluloso cutis esse, hocque corrupto, sensim carnes substratae et tandem ossa ipsa ad mèdullam usque vitiari et in massam informem mutari [154]). Papillae cutis admodum prominentes *). Glandulae mesenterii infarctae, hepatis substantia durior, viscerisque volumen majus [155]), venae obliteratae [156]): contra in lepra partiali, dimensio vasorum lymphaticorum aucta [157]).

§. LXI.

152) Alard l. c. — Savary *sur la fièvre jaune. p.* 95.

153) „*Ippocrate estendeva la lebbra anche alle parti interne, e perciò racconta del figlio di Teoforbio, che ne era attaccato nella vesica orinaria. Non è questo niente di stravagante, perchè si osservano pure altri cutanei morbi communi anche al ventricolo e agli intestini*" (Frizzi l. c.).

154) Swediaur l. c. p. 198. in nota.

*) Th. Chevalier in *medico-chirurgical transactions Vol. XI.* p. 63. — Andral *archives générales de médecine, Mars* 1827; et Harless *neue Jahrb. der teutschen Med. u. Chir. Zweiter Supplementband* 1827. p. 230.

155) Larrey l. c. p. 72.

156) *Observation d'éléphantiasis des Arabes par obstacle à la circulation dans les veines.* Par J. Bouillard. In *archives méd. Decembre* 1824. (*Altération des veines crurales et du commencement de la veine cave inférieure par des masses cancéreuses énormes développées dans la cavité abdominale*).

157) Hendy op. c. — Alard op. c. p. 74.

§. LXI.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. Lepra saepe morbum haereditarium constituit [1]). Hoc autem non impedit, quominus hinc inde leprosi sanam prolem generent [2]), aut leprosi ex sanissima stirpe originem ducant [3]). Infantes et mulieres rarius quam viri a lepra afficiuntur [4]). Nunquam aut mitissime ea laborant eunuchi [5]).

C. excitantes.

2. Excitatur lepra in praedispositis a malis cibis [6]), speciatim ab esu piscium corruptorum [7]), carnis

1) Mercurialis op. c. lib. II. cap. 5. — Vidal l. c. p. 164. — Alibert l. c.

2) Aetius Tetrab. IV. Serm. I. c. 125.

3) Parentes mercatoris Graeci, quem cum elephantiasi curavimus, perfecte sani erant.

4) Gordonius l. c. cap. 22. p. 95.

5) Hensler l. c.

6) Theodoricus l. c. cap. 55. — Hensler excerpt. p. 32—33. — Gordonius l. c. cap. 22. — Gaddesden l. c. cap. 7. — Arnoldus de Villa Nova l. c. cap. 4. p. 186. — „Praecipuae ad hunc morbum praedisponentes causae sunt misera noxiaque diaeta, pisces consuetum illarum regionum nutrimentum, multaque alia nutrimenta cruda salsaque, inter quae praesertim caro porcina et vervecina mensibus aestivis continuo consumuntur ab agrestibus“ (Martius l. c. p. 17).

7) Willis l. c. — Alibert l. c. §. 22. — „In Islandia frequens est morbus iis in provinciis ubi ad vitam sustentandam incolae *pisces* captare coguntur, admodum rarus vero in aliis, quae minus laboriose ea largiuntur, quae ad victum suppeditent“ (Holst l. c. p. 96). Dari interea populos ichthyophagos le-

carnis porcinae [8]), forte panis secali cornuto contaminati [9]), a potu aquarum corruptarum [10]), liquorumque fermentatorum [11]), ab animi pathematibus [12]), a venere nimia, a frigore humido parti-

prae nequaquam subjectos, compertum habemus (*Voyage à la recherche de La Peyrouse T. 2. p. 72.* — Bicardière *Reise nach dem Südmeer B. 2.* p. 49).

8) Sic leges Moisis et Muhammedi docere videntur, quamvis Fischer aliter sentiat (Programmata de antiquissimo carnis esu, simul porcinam ab insimulata malitia ista vindicat, quod nempe anceps hoc cibarii genus ad lepram corpora praecipitet. Erfurt. 1721). Et Larrey carnem porcinam, saltem in Aegypto, pro caussa leprae habet (l. c. p. 75).

9) Comparasse non poenitebit quae hoc sub respectu de *morbo cereali* in medium attuli.

10) Alpinus l. c. p. 25.

11) Vidal in *second mémoire.* p. 171. 175.

12) Ex terrore lepram vidit Vidal l. c. p. 168. Mater terrefacta prolem leprosam generavit, uti videre est apud Alibert l. c. p. 144. §. 444. — „*I Teologi Ebrei, ossiano i loro Talmudisti assegnano certi peccati, ne' quali i contagiosi morbi sono facilissimi. Tutta sopranaturale sarà la loro dottrina, ma molte volte combinano le prime cause colle seconde e naturali: per esempio, la maldicenza, colle sue inquietudini; il giurare il falso, co' suoi rimorsi; la superbia colle sue non soddisfatte voglie, e l'invidia co' disperati suoi tentativi, sono tanti patemi d'animo, ai quali da' codesti Dottori si assegna la pena della Lebbra, che anche naturalmente vi sono disposti per le affezioni malsane del sistema nervoso e della traspirazione. Il rubare, la vita sanguignaria, e i vene-*

partibus denudatis admoto [13]), et ab immunditie [14]. Quaesita praeterea fuit caussa lepram excitans in vermibus [15]), in tractatione Gymnoti electrici [16]) et in insectis [17]). De *contagio specifico*, lente (annorum videlicet plurium curriculo) insidias struente, quamvis a multis in dubium vocato [18]), tum leges Mosaicae, tum modus, quo lepra Europam invasit, partimque dereliquit et adhuc contaminat [19]), testantur [20]).

Q 2 Coitus

rei eccessi, sono altri tre articoli da loro riportati. Il primo col naturale contagio delle altrui incognite robe; la seconda coll' inquietezza, coi rancori, e colla disordinata vita; e i terzi coi consensi naturali della cute alle parti della generazione, e coi veleni comunicatisi sono fisicamente e moralmente altre disponenti cause" (FRIZZI l. c. p. 85).

13) WILLAN l. c. p. 97. — FALCONER l. c. p. 372.

14) WILLAN l. c.

15) CALMETUS apud LINDINGERUM. V. Cl. in libr. de Ebraeor. vet. arte med. P. I. §. 16. p. 33. — LINNAEUS de lepra in amoenitat. academ. — MURRAY diss. de vermibus in lepra obviis. Goett. 1779.

16) *Nouveaux mémoires de Berlin. Vol. I.* p. 68.

17) JÖRDENS op. c. p. 3.

18) ALEX. TRALLIANUS 2. problem. medicinal. probl. 42. — ARISTOTELES 7. probl. sect. ultima. — VIDAL l. c. p. 169.

19) *Radesyge* indolem contagiosam MANGOR, VOUGT, CEDERSCHJOELD et HOLST (l. c. p. 100) agnoscunt. — „*Die Marschkrankheit ist allerdings ansteckend und zwar in einem hohen Grade*" (STRUVE l. c. p. 46).

Coitus ad morbi propagationem minimum conferre videtur [21]); potius vestes [22]) inprimis lanae [23]), medio aevo usitatissimae.

3. Populi

20) Gourlay l. c. — Contagium ut leprae caussam praeterea admittunt M. Friebe (de contagiosa cutis foeditate ex accubitu (Miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 157). — Thomas (*Medical advise to the inhabitants of warm climates* p. 119. — Larrey (l. c. p. 7) etc.

21) „*Quistionano i Rabbini* (*Talmud*, *mohet catan. sez.* 1) *se il lebbroso possa coire o nò. Il Maimonide decide giusta quelli che lo permettono,*" (Frizzi l. c. p. 55). — Aetius (lib. 13. c. 125) leprosis concubitum suadet. — „*Dass die Marschkrankheit selten durch den Beischlaf anstecke, dafür entschied sich schon im Jahr* 1806 *das K. Sanitäts-Collegium, und auch mir sind der sprechenden Beweise viele vorgekommen*" (Struve l. c. p. 47).

22) „*Moisè parla di una qualità propria agli abiti* (*Capo* 13. *Levitic. testo* 47. *c.* 59). *Ne dà tre criterj; il sommamente rosso; o il sommamente verde, o la dilatazione del colore. Se persistevano i stessi colori, e dilatavansi dopo sette giorni, si dovea abbruciare come immondo; se non dilatavasi o se oscuravasi il colore dopo la prima settima, doveasi lavare il luogo della macchia, e tenendo separato l'abito, osservarlo alla seconda settima. Se il colore era cambiato in un terzo colore, era mondo mediante il lavamento. Se da rosso diveniva verde, o all' opposto, si stracciava il macchiato pezzo, e si abbruciava, e mettendovi nuova pezza col lavamento era mondo. Se poi costante era il colore, e tanto più se dilatavasi alla circonferenza era immondo, e dovevasi sul momento ab-*

3. Populi antiquitatis, praecipue Graeci, lepram ultioni deorum tribuebant [24]. Medici veteres eam a vitiis quatuor humorum [25] et praecipue ab atra bile [26], recentiores a phlegmatia vasorum lymphaticorum et textus subcutanei [27] repetierunt. Nostram hac in re ignorantiam plane fate- C. proxima.

bruciare (Maimonide *sez.* 12. §. 1. c. 3). *La dilatazione doveasi rispettare, per poca e sparsa che fosse, perchè criterio sufficiente della forza del contagio* (§. 4). *Dovevasi poi il lavamento fare un poco all' intorno, e con detergenti saponacei e alcalini, onde se resisteva, fosse più securo il giudizio della forza del contagio* (§. 5). *Ciò che fosse questa lebbra degli abiti è cosa molto oscura*" (Frizzi l. c. p. 63).

23) Sprengel *Versuch einer pragmat. Geschichte der Arzneykunde Th.* 2. p. 490. „Aliae hujus morbi sunt caussae, ... magnae et multae sordes, immundaque vestimenta lanea per hiemem et aestatem usitatissima, nec satis cum puris commutata" (Martius l. c. p. 18).

24) *Les Choephores, tragédie d'Eschyle. Act.* 2. *Sc.* 2.

25) Constantinus Africanus de morborum cognitione et curatione Lib. 7. — Gordonius l. c. p. 196.

26) Galenus. Ebn Sina. v. Hensler in excerptis. p. 5. 6. 7.

27) Lassere, vid. Broussais *annales de médecine physiologique.* 1822. — Alard *de l'inflammation des vaisseaux absorbans, lymphatiques, dermoides et souscutanés; maladie désignée par les auteurs sous les différens noms d'éléphantiasis des Arabes, d'oedème dur, de hernie charnue, de maladie glanduleuse* etc. *Paris* 1824.

fatemur, caussam proximam leprae in ignotam corporis et praecipue systematis lymphatici conditionem, quam *diathesin leprosam* vocamus, rejiciendo.

§. LXII.

Diagnosis.

Diagn. momentum.

1. *Diagnosis leprae* omni aevo res erat aleae plena ac conscientiosa. Peculiaria exstabant hoc sub respectu praecepta, medicis severe inculcata [1]). Nec hodiedum leviter hoc in opere incedendum.

1) Juxta leges Mosaicas et Rabbinorum: „*il solo sacerdote medico della nazione era quegli che decideva se* (*l'articulo*) *doveva essere immondo e separato . . . `E prescritto che il sacerdote dovesse godere la buona fede su i di lui clienti, onde non dubitassero di quanto egli asseriva . . . Doveva il sacerdote medico non essere di origine spuria . . . non solamente la cecità di un sol occhio, ma anche un semplice oscuramento incapace rendeva il sacerdote allo stesso ufficio . . . . Moisè parla sempre di visite diurne e i Rabbini affatto escludono le notturne, perchè la luce della candela molto altera i colori e l'aspetto delle piaghe. . . . I giorni festivi non erano acconcj a siffatte decisioni. — Era dovere del sacerdote di prontamente osservare quel lebbroso che comparivagli in consulta, ed era in peccato, se lo avesse mandato indietro senza decisione . . . Se in due venivano a consultarlo, dovea escludere la contemporaneità tanto capace di confusione . . . . Si prescriveva perfino la positura diritta rispettiva all' uomo e alla donna, . . . sicchè per mala posizione non comparisse all' occhio del sacerdote*

dendum. Morborum quidem leprosorum imperium, ut res fert, exposuimus; ast absit, ut veri confinia transiliamus. Sicuti quovis alio in morbo ita et in lepra diagnosis non ex uno tantum, sed e pluribus symptomatibus simul sumtis, instituenda.

2. Ex descriptione autem variarum specierum leprae apparet, symptomata maxime constantia et gentilitia hujus morbi esse: pulsum interdum febrilem, sed constanter debilem, saepeque lentum, — urinam jumentosam, turbidam, sedimento instructam, aliquando limpidam, aliquando ab initio morbi tardam, — flatus ructusque copiosos; — transpirationem foetore peculiari quasi hircino stipatam; — vocem raucam, nasalem, halitumque olentem; — morositatem, lasciviam, anaesthesiam, formicationis sensum, — varices, potissime haemorrhoides; tumores glandularum lymphaticarum; — vitia pilorum et unguium; — impetiginem maculosam, pustulosam, squamosam, nodosam, ulcerosam [2]); — tabem inprimis Signa gentilitia.

tutto ciò ch' era degno di oculare ispezione" (Frizzi l. c. p. 47—54). Et medio aevo leprae diagnosis haud flocci pendebatur. Lege de hoc argumento: Examen leprosorum auctoris innominati ex Conr. Gesneri script. de chirurg. opt. Tiguri 1555. — *Don* Bonifacio Ximenez y Lorite *instruccion medico-legal sobre la lepra, para servir á los reales hospitales de San Lazaro (Mem. acad. de la R. Soc. de Sevilla. T. I.* p. 173—345).

2) „Si solus foeditatis affectus aliquid facit ad elephan-

mis musculorum praecipue pollicis, — nec non cariem.

Species variae. 3. Varias expositas leprae formas, re ipsa unum eundemque morbum constituere, ex similitudine symptomatum gentilitiorum, ex identitate caussarum et ex illarum specierum complicatione 3), praeeuntibus antiquioribus 4), GRUNER 5)

tiasin constituendam, rarus non est morbus; verum si et vitium *substantiae in cute et etiam in textu celluloso* requiratur, rarissimum" (LORRY de morbus cutis tract.).

3) „Limites vero inter has diversas impetigines adsignare, inquit SAUVAGES (nosol. method. T. III. P. II. p. 435) difficile est, tum quia lepra et elephantiasis raro hodie videntur, tum *quia diversae illae virulentiae non raro mixtae aut combinatae reperiuntur in eodem subjecto.*"

4) Teste ARCHIGENE (apud AETIUM Tetrab. 4. Serm. 1. c. 134. p. 679. Coll. STEPH.) „lepra longe levior est *Leuce* ac *Alpho*, quoniam *lepra* aspera est ad contactum et pruritum locorum inducit, cutis superficie sola laesa, cum *leuce* profundius haereat, colore valde mutato, atque multo cum laevore sit, *alphos* vero in squamarum similitudinem cuti adsideat." — Inter *Albaram* et *lepram* illud est discrimen judice ALSAHARARIO (Pract. Tract. 31. c. 2. P. IV. p. 163. a). „Quoniam cum lepra corrumpitur dispositio creationis, et cadunt extremitates, in albara autem sequitur pruritus et cutis asperitas tantum, et corruptio quidem complexionis cholerae nigrae in eo est diversa; in lepra vero aequalis, et universas species leprae communicat casus capillorum penitus etc." Huc et MACRI

NER [5]) et ALIBERT [6]), concludimus. Quodsi WILLAN [7]), BATEMAN [8]) aliter sentiant, mirum non est;

(de viribus Herb. v. Nepeta. v. 13 seq. p. 35. ed. Jo. ATROCIANI 1530).

„Est *leprae species*, elephantiasisque vocata,
Quae cunctis morbis major sic esse videtur,
Ut major cunctis elephas animalibus exstat.“

5) Morbor. antiquit. p. 183. 186. („Videntur tamen, nisi vanus augur sum, omnes horum cutis vitiorum species sub communi *psorae* nomine, tanquam genere suo, contineri, sic, ut *pruritus*, *ἐκζέματα*, *Celsi pustulae ac papulae*, *herpes*, *lichen*, *vitiligo nigra et alba*, *lepra Graecorum Latinorumque impetigo*, leviorem scabiei speciem referant, eamque mirifice inter se complicitam; *elephantiasis* vero *Graecorum* et *Lepra Arabum* mediam psorae formam constituant, atque mala sint turpitudine sua et crudelitate infestissima; ultima tandem eaque truculentissima habeatur *Arabum elephantiasis*, quippe quae omnia cutis vitia foeditate sua quam longissime superat, et tantum non semper est insanabilis“).

6) *Description des maladies de la peau. Septième livraison.* Et: *Dict. des sciences méd.* l. c. p. 422. („*La lèpre elle même subit une multitude de modifications par le pouvoir de cette influence des climats; c'est là ce qui lui inprime un caractère protéiforme. Aussi a-t-on mal-à-propos décrits ses principales métamorphoses comme des espèces différentes chez les divers peuples où elle a été aperçue. Cependant malgré cette physiononie particulière, que la lèpre emprunte pour ainsi dire des causes locales, qui la font naître, il y a des traits généraux qui fixent irrévocablement le genre auquel elle apartient*“).

7) l. c. p. 91. 8) Synopsis p. 25 et 297.

est; Nosologis enim proprium, morbos juxta adspectum et non, ut decet[9]), juxta characterem essentialem definiendi *). Disceptationes abhorrentes properamus studium, quo variae leprae ab aliis cutis defoedationibus distinguntur.

L. alba cum albinis.

4. *Lepra alba* utpote morbus ab universali candore cutis in *albinis* [10]), utpote generis humani varietate [11]) differt. *Aethiopum* colorem a leproso vitio derivare [12]) absurdum.

L. squamosa ab ichthyosi, hystriciasi etc. distinguitur.

5. *Lepra squamosa*, morbus herculeus, ab *ichthyosi* et *hystriciasi*, vitiis cutis illaesâ sanitate perstantibus, distinguitur. *Porrigo insons* a lepra

9) Mali gravitatem variumque exanthematis colorem non nova exigere nomina, jam Guydo de Cauliaco monuit.

*) Sic urticaria, si loco nodorum, papulas exhibeat, illis non amplius urticaria, sed erythema est.

10) Leuco-Aethiopes. Germ. *Weisse-Mohren, Kakerlaken, Dundos.* Gall. *Albinos, nègres blancs, blaffards.*

11) Haller elem. physiol. T. V. p. 24. — Blumenbach de generis humani varietate nativa. Goett. 1795. — Buzzi *dissertazione storico-anatomica sopra una varietà particolare d'uomini eliofobi. Milano* 1784. — Mansfield *über das Wesen der Leucopathie. Braunschweig* 1822. — J. H. G. Schlegel *Materialien für die Staatsarzneywissenschaft und prakt. Heilkunde B.* 3. *Meiningen* 1824.

12) Smiths *essay upon the variety of colour and figure in the human species.* — B. Rush in *American philos. transact. Vol.* 4.

a lepra squamosa, ob defectum signorum gentilitiorum leprae discernitur. Sic et *herpes*. *Tinea capitis* a parte capillata cranii, in lepra versus finem solummodo affecta [13]), incipit.

6. *Lepra elephantiasis* cum *impetiginibus syphiliticis*, praecipue sub forma tuberum obvenientibus, ab iis, qui signa horum morborum probe haud noscunt, facile confunditur. Porro ulcera narium et faucium, utpote leprae et syphilidi communia, facillime in errorem ducunt. Diagnosin istius in tractatu de lue venerea dilucidabimus. Interea valeat criterium, quod mercurii effectus suppeditat, quatenus hoc remedium uni istiusmodi morborum adversetur, alii quadret. Quod ultimum quum respectu ad *sibbens* Scotiae et *Scherlievo* Dalmatiae compertum sit, morbos hujusmodi ad leprosos minime revocavimus. Immo in eo versamur, medicos qui in Radesyge aliisque morbis affinibus describendis, vim mercurii extollant, passim intercurrentem syphilidem coram habuisse. L. elephantiasis a syphilide.

7. *Leprae in genere* iis a medicis ad *scorbutum* revocari solent, qui in omni morbo naturae obscurioris scorbutici quid somniant [14]). Characteres L. in genere a scorbuto.

13) Willan l. c. p. 87.

14) „Quid? quod mos adeo invaluit, ut hodie medici imperitiores, si quando ex certis signis neque morbum nec causam ejus possunt cognoscere, statim scorbutum praetendant, et pro causa scorbuticam acrimo-

cteres scorbuti debito loco tradentur, ibique et differentiae a lepra.

§. LXIII.

Prognosis.

An sanabilis.

1. Lepra squamosa aliquando sanatur, nunquam L. elephantiasis [1]). Quo antiquior illa, quo annosior aeger, eo difficilior cura. Nec universali facilius partialis (nisi forte cultri ope) sanatur lepra. Sanationis difficultas major sub minori cutis affectione, quam sub late expansa lepra [2]). Haud pauci, qui sanati videntur, tardius iterum in eundem morbum incidunt [3]).

Mutatio unius speciei in alteram.

2. Lepra partialis, cujuscunque demum formae, interdum in malum universale transit. Lepra squamosa in lepram elephantiasin transivisse non est visa. Potius vice versa [4]).

Longitudo morbi.

3. Maculae leprosae quandoque jam in infantia comparent, quin morbus unquam invalescat [5]).

niam accusent" (Frid. Hoffmann syst. med. rat. T. IV. Pars V).

1) Jam Aretaeus (de curat. morb. diuturn. l. II. c. 13. p. 134. ed. Boerhaav.) elephantiasin omnis sanationis expertem esse censuit.

. . . . in ipsos saeva medentes
Erumpit clades obsuntque auctoribus artes.

2) Falconer l. c. p. 374. 3) Hillary l. c. p. 324.

4) Galenus (Lib. de tumoribus praeter naturam cap. 14) auctor est, quosdam elephantiasi laborantes, viperarum esu in lepram incidisse maximo cum valetudinis emolumento.

scat [5]. Quo primum vero macula leprosa alicubi crescere incipit, malum in aliis quoque partibus in conspectum venit [6]. Impetigo haud raro malorum internorum sistit veluti crisin, saltem pro tempore. In genere miserrima mors ex tabe, ex hydrope, ex ossium carniumque corruptela inevitabilis est. Terribilem aegri desperati morbo conclamato laborantis imaginem, sacrae paginae exhibent [7].

§. LXIV.

5) Vidal l. c. p. 163.

6) Schilling l. c. §. 12.

7) Lib. *Hiob* c. VII. v. 5. 13. 14. 15. — c. IX. v. 22. 30. 31. — c. X. v. 15. — c. XIII. v. 27. 28. — c. XVI. v. 16. — c. XVII. v. 7. — c. XIX. v. 17. 19. 20. 26. — c. XXX. v. 17. 19. 26. 28. 30. „Satan percussit Job ulcere pessimo, a plantâ pedis usque ad verticem ejus (cap. XI. 7); qui testâ saniem radebat, sedens in sterquilinio (ibid. 8); nocte os meum perforatur doloribus, et qui me comedunt, non dormiunt (cap. XXX. 17); cutis mea denigrata est super me, et ossa mea aruerunt prae caumate (cap. XXX. 30); pelli meae, consumptis carnibus, adhaesit os meum, et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos (cap. XIX. 20); halitum meum exhorruit uxor mea (idem 17); interiora mea efferbuerunt absque ullâ requie (cap. XXX. 27); induta est caro mea putredine et sordibus pulveris, cutis mea aruit et contracta est (cap. VIII. 5); quamobrem elegit suspendium anima mea, et mortem ossa mea (cap. VII. 15); si sustinuero infernus domus mea est, et in tenebris stravi lectulum meum" (cap. XVIII. 13).

§. LXIV.

C u r a.

Prophylaxis.

1. *Prophylaxis leprae* ex legibus Mosaicis addiscenda [1]). Eae nec domus infectas [2]), nec vena-

1) „*Al testo 45. cap. 13. Esodo, si ordina da Moisè, che il lebbroso dovesse squarciare gli abiti per un segno esterno di essere infettato di contagio, e perchè così era men facile che ad altri si vendessero. Doveva a tutti i passagieri avvisare di essere immondo, siccome ogni altro infettato* (Maimonide *ivi* §. 8), *onde vieppiù allontanare che altri non fossero sturbati della stessa infezione. Doveva tenere la testa coperta, ed anche questo è un medico precetto molto prudente in tutti i cutanei morbi, onde impedire l'accesso dell' aria. Non poteva neppure salutare chicchessia, per non coltivare un consorzio tanto dannoso alla salute della società, e perciò pure non dovevasi sbarbare nè lavare gli abiti, onde il contatto di questi, e dei peli staccatisi, non fossero motivi di contagio. Per tutto il corso della Lebbra, doveva l'immondo starsene fuori delle mura della città, e in perfetta solitudine anche con immondi della stessa classè, per non fare più per non communicarlo ai sani. Anche il gran sacerdote era obbligato a simili riguardi, se diveniva lebbroso* (Maimonide *ivi*), *perchè il ben pubblico, in quanto ai contagj, non permetteva distinugere chicchessia; e la sola donna era esente dallo squarciamento degli abiti per una certa decenza dovuta al sesso . . . . Tanto preme ai Rabbini l'impedimento del contagio, che vogliono dovuta la solitudine, e tutti i riguardi anche nel caso dubbioso* (Maim. *ivi* §. 10). *Dichiarano il lebbroso immondo di primo ordine, che fa immondi gli altri e le suppellettili col solo contatto, e anche*

venalitium [3]) praetermittebant. Summam cutis mun-

colla pura aria sua espirata. Entrando in una casa dichiarano immondi tutti i circostanti, e così se aveva il lebbroso avuta per lungo tempo la testa ivi colla maggior parte del corpo. Entrando nelle Sinagoghe, doveva essere il primo a entrare, e l'ultimo a sortire, e a dirittura portarsi in luogo dagli altri separato affatto" (Frizzi l. c. p. 54—57).

2) „*Per allontanare ogni pernicioso contagio, era considerata codesta casa lebbrosa per una delle principali immondezze. Le pietre, i legni in ogni picciol loro porzione erano capaci d'immondar gli altri, non solo col contatto, ma anche infettandone l'atmosfera; cosicchè ogni picciola quantità portata in una casa dinanzi pura, diveniva immonda, nè più potevasi abitare. Dovevasi il tutto di siffatte morbose reliquie trasportare fuori di città, e ancorchè la terra calcare della fabbrica si fosse calcinata, non se ne poteva godere, non solo perchè è rara una perfetta calcinazione, ma anche perchè svolgendosi l'aria fissa con tale operazione, poteva così l'atmosfera imbeversi del morboso contagio. Siffatti riti meritano considerazione (vedi Maim. sez. 16), perchè mostrano una perfetta cognizione dell' indole del contagio. Se era certo il contagio, potevano le pietre essere atte o siffatta communicazione in tutte le direzioni, anche laterali, e così ogni modo che riputar si potesse compreso nell' esistenza dell' atmosfera contagiosa. Vogliono però i Rabbini, che chi entra in una casa immonda non sia considerato infetto, se non entrando in modo che possa restarne l'inspirazione infettata; e così che gli abiti restino tanto di tempo che possino divenir infetti, e che i vasi argillosi siano prontamente considerati tali,*

munditiem, balneis servatam, cibos digestu faciles beneque nutrientes adversus hoc flagellum commendat Aretaeus [4]). Idem testatur, segregationem aegrotorum a sanis, *Graecis* minime alienam fuisse [5]). *Romani* quantam operam munditiei dederunt, constat [6]). Seculo XIII ut prophylacticum leprae opportunitas balneis publicis una

perchè più degli altri facili all' assorbenza. 'E stato osservato che, la lebbra si comunica più facilmente agli abiti che non sono adoperati in forma di vestito, che a quelli che lo sono in attualità, forse perchè meno esposti all' azione, e perchè riparati in parte dalla traspirazione sana di chi li porta. Anche ciò insegnano con somma avvedutezza i Rabbini (§. 6 e 7), *e prescrivono quindi differenza di tempo, giusta le rispettive circostanze, per essere riputato infetto*" (Idem l. c. p. 73).

3) „*Parla Moisè della Lebbra, ed avverte le più scrupolose cautele dopo aver parlato dei mercanti de' schiavi* (*Deuter. c. 24. v. 7 e 8*). *Chi sa essere gli schiavi e il loro commercio la più vicina occasione a' contagj, comprende ancora essere divina l'oculatezza Mosaica nell' esporre gli effetti correlativamente alle cause*" (Idem l. c. p. 81).

4) De curat. morb. diuturnorum. Lib. II. cap. 13.

5) „*Τοιούσδε οὖν ἐόντας τίς οὐκ ἄν φύγοι, ἢ τίς οὐκ ἂν ἐκτραπείη, κἢν υἱὸς ἢ πατὴρ ἔῃ· κἢν κασίγνητος τύχῃ· δέος καὶ ἀμφὶ μεταδόσιος τοῦ κακοῦ· πολλοὶ γ' οὖν ἐπ' ἐρημίης καὶ ἐς ὄρεα τοὺς φιλτάτους ἐξέθεσαν.*" (De caus. et sign. morb. diuturnor. Lib. II. cap. 13. Ed. Boerhaave. Lugd. Bat. 1805. fol. p. 71).

6) E. Wichelhausen *über die Bäder des Alterthums, insonderheit der alten Römer. Mannh.* 1807.

una cum scarificatione cutis utendi, per conspicuam Europae partem, Orientis ad exemplum locum obtinuit [7]. Devictio autem leprae (quatenus universae Europae flagellum), segregationi aegrotorum hoc morbo laborantium a sanis [8]), illorumque in peculiaria nosocomia inclusioni debetur.

2. Quum DEI providentia generi humano *vaccinam* adversus variolas, et *mercurium* adversus syphilidem impertiverit, leprae quoque antidotum inveniri adhuc posse non desperandum. Interea aegrotis bona officia [9]) praestanda, nullumque medicamentum experimenti gratia adhibendum, quod illorum aerumnis quid addere posset. Cura generatim.

3. Medici Graeciae curam leprae *venae sectione* R. interna.

7) C. Sprengel' *Vers. einer pragm. Gesch. der Arzneyk. Th.* 2. p. 490.

8) Juxta leges Longobardas: „*I lebbrosi venivano cacciati dalla casa, e dalla città ed erano considerati come morti, e perciò perdevano le facoltà di disporre dei loro beni, e sino l'uso de' medesimi, a riserva di quella parte ch' era necessaria al proprio loro sostenimento*" (Rotar. Leg. I. 176. p. 28).

9) „Quemadmodum igitur perfecte a malo ejusque diuturnitate victis frustra manum admovemus, ita et abstinere ab iis, qui jam affectione corripi et tentari videntur, plane desperantium hominum est et malignorum. Humanum enim et plenum benevolentiae signum est, in extremis etiam malis usque ad experimentum procedere, ad difficultatem affectionis compescendam" (Archygenes l. c.).

ctione et *drasticis* incipiebant. Inter haec praecipue *radix hellebori nigri* adhibebatur [10]). Nostris vero temporibus nemo amplius hoc remedium ad purgandum subministrat, cum certiora extent. At, aliorum *narcoticorum* instar id contra lepram sub forma extracti adhiberi meretur [11]). Evoluto morbo nunc laudem, nunc vituperium promeruerunt: *antimonium*, *sulphur*, *petroleum* [12]), *mercurius* [13]), *arsenicum* [14]), *acidum nitricum* [15]), *conium maculatum* [16]), *arum colocasia* [17]),

10) Oribasius medicin. collectan. Lib. 7 et 8. cap. 3. 6. — Dosis pulveris a granis decem ad grana quindecim.

11) Diss. de lepra, in Halleri collect. disp. pract. T. VI. p. 83. — Dosis a granis quinque ad viginti.

12) Pierre in *new medical journal. Vol. I. Part.* 2. — Ramazzini opp. p. 336. Exhibebat interne quotidie a duobus cochlearibus ad sex.

13) Praecipue *solutio mercurii sublimati corrosivi* laudatur a Falconer (l. c. p. 375), a Pears (*London medical review and magazin. Vol.* 6. p. 64). At illi non favet Hillary (l. c. p. 329) ac pessime egit in aegro nostro elephantiasi affecto. E contra profuit *calomel* Dr. Gourlay l. c.

14) Usteri *Repertorium der medicin. Literatur.* 1791. p. 149. — Matius de elephantiasi arsenico curata. Regiom. 1803. — G. N. Hill *osservazioni sull' uso e effetti dell' arsenico preso internamente* (*Giorn. della soc. med. chir. di Parma. Vol.* 10. p. 49). Et apud *Indos* medici sacerdotes arsenicum, sex partibus piperis remistum, exhibent (Frank epit. l. c. p. 237).

15) Scott in Beddoes *communications.* — Chisholm

sia [17]), *ledum palustre* [18]), *solanum dulcamara* [19]), *guajacum officinale* [20]), *cortex ulmi* [21]), *plantago latifolia* [22]), *cinchona officinalis* [23]), *cochlearia officinalis* [24]), *cucumis sativus* [25]), *testae ovorum calcinatae* [26]), *potassa pura* [27]), *meloes cantha-*

R 2

rides [28]),

in DUNCANS *annals of medecine for the year* 1800. *Vol.* 5. *Sect.* 2. — BALFOUR in GRAPERON *bulletin des scienc. méd. T.* 2. p. 313. — In lepra squamosa partiali et ego cum fructu acidum nitricum adhibui.

16) QUARIN tentamen de cicuta. Cap. 9. 10.

17) Radix tosta et in pulverem redacta (GOMEZ l. c.).

18) ODEHLIUS in Actis Suecicis T. 31. 39. — Idem *Fernere Versuche von der Kraft des Ledum palustre gegen die Lepra* (*Schwed. acad. Abhandl. J.* 1774. p. 194. *J.* 1783. p. 217). — LINNAEUS diss. de ledo palustri. Upsal. 1775. et Amoen. academ. Vol. VIII. p. 285.

19) CRICHTON apud WILLAN l. c. p. 110.

20) SENNERT Lib. V. P. I. p. 28.

21) LETTSOM *Lond. Dispens.* p. 137. — LYSONS in *medical transactions Vol.* 2. *No.* 13.

22) CELSUS Lib. III. c. 26.

23) HILLARY l. c. (In elephantia pedum).

24) MARCELLUS de medicamentis. cap. 19. — WILLAN l. c. p. 109.

25) HEURNIUS comment. in Hippoc. aphor. 20. Lib. 3. — WILLIS l. c. sect. 3. c. 7. — WILLAN l. c. p. 108. (Adhibetur sive succus fructuum, sive fructus in aceto macerati, sive in aqua cum foliis decocti).

26) J. B. WERLOSCHIGG de lepra curata (Misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701—1705. p. 279).

27) WILLAN l. c. p. 107.

rides [28]), *caro viperina* vel *viperarum pulvis* [29]), *lacerta agilis* [30]), *serum lactis* [31]) etc. In genere remedia amara, antiscorbuticis nupta, ac pro re nata narcotica et diuretica, prae omni autem alio pharmaco *radicis sarsaparillae* decoctum saturatum diuque continuatum [32]), commendari queunt. Extollitur usus *Akund* seu *Madar* *).

R. externa. 4. Sanguinis evacuatio, inprimis per *hirudines* ano admotas, in recenti malo ac urgentibus haemorrhoidibus, multorum suffragia obtinuit. Ita cucurbitularum cruentarum incipiente morbo ad cutem applicatio. Immo, veteres varices incidebant, extrahebant, eradicabant. Ad reliqua remedia externa quod spectat, commen-

28) Falconer nullum effectum ab hoc remedio a Mead commendato obtinuit (l. c. p. 377).

29) Galen. Lib. XI. de simpl. med. facult. — Oribasius de virtute simplicium. Lib. 2. — Fernelius (method. med. general.) et Palmarius (de morbis contagiosis. Lib. de elephantias. cap. 9) viperarum virtutem negant.

30) Gourlay l. c. Sudorem et urinam promovet, et aliquando diarrhoeam et vertiginem excitat.

31) Rhazes l. c.

32) In leprae partialis cura, pulchros effectus inde conspexi. Virtus sarsaparillae adversus *Radesyge* extollitur quoque a Dr. J. J. Hjort. (Gerson et Julius *Mag. der ausländ. Literat. der gesammten Heilk. Hamb.* 1828. *Jan. Febr.* p. 120).

*) *Transactions of the medical and physical society of Calcutta. Vol.* 2. 1826.

mendata fuere: *sulphas aluminis et potassae, helleborus albus* [33]), *calx viva*, *mercurius*, *deuto-ioduretum* [34]), potissime autem *balnea sulphurea* aliaque *calida* [35]), sive *simplicia*, sive cum *herbis* [36]). Ita *balnea marina* [37]) immo ut Aetii utamur verbis [38]): „aut natationes in mari, aut in sulphurulentis et aluminosis aquis, non extreme frigidis, quales sunt aquae *Albulae* in Italia vocatae" [39]). Praeterea Alibert et Halle *unguentum oxygenatum* squamis illinitum laudant [40]). Aliud a Sculteto suadetur unguentum [41]),

33) Reece *medical and chirurgical pharmacop.* — R. Radicis hellebori albi contusae uncias duas. Coque c. aquae libris tribus; ad remanentiam librarum duarum, cui adde salis ammoniaci drachmas duas. D. Sr. pro lavatione.

34) Cum $\frac{1}{24}$, $\frac{1}{20}$, $\frac{1}{12}$ parte axungiae (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde B.* 19. *No.* 7. p. 105).

35) Falconer l. c. — Willan l. c. p. 104.

36) Scultetus balnea cum fumaria, malva, veronica, enula paravit.

37) Russel de aquae marinae usu. p. 37.

38) Tetrabibl. III. Serm. 3. c. 33. p. 575. et Tetrab. IV. Serm. 1. c. 125. p. 670. Collect. Steph.

39) Meminit harum aquarum Caelius Aurelianus (morb. diuturn. II. 1. p. 361. ed. Amst.) „quod sint frigidae virtutis, solutione laborantibus, vel fluore quorumlibet officiorum naturalium a veteribus sint approbatae."

40) *Rapport général de la société philomatique de Paris. Vol.* 2. p. 83.

tum [41]), aliudque a Willan [42]). In lepra partiali *amputatio membri affecti* incassum instituta est *); renascebatur enim malum mox in altera parte [43]). Potius scarificationes, congrua membri positio modicaque compressio conduxerunt [44]).

Regimen diaeteticum.

5. *Regiminis diaetetici* in lepra curanda necessitas ex ipsis sacris paginis elucet. Victus facilis digestionis ac antiscorbuticus inprimis commendari meretur. Aretaeus virtutem radicis *dauci carotae* extollit [45]). In Radesyge et lepra locali recentiores *curationem per inediam* extollunt [46]). Eam potius ad hos morbos excitandos quam auferendos idoneam existimamus.

Caput

41) R. Unguenti pomatini uncias duas. Balsami peruviani drachmas duas. Florum sulphuris uncias duas et semis. Olei tartari uncias duas. M. f. unguentum.

42) l. c. p. 105 (Unguentum picis).

*) R. Hull in *the Edinburgh medical and surgical journal. January* 1828.

43) Rayer op. c. T. II. P. 2. p. 458. obs. 212.

44) ib. obs. 215.

45) Curat. diuturn. cap. 2.

46) Cfr. *Swenska Läkare Sällskapets Handlinger.* — Schweigger in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde* 1817. *St.* 6. p. 71. — Struve l. c. p. 175—179.

Caput XXI.

De pellagra.

§. LXV.

Definitio. Historia.

1. *Pellagra* [1]) morbum sistit inter rusticos plurimorum locorum vastissimae illius vallis, quam Alpes et Apennini atque mare Adriaticum amplectuntur, endemicum, periodice omni vere recrudescentem, erythemate et porrigine ad dorsum manuum insignitum, ac curriculo nonnullorum annorum, supervenientibus imbecillitate, melancholia, marasmo et diarrhoea colliquativa, lethalem. Definitio.

2. Pellagra jam medio seculo decimo sexto in Insubria extitisse videtur [2]). Certa autem illius historia solummodo initium seculi octavi attingit [3]). Praecipui de hoc morbo, millesies et Historia.

1) Pelagra. An a *Πέλας*, ut erysipelas? — An a cutis desquamatione, italice *spellarsi?* Scorbutus alpinus. *Malattia della miseria.*

2) Invenitur ordinatio Capituli nosocomii majoris mediolanensis a. 1578. die 6. Martii edita, quae sic statuit: „*Quinto; quelli che saranno infermi di pellarella, croste o piaghe, siano accettati, avendo però il mandato sottoscritto ut supra.*"

3) Medicus praxin in *Sesto calende* exercens, Antonius

et ultra nobis viso, auctores sunt: JAC. ODOARDI [4]),

TERZAGHI, J. P. FRANKIO die 10. Novembris a. 1794. scripserat: „*Sino dall' anno 1750, in cui comminciò mio padre a esercitare la medicina in Sesto calende di lui patria, osservò dei pellagrosi. Il di lui padre, che era egualmente medico, ne aveva veduti molto prima, benché in piccol numero. Inseguito andò a poco a poco dilatandosi, e col passare da un villagio all' altro moltiplicossi a segno, che pochissime sono quelle terre, in cui questo male non siasi introdotto, e nissuna, in cui una volta entrato siasi spento. L'aspetto nel quale soleva manifestarsi in que' primi tempi, giacchè al dì d'oggi è un pò diverso per la mancanza d'alcuni sintomi, che comparivano costantemente in allora nel decorso della malattia, fù così descritto dallo stesso mio padre. — Comincia questa malattia a comparire verso il fine di Febbrajo ed al principio di Marzo, e coloro che sono per esserne molestati, vengono sorpresi da un' insolita tristezza, ed una grave nojosità gli affligge; di modo che pigri, lassi, abbatutti stentano tirarsi dietro ne' loro movimenti le gambe, ed a stento possono alle loro solite villarecce faccende accudire. In uno stato di simile languore altri rimane per quindici, altri per venti giorni, finchè al primo esporsi al sole comincia a stirarsi la loro pelle sul dorso delle mani e de' piedi, la quale a poco a poco diviene rossa, lucida, paonazza, e poi livida, e successivamente verso il fine di Maggio od al principio di Giugno squammandosi, o cadendo in forma di scaglie l'epidermide lascia la sottoposta cute levigata, e pulita, quasi di nuovo fosse rigenerata, ed in allora si rimettono alla primiera sanità, nella quale durano sino all' avvicinarsi della vegnente*

DI [4]), FRAPOLLI [5]), FR. ZANETTI [6]), G. M. ALBERA [7]),

primavera. Con tale alternativa se la passano per quattro o cinque anni, finchè la natura mantiene forza sufficiente per trasmettere cotal umore morboso sotto forma di fioritura alle parti indicate: che se spossata a ciò eseguire si renda impotente, o stentatamente ve lo determina, allora si depone in qualche interna parte e produce in tal' uno fenditure e screpolamenti alla lingua, ed al palato accompagnati da una specie di ptialismo assai molesto, in tal' altro cardialgie, ed ardori di stomaco assai ostinati, coliche frequenti spesse volte accompagnate da diarrèa o disenteria funeste. Nelle femmine poi alle quali fin da principio, per lo più, si suspendono li suoi mensuali tributi, deponendosi alle parti interne della vulva v'accagiona delle ragadi stillanti una sanie icorosa, ed esulcerativa; e generalmente in tutti, passato il primo periodo interessandosi il cerebro, dopo una specie di vertigine caduca, sopravviene il delirio, il più delle volte melancolico, od una specie di Licantropia, per cui van girando giorno e notte gridando e schiamazzando. Ridotto il male a tale stato, resta loro quasi inevitabile la morte, la quale molti se la procurano da se, tirati da una naturale propensione di gittarsi nell' acqua. Diversamente scemandosi di giorno in giorno le loro forze si dimagrano insensibilmente, s'intorpidiscono, l'appetito si perde, le digestioni si fanno con sommo stento, il corpo non riceve più alcun sollievo ne' da cibi ne' da medicamenti, e per lo più sopravvenendo una diarrèa colliquativa, da un perfetto marasmo consunti, placidamente sen muojono."

4) *Dissertazione d'una specie particolare di scorbuto,*

BERA [7]), GAET. STRAMBIO [8]), JANSEN [9]), FANZAGO [10]), J. CERRI [11]), WIDEMAR [12]), DELLA BONA [13]),

recitata nell' academia di Belluno il 18 *Luglio* 1776. *Venezia* 1776.

5) Animadversiones in morbum vulgo pellagram. Mediol. 1777.

6) Academiae naturae curiosorum relatio de morbo pellagroso (Nova acta phys. med. T. VI. Novembr. 1775).

7) *Trattato teoretico-pratico delle malattie dell' incolato di primavera volgarmente detta della pellagra. Varese* 1784.

8) De pellagra observationes in regio pellagrosorum nosocomio factae. Ann. I. 1786. Ann. II. 1787. Ann. III. 1789. — *Dissertazioni sulla pellagra. Milano* 1794.

9) De pellagra, morbo in mediolanensi Ducatu endemico. Lugd. Bat. 1788. (Continetur in: J. P. FRANK delect. opusc. med. Vol. IX. p. 325).

10) *Memoria sopra la pellagra del territorio Padovano, umiliata agl' Illustri Signori Presidenti dello spedale di S. Francesco di Padova. Padova* 1789. (Et *memor. dell' acad. di scienze lettere ed arti di Padova. A.* 1789. p. 22). — *Raguaglio di alcune relazioni presentate all' uffizio di sanità di Padova* 1814. — *Paralleli fra la pellagra ed alcune malattie che le somigliano* 1792. — *Sulla pellagra memoria. Padova* 1815.

11) *Lettera sulla pellagra all' ornato* G. P. FRANK (*Nuovo giornale della più recente letteratura. Marzo e Ottobre* 1792). — *Lettera sulla pellagra al cittadino G. Brambilla* (*Efemeridi fisico-mediche. Milano* 1804). — *Lettera seconda al Dottor Rezia* in *risposta ad alcuni quesiti proposti dalla delegazione medica del dipartimento dell' Agnano intorno alla pellegra* (ibid. *Mi-*

Bona [13]), Soler [14]), Titius [15]), M. Gherardini [16]), G. Villa *), C. Allioni [17]), J. Facheris [18]), Levacher de la Feurtrie [19]), G. Alghieri [20]), V. Chiarugi [21]), G. B. Marzari [22]), H. Hol-

lano 1804). — *Trattato della pellagra. Milano* 1807. — *Memoria sulla pellagra* (*Annali universali di medicina pratica di* Omodei 1817. *Luglio. No.* 8).

12) De quadam impetiginis specie, morbo apud nos in rusticis frequentiori, vulgo pellagra nuncupatur. Mediol. 1790.

13) *Discorso comparativo sopra la pellagra, l'elefantiasi de' Greci o lepra degli Arabi e lo scorbuto. Venezia* 1791.

14) *Osservazioni medico-pratiche che formano la storia d'una particolar malattia chiamata pellagra. Venet.* 1790.

15) Pellagrae morbi inter Insubriae austriacae agricolas grassantis pathologia. Lips. 1792. (Continetur in: J. P. Frank delect. opusc. med. Vol. XII. p. 121).

16) *Della pellagra. Milano* 1794.

*) *Memoria sulla pellagra dell' agro Lodigiano communicata al Sign. Brugnatelli* (*Giornale fisico-medico di* Brugnatelli *T.* 4. *Pavia* 1795).

17) *Raggionamento sopra la pellagra, colla risposta al Sign. Dott. Gaetano Strambio.*

18) *Della pellagra detta volgarmente scorbuto* (*Delle malattie più communi del dipartimento del Serio. Bergamo* 1804).

19) *Recherches sur la pellagre affection cutanée endémique dans la Lombardie* (*Mém. de la soc. de méd. d'émulation à Paris. Année* 6ème. 1806. p. 168).

20) *Transunto d'una dissertazione del Sig. Dr.* Moro

H. Holland [23]), Mandruzato [24]), J. Bellotti [25]), J. Moris ab Orbassano [26]), J. M. Zecchinelli [27]), Jourdan [28]), Sartago [29]), A. Boerio [30]), Guerreschi [31]), Calori [32]), P. Stoffela [33]), Jo. Strambio [34]), N. Fontana [35]), aliique [36]).

§. LXVI.

sulla pellagra (*Mem. dell' academia d'agricultura di Verona*. *T*. 3. p. 221).

21) *Scoperta dell' origine della pellagra, e proposto di un nuovo metodo curativo d'essa.*

22) *Della pellagra e della maniera d'estirparla in Italia. Venezia* 1815.

23) *On the pellagra, a disease prevailing in Lombardy* (*Medico - chir. transact. Vol.* 8. P. 2. 1817. *No.* 1).

24) *Osservazioni anatomico - patologiche raccolte negli anni* 1815 *e* 1816. (*Nuovi commentarj di med. e chirurgia. Padova* 1818. *Semestre primo*).

25) *Congetture sulla cagione efficiente della pellagra. Piacenza* 1817.

26) Diss. de pellagra. Aug. Taurin. 1818.

27) *Alcune riflessioni sanitario - politiche sulla pellagra. Padova* 1818.

28) *Diction. des sciences méd. T*. 40. p. 81.

29) *Memoria sopra la pellagra.*

30) *Storia della pellagra nel Canavese. Opera postuma.*

31) *Osservazioni sulla pellagra* (*Giornale della soc. med. chirurg. di Parma. T*. 14. p. 241).

32) *Scoperta dell' origine della pellagra, e proposta di un nuovo metodo curativo di essa.*

33) Diss. de morbo nominato pellagra. Vindob. 1822. (Continetur in delectu meo opuscul. T. II).

34) *Cagioni, natura e sede della pellagra desunte dai*

§. LXVI.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata.

1. Pellagra versus aequinoctium vernale, taedio, tristitia, gravitate capitis ejusque susurru [1]), verti-

libri di Gaetano Strambio e dai principj della dottrina Broussaisiana. Milano 1824.

35) *Nuove indagini sopra l'indole contagiosa, le cagioni occasionali ed eccitanti, e l'irritazione considerata come causa prossima della pellagra* (*Repertorio di medicina, chirurgia e di chimica medico farmaceutica*. 1826. *Agosto. No.* 8).

36) *Briefe einiger Aerzte in Italien über das Pellagra. A. d. Ital. übersetzt von* Schlegel. *Jena* 1807. — S. Liberali *lettera al chiariss. Sign. Consigliere* V. L. Brera (*Annali universali di medicina* d'Omodei. *Dicembre* 1827).

1) „Caput acubus pungi, clavis terebrari, intolerabili gravari pondere, rodi, lacerari pluries conqueruntur pellagrosi. Verum quae summam attentionem merentur utpote frequentiora, sunt capitis ardor ac *susurrus*. Primus est summa quaedam molestia, quam aegri flammae in cerebro accensae comparant; alter autem est quidam molestus sonitus, quem aegrotantes in ipsa cerebri substantia experiuntur, quique ab iis modo rotae molendinariae circumrotationi, modo malleorum percussioni, tintinnabulo, cicadae cantui, tritici cribrationi comparatur. Omnes isti dolores, molestaeque sensationes nullam in cerebro determinatam sedem habent; nunc enim frontem, synciput, occiput occupant; nunc huc illuc vagantur; nunc alterutram capitis lateralem partem prae ceteris afficiunt" (G. Strambio l. c.).

vertigine [2]), dolore dorsi [3]), crurum imbecillitate [4]),

2) „In pellagrosorum vertigine non objectorum externorum, sed cerebri tantum ipsiusque corporis apparens adest rotatio, quae visus obscurationem, interdum tantam inducit mutationem, ut humi aegros prosternat" (idem ibid.).

3) „Dolor spinae dorsi est adeo frequens et mirabilis, ut accuratissime mereatur describi. Hic etsi semper medullae spinalis decursum sequatur, attamen minime peculiarem ibi sedem habet, sed modo deorsum ad os sacrum descendit, modo iterum sursum ad caput attollitur, mira et diversa producens phaenomena juxta situs diversitatem, in quo ipse subsistit. Si dolor vertebras cervicales prae ceteris afficit, ... aut inter scapulas figitur, tunc facile ad brachia protenditur, unde eorum stupor, crampus, subsultus, formicatio, ... tunc saepe ad collum et thoracem se protendens dysphagiam, pleurodynem inducit. Si paullulum descendens inter vertebras dorsi subsistit, ad thoracem tunc saepe sese propagat. Si autem ad lumbos usque descendit, abdomen in consensum saepe trahitur cum umbilici retractione et extremitatum torpore, ut evenit in *rachialgia* Astrucii. Quod si ad os sacrum usque pervenerit dolor, tunc artus inferiores subsultibus, crampo, paraplexia, puncturis dolorificis afficiuntur . . . . tunc urinae incontinentia . . . . Mira hujusmodi doloris successiva mutatio pedetentim evenit plerumque; aliquando tamen ita velociter, ut ipsimet aegri momento id fieri narrent, guttae delabentis, aut globi explosi sensum experti. Talis est doloris decursus, cui etiam spectat sensus ardoris, et formicatio, quam in spina quoque plurimi experiuntur" (idem ibid.).

tate [4]), urina turbida, saepe cum ardore emissa [5]), ingruit. Apud feminas menstruatio difficilis, pauca evadit vel supprimitur, subsequente saepissime fluore albo copioso. In genere, pulsus debilis, parvus et apyreticus est [6]). Mense Aprili praeviis tensione, pruritu et ardore [7]), cutis ad dorsum manuum, pedumque prius rubet ac splendet, dein vero colore sublivescente obducitur. Sunt qui similem cutis conditionem ad dorsum [8]), quin immo, ut vidimus, ad faciem, prae-

4) „Partialis debilitas artus utplurimum respicit inferiores; passim enim occurrit pellagrosos videre, aegre pedibus insistere, et crura difficulter trahere et singulis passibus nutantes huc illuc inclinare prae summa debilitate, quam circa imum dorsum referunt experiri" (G. Strambio l. c.).

5) „Levis in mejendo ardoris sensus frequenter occurrit in pellagrosis" (idem ibid.).

6) „Notandum est eos (pulsus) utplurimum esse parvos et debiles etiam in iis, qui athletico habitu, et plethorica donantur temperie. Quin immo aliquando eos inveni ita tardos et raros, ut intra minutum vix triginties pulsarent" (idem ibid.).

7) „Foeminae cuidam vola manus ita ardebat, ut pruna imposita videretur. Scintillas urentes quasi electricas, a cerebro ad oculos, ad aures, ad nares velocissime transferri, sinistrumque brachium ardere vir referebat. Partes vero, quae frequentius hac molestia afficiuntur, sunt pedes, qui adeo saepe ardent, ut insomnes aegri transigant noctes" (idem ibid.).

8) Sic contingere solet apud rusticos qui indusium ad dorsum apertum habent.

praesertim ad genas, exhibeant. Interdum aerumnae unum dumtaxat corporis latus detinent [9]). Versus finem Maji vel initium Junii, epidermis corrugatur, separaturque sub forma squamarum minutarum. Cutis sic denudata, donec novâ brevi post cooperiatur epidermide, attactui laevigata, splen-

9) „Non est hic omittendum, non raro dimidiam lateralem totius corporis partem affici me vidisse, altero latere illaeso. Admirabilis hujus rei phaenomenon, quod si necessarium quis judicat nomen, *hemiopalgia* dici potest, exempla praebent. Etenim in *Johanne Vimercati* gena *dextera* trismo dolorifico afficiebatur, et dolor dorsi ad brachium *dexterum*, *dexterumque* crus protendebatur. *Christophorus Figini* molestum ardorem in *sinistro* capitis latere, dolorem imi dorsi ad pedem usque *sinistrum* sese extendentem, et brachii quoque *sinistri* stupiditatem conquerebatur. In *Margarita Paganini* crampi aderant *sinistrum* corporis latus afficientes. In *Magdalena della Vedova* dorsi dolor ad *sinistrum* corporis latus ita sese propagabat, ut *sinistra* tantum tibia *sinistrumque* brachium afficeretur. *Carolus Canzi* ardoris sensu in *dextero* capitis latere, et *dexteri* brachii, *dexterique* cruris summa debilitate laborabat. In *Antonio Barbaglia* latus cerebri *sinistrum* dolebat, *sinistrumque* brachium convellebatur. Praeter hujusmodi exempla etiam extra Nosocomium pellagrosam vidi foeminam, quae ardorem et dolorificas puncturas in tota *dextera* corporis parte, illaesa altera, querebatur; et virum pellagrae quoque morbo laborantem, cui *dextera* capitis pars flammae sensu afficiebatur, *dexterique* lateris extremitates frequenti crampo laborabant“ (G. Strambio l. c.).

splendens et mollis est. Redit simul prospera valetudo, ad proximum usque ver duratura. Hoc autem ineunte eadem scena renovatur, atque ita periodice, usque ad tertium sive quartum annum, aucta sub quovis insultu morbi vi, praesertim accedentibus borborygmis, flatuum eructatione, alvo obstructa. Tunc crura jam vacillant, nebulae ante oculos versantur, visus obfuscatur ac objecta sive duplicia, sive dimidiata cernuntur. Interdum tumor gingivarum (raro sanguinem fundentium), aphthae, in foeda ulcera desinentes, ptyalismus, et lingua fissa in conspectum veniunt. Plurimis involuntarius labiorum, instar hominis quid sapidum gustantis, motus [10]). Multorum sudor foetidissimus, ei ex pane mucore corrupto similis, observatur [11]). En delirium melancholicum, furiosum, cum peculiari sese vel in aquam conjiciendi [12]), vel alio pacto sibi injuriam inferendi [13])

10) G. STRAMBIO op. c. 11) JANSEN l. c. p. 12.

12) „Non eodem modo se gerunt delirantes; alii enim tristes et attoniti, cibum et potum recusant, ne verbum quidem interroganti respondentes, laeti alii clamant et vociferant; alii aspectu truces obmurmurant; alii tandem, quod frequentius vidi, caput huc illuc velociter agitantes, tintinnabuli sonitum ipsimet voce imitantur . . . . Delirium chronicum modo amentia, modo mentis stupiditas, modo melancholia dici potest. In prima pellagrosi, ad recte ratiocinandum inepti, omnia praetermittunt, rident, lugent. In secunda, cui amnesia spectat, stupidi et obliviosi ne objectorum quidem impressiones attendunt. Tertia tan-

rendi [13]) cupiditate. Gravissimis convulsionibus, praesertim brachiorum, nonnullos correptos observavimus. Omnes somnum interruptum, turbidum, non reficientem experiuntur. Ciborum desiderium modo perstat, modo evanescit, saepe praeter modum augetur [14]). Interea cutis indicatis in locis magis magisque laeditur, ac dura, sicca, pergamena, aspera, sulcosa, parumque insensilis fit, et squamas quidem crassas, nunquam autem crustas exhibet. Haud rarae ecchymoses [15]). Saepe ungues deformantur, ac crines (quos

dem, quae est frequentior, saepe religiosa est, attonita, errabunda et tristis. Etenim nonnulli judicia Dei metuentes diem et noctem preces fundunt; alii cogitabundi, et immobiles interroganti minime respondent; plurimi hominum frequentiam fugientes, quo vadant nesciunt, nec desunt, qui eo deveniunt, ut vitae pertaesi, se laqueo suspendant, aut praecipites in puteum descendant. Haec in aquas se praecipitandi effraenis cupiditas (quae, si licet novos terminos procreare, *hydromania* dici potest) etiam in illis aliquando observatur, qui animi compotes facinus hujusmodi probe noscunt ac fugiunt. Has omnes delirii species diuturnas diximus; saepe enim ad plures menses perdurant" (G. Strambio l. c.).

13) Pellagrosum mense Augusti 1792. vidi, qui sibi cultro pudenda abscidit.

14) „*Fames* intensa, qua plerumque hujusmodi aegrotantes laborant, *lupina* dici potest .... Caeterum digestionis opus raro in pellagrosis vitiatur" (G. Strambio l. c.).

15) „*Quell' eruzione che mi sembrò degna di maggior*

(quos pluries instar setarum porci rigere conspeximus) decidunt, nunquam vero intricantur. Vulva hinc inde excoriationes, exulcerationes refert. Jam morbus vix remittit, ita ut aeger reliqua aestate et sequenti autumno hiemeque laboribus perficiendis impar reddatur. Quarto, quinto, sexto, interdum septimo vere ingruente, auctis singulis symptomatibus, diarrhoea colliquativa meteorismo stipata, quod virium adhuc supererat, prosternit, donec miser in marasmum conjectus, nunc convulsus, nunc contractus [16]), nunc febre lenta prehensus [17]), extremum subeat fatum.

2. Cadavera pellagrâ demortuorum nullum phae- Necroscopia.

rimarco fu di certe *macchie sanguigne*, *che spontaneamente sogliono comparire sul dorso delle mani, sulla parte esterna dell' avanbraccio, e talvolta sulle guancie: sono esse di figura irregolare: la loro larghezza è varia; il colore ora roseo ed ora livido, e spesso rassomigliano le ecchimosi scorbutiche, a quelle che sono prodotte da contusione*" (G. Strambio diss. cit.).

16) „Crura enim ita sensim rigescunt, ut admodum difficilis eorum motus evadat; quod eo aliquando devenit, ut pedibus ad nates appropinquantibus *aegri in globum misere contrahantur*" (G. Strambio l. c.).

17) „Est *febricula* quaedam erratice exacerbans, quae pellagrosos absque manifesta causa adoritur. In hac pulsus sunt celeres et duriusculi; calor corporis acer percipitur, et tenuis sudor peculiaris odoris toto corpore manat absque ullo levamine. Chronicarum more ea quidem procedit et mortem inducit" (idem ibid.).

phaenomenon, ita constans, ut ex eo morbi essentia deduci posset, exhibent. Teste CAJETANO STRAMBIO ventriculus et intestina saepe aëre, materia flava, viridescente, oleosa repleta, rubedine obducta, constricta, exulcerata [18]); aliàs ab omni labe

18) „Ventriculus continebat non parvam materiae flavae et oleosae copiam; ejus interior facies hic illic erat distincta maculis quibusdam sanguineis; dexterum orificium una cum brevi duodeni tractu subobscurum intus colorem ita exhibebat, ut fumo tinctum dixissem. Ventriculus flavo-viridescenti humore et sebaceis quibusdam frustis totus fere replebatur . . . Ventriculus aere tumidus, pulticula ex flavo-subviridi ad dimidium fere replebatur . . . . Ventriculus materiem ex flavo viridescentem continens . . . Ventriculi facies interna tota exulcerata . . . Ventriculi interior facies quasi inflammatione rubebat . . . Ventriculi dexterum orificium exterius fuit durum et callosum, vesiculae fellis arctissime adhaerens; ab ea autem leniter avulsum, ibi pertusum apparuit cancroso quodam foramine . . . Ventriculum, pylorum et duodenum, *juxta eorum longitudinem secans*, inveni plurimam materiam subobscuram in ventriculo et amplum ulcus, nigrum emanans humorem, ab inferiore orificio ad duodeni tractum extensum. Intestina ex fusco rubentia . . . intestina tenuia hinc illinc rubebant . . . intestina tenuia subnigro variegata colore . . . intestina tenuia pluribus in locis filo quasi constricta. Ileum septem in locis filo quasi constrictum videbatur, et callo induratum, chirurgicum specillum vix admittebat. Intestina maxime tenuia intus erant leviter erosa, et phlogosi hic illinc rubebant. Sanguifera intestinorum tenuium vasa admodum conspicua . . . . Intestina

labe immunia [19]). Idem respectu pulmonum et cerebri [20]) valet, quae scilicet partes, nonnunquam, at certe non semper [21]), a norma deflectunt. Specum vertebralem, ut suspicantur [22]), nostro

aere distentissima . . . Intestina crassa, colon praesertim, aere immaniter distendebantur . . . Intestini recti tunica levi inflammatorio rubore suffusa . . . Colon parvum et flaccidum" (G. STRAMBIO op. c.).

19) Suspicatur quidem hic JOANNES STRAMBIO patrem („*in tempi in cui le sezioni patologiche erano poco frequenti, in cui non conoscevasi se non che le infiammazioni acute e flemmonose, e non solevasi aprire tutto il tubo intestinale*"), labem canalis alimentarii passim praetervidisse. GAET. STRAMBIO autem observationes suas diu post MORGAGNIUM, ac tempore PALLETTAE, MONTEGGIAE, J. P. FRANK, SCARPA etc. (quibus nemo neglectum sectionum cadaverum facile objiciet) collegit. Praeterea si G. STRAMBIO capax fuit, phlogosin semel detegendi, cur illi in reliquis casibus fides denegaretur? Tandem ex propriis ejus verbis colligitur, eum examen tubi intestinalis *interni* minime neglexisse.

20) S. LIBERALI l. c. — Extravasatum serosum in encephalo, substantiam cerebri (cordis et musculorum) flaccidam, invenit MANDRUZZATO (*Osservazioni anatomico-patologiche raccolte negl' anni* 1815—16. in *nuovi commentarj di medic. e chirurg. Padova* 1828. *Semest. I*).

21) G. STRAMBIO (*Dissertazione* cit.) ait: „*Nei cadaveri dei pellagrosi ho rincontrate delle lesioni ora nel cerebro, ed ora nel petto; ma queste non si mostrarono nè costanti in tutti cadaveri, nè così evidenti come nell' addome.*"

22) JOAN. STRAMBIO l. c.

nostro in morbo interdum pati, constat, at nec id constanter [23]). Narratur ossium, praecipue costarum crassitiem imminutam esse [24]).

23) Habeant hîc locum *tres* de pellagra observationes (addita necroscopia) ab uno inter potissimos Insubriae medicos (GEMELLO VILLA Laudensi) conscriptae, quae inter Patris schedas reperi. *Hist. I.* „Lethalis hic Pellagrae casus primus est, qui in Comitatu Laudensi et in nostro civico nosocomio sese obtulit observandus. Ex oppido *Borghetti*, ubi degebat, ad nos venit, mense Septembri anni 1789. Francisca Uggeri, virgo annos natà 18. Pellagrae vestigia in manibus pedibusque vix dignoscebantur. Mania symptoma erat praecipuum, quod confirmatam jam labem denotabat. Cum chlorotica esset, catameniis parce nunc fluentibus, nunc omnino deficientibus, ad opium confugere statui, quo rationis usus post aliquod tempus ita restituebatur, ut mente satis constantem beneque valentem dimitterem. Verum hoc anno (1790) sub Augusti initiis maniaca rursus deferebatur. Eruptio cutis pellagrosa, cum erysipelate adulto jam vere rursus apparuerat; quo externo remanente symptomate, vertigines consequebantur, irregulariter recurrentes, quaeque licet eam, domi cum esset, corriperent, magis tamen vexabant, dum se radiis solaribus exponeret; donec sub Julii finem rationis usum amitteret. Erysipelas interim superstes in nosocomio receptam post quinque dies ob umbratilem vitam facile deseruit. Verum cum existente mania urgebat febris diarrhoea biliosa stipata, a qua jam conflictabatur antequam ad nos veniret; cutis sicca, lingua arida, sordida, humorum depravationem et primarum viarum colluviem indicabant. Ab emesi ergo curationem inchoare credidi, quam repetito excitavi; serum hinc lactis cum

succo

succo Nasturtii aquatici, et cremore tartari solubili praescribebam. Post haec cum ventris solutio imminuta valde, et febris modica satis esset, delirium tamen persisteret, sero lactis non omisso, ad moschum opio nuptum confugi. Opium a grano dimidio ad grana quatuor, moschus vero a decem ad viginti grana augebatur atque in eorum usu continuabatur a die 16. Augusti ad diem usque 2dum mensis Septembris. Ab hisce pharmacis simul junctis sudor ciebatur leniter, viresque vitae erigi videbantur. Delirium ipsum compescere sic potui, ut in meram fatuitatem declinaret; alvi fluxus cesserat faecibus naturaliter prodeuntibus, febri levissima residua. Pericula ejusmodi talem sortita eventum requirebant, ut remedia isthaec non tam cito missa fierent, verum a moscho ita jam abhorrebat aegra, ut ab eo propinando desistere coactus fuerim. Effectum interim, quem obtinueram, non tam moscho, quin imo et opio facile tribuebam, haud immemor aliàs hoc solo pharmaco eamdem resipuisse. Opium igitur in vehiculo syrupo florum chamomillae edulcorato, cui liquoris Mindereri binas uncias adjunxi, priori formulae substitui, eamque praescriptionem ad diem 20. Septembris protraxi. Haec dum adhibebantur, revulsoriae quoque indicationi non pepercì; vesicans enim nuchae adpositum aptis remediis apertum servabam. Fatuitas hinc ipsa per haec paene omnis evanuerat, et internorum sensuum usus et ordo restitui videbantur; sola pulsuum frequentia remanebat, viresque licet tum primum evectae aliquantulum fuissent, nil amplius profecerant. Hic aegrotantis status ad finem usque Septembris. Octobri ineunte ratione rursus coepit aberrare; verum tunc remediis licet iisdem insisterem parem tamen effectum non sperabam; eo magis quod eadem saepe ab aegra recusarentur. Corpus interea in scorbuticam dispositionem fiebat

bat pronum; nedum enim colliquebatur alvus, sed et sanguis ater solutus ex livescentibus et luxuriantibus gingivis cum animae foetore erumpebat. Haec inter pulmones lenta corripi inflammatione observatum est, febre tunc quoque acrius urgente; dumque pneumonia isthaec notha mitescere videbatur, totius corporis habitus sensim sensimque leucophlegmaticus evadebat. Obiit misera die 14. Decembris. Anatome primum in abdomine instituta ostendit intestina tum tenuia tum crassa eo pluribus in locis inflammationis genere affecta, quae in tabidis ob continuam liquatam saburrae irritantis praesentiam reperiri solet, quaeque lentae inflammationis nomen nunc temporis praesertim adepta est. Fasciis inflammatoriis gangraenosae vere maculae erant interpositae. Hepar, lien, pancreas, et renes, vesica, uterus nullo inficiebantur vitio; quod mirum fuit mihi perpendenti symptomata in vivente observata, statumque intestinorum quae hic exposui. Vesicula fellea paene emuncta parum bilis dilute viridis continebat. Pulmones flaccidi, in posteriori parte lividi sanguine atro turgebant. Cor pallidum exsangue structuram vix muscularem praeferebat. Calvaria reserata, nulla in membranis encephalon vestientibus labes. Dum autem contentum viscus e cranio educeretur, stagnantem in occipitali cavo aquam detexi, quae in continuum vertebrarum canalem viam sibi aperiebat, medullam spinalem praeter naturam constrictam, nervosque cervicales prodeuntes circumalluens. Cerebrum ejusque compages, productiones et cavitates a naturali statu generatim non deflectebant; lympha in ventriculis exuberabat ejusdem naturae ac illa, quae in fovea occipitali colligebatur. In hac interim cerebri integritate ejusdem substantiam, quo ad consistentiam alicubi valde immutatam adverti. Cultro siquidem, dum in diversas partes secando inquirerem, resi-

resistentiam primam non exiguam inveni in ea substantiae medullaris productione, quae medullae oblongatae originem praebet. Corpora olivaria et pyramidalia, oblongata medulla, quae inde producitur, et spinalis ipsa talem acquisierant duritiem, ut quasi tendineam referrent naturam. Aucta sic consistentia volumen harum cerebri propaginum imminutum erat sensibiliter, color tamen non immutatus, nec ulla in interna substantia degeneratio observabatur. Spinalis medullae constrictionem adnotabam quoque paullo ante, at omisi, quod hîc silentio praetereundum non est, nervos etiam omnes, qui a cerebri basi discedunt, duriusculos invenisse, diametro minores ac esse solent, cordulis paene tendineis similes. Quod in nervis cerebralibus, idem in primo spinalium pari, forfice secando, constitit. *Hist.* 2. Annos nata viginti octo Rosa Livera loci *Canove* Parochiae *Maleo*, in nosocomium die Maii quinta delirans transferebatur. Signa pellagrosae affectionis in extremitatibus tum superioribus tum inferioribus perpessae manifesta gerebat. De morbi principio, duratione, deque in anteactum circa ejusdem seriem et phaenomena occursis nil nosse datum est, cum aegrotans perpetuo delirio detineretur, nec ullus esset, qui nos aliquid de hisce posset edocere. Morbus tamen satis per se patebat, nec dubitationi locus relinquebatur, nervosam hanc affectionem pellagrosi virus jam alte confirmati effectus sistere. Verum et febris lente subrepebat, quae symptomatibus nervosis stipabatur, unde et magna abjectio virium, et subsultus tendinum in scenam prodibant. Num haec quoque nequam pellagrosi veneni soboles? Cur non? si tot tantasque larvas induat, si nulla ferme sit morbosa affectio, quae pellagra semel tentatum corpus aggredi non possit. Symptomata interim cum febre mitescere videbantur, iis in usum revocatis, quae

in

in lenta nervosa validiora habentur. At induciae haec erant, non vera morbi in melius mutatio. In pejus enim ruebant omnia, donec die mensis 27. fato occubuerit. Quod porro mirum; nullum nobis anatome exhibuit vitium. In abdomine ubi prima pellagrae effecta se invenisse asseruerunt aliqui, tantaque constantia ut in contentorum viscerum obstructione, vel alia hujusmodi labe proximam posuerint causam, nullam sane a naturali statu aberrationem, omni adhibita diligentia detegere potui. In pectore pulmones, dexter praesertim, in postica facie levi inflammatione notabantur; sed haec epigenomena sunt corporis in ultimam perniciem corruentis phaenomena. Caput nostrae reliquum erat indagini, ubi, sicuti alias aliquid quod causae quoquomodo vim habere posset reperii, ita et in hoc cadavere analogum quidquam, vel aliud mihi se se oblaturum putabam. Verum quidquid oculis, cultroque perquisierimus incassum omnia cessere conamina. Nec membranae viscus vestientes, nec cerebri compages, aut substantia, nec vasa sinusque, nec internae cavitates, humores denique nec ipsi, qui roris in morem secreti, intus in liquorem densati colliguntur, ulla ratione a naturali statu secedebant. Cadaver, uno verbo, istud negativum ut ita dicam statum exhibebat, quem nempe corpora nervosâ affectione extinctorum anatomistarum oculis objiciunt. Quid inter haec de Pellagrae causa proxima dicendum? — *Hist.* 3. Furens in nosocomium recipiebatur die Junii 6. Dominicus Boriani loci *S. Martino - in - Strada* annorum 37. Pellagra adhuc vestigia aliqua supra manuum pedumque dorsum reliquerat, cuticula in squamulas jam secedente. Nil aliud nobis nisi de existenti mania constitit; originem enim morbi, vicissitudines, anteacta nec expiscari quidem ab aegro constanter deliro poteram, cujus parentes quoque aberant. Temperamentum,

mentum, habitusque corporis remedia vix chirurgica postulabant; vesicatoria tamen, ut aliquid praestarem nuchae adposui, remediis internis valedicens, quae semper, quin et cibum potumque omnino fere miser respuebat. Catalepsis post aliquot dies accessit; febris nulla, pulsus spastice contracti; excietiones vix ullae. Hisce septima die a quo nosocomium petierat, 13. nempe mensis ejusdem, convulsio repens supervenit, quae vitae filum improviso ferme abrupit. Cadaver latas, atras ecchymoses supra dorsum gerebat. Musculi plus quam inveniri soleant decolores flaccidissimi. Calvariâ ablatâ, dura meninx in conspectum prodiit arida, inque toto sui ambitu valde tensa, praeterquam in regione syncipitali; ubi contra in rugas contrahebatur. Longitudinalis sinus praeter naturam sanguine turgebat, turgebantque tum durae tum piae matris venosa vasa. Lympham subfuscam aliqua in copia in occipitali cavo collectam inveni. Piae matris propago, quae tenuis cellulosae instar ventriculorum cerebri parietes vestit, in lacinias fluido inibi praeternaturali quantitate stagnante discerpta, flocculosa innatabat. Nil ultra quod adnotari mereretur in cerebro detegere potui. Cavum pectoris dexterum libram circiter extravasati seri continebat; ejusdem lateris pulmo maculis late inflammatoriis in posteriori praesertim superficie foedabatur, phlogosi tamen haud profunde in visceris substantiam non propagata; in latere laevo vitium nullum. Pericardium, cor, vasa majora nil quod a natura deflecteret exhibuerunt, nisi quod cordis musculosa compages eadem cum caeteris, ut advertimus, corporis musculis flacciditate peccaret. Abdominis viscera omnia bene constituta, nec ulla tentata labe observabam, glandulis ipsis lymphaticis non exceptis, ad quas attentionem primam convertebam, cum eae saepe in pellagrosis ab observatoribus aliis nota aliqua

§. LXVII.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Pellagra mares aeque ac feminas [1]), rarissime infantes et senes afficit [2]). Grassatur dumtaxat inter agricolas. Tria solum numeramus pellagrae in incolis urbium exempla [3]). Morbus in regionibus clivosis ac siccis aeque ac in humilibus et humidis obvenit [4]). Propagatur indies magis

qua morbosa incusentur. Vesicula solum fellea bile naturalis caeterum coloris exundabat; ad hepate nullimode labefactato, jejunio plurium dierum praegresso, intestinorum parietibus ob inediam quasi collabentibus non video, quid ex hoc levi phaenomeno in morbi caussam erui queat."

24) Mandruzzato l. c.

1) Feminas rusticani laboris sollicitas prae viris corripi, apud Albera, Soler, Franzagum, Strambio aliosque legitur. In valle Fiemmensi principatus Tridentini contrarium evenire traditur (Moris l. c. p. 126).

2) Sic saltem res olim se habuit. „L'Odoardi *non ha veduto la pellagra in fanciulli minori di* 6 *in* 8 *anni di età, nè in persone che oltrepassassero gli anni* 60. *Ora desse si vede in molti individui al disotto e al disopra di quest' età. Fanciulli di due o tre anni ne sono infetti, e non mancano casi di bambini allattanti pellagrosi . . . . Si conta perfino qualche caso, benchè rarissimo, di bambini esciti alla luce con pellagra palese*" (Zecchinelli l. c. p. 13).

3) Monet Cerri de similibus observationibus, villaticos natu, sese saepe ad urbem transferre, immeritoque pro urbanis haberi.

4) Thouvenel (*traité sur le climat d'Italie* 1798) *aërem*

magis magisque [5]), idque pedetentim [6]). Transit a pa-

humidum pro pellagrae praedisponentem caussam accusat. Monet autem expertissimus G. STRAMBIO: „tam in elatis, quam in humilibus, in palustribus, perinde ac in siccis locis pellagram saevire; colles Briantinos ubi ventis perflatus, purus est aër, terra ferax uvis, limpidae aquae; amoenos clivos Sêprienses, salubritate aëris, terrae feracitate, aquarum praestantia Briantinis collibus pares, pellagram aeque infestare, ac planitiem arboribus fere nudam, aquis carentem, ac eam, quam *Ollona* fluvius alluit, palustrem arboribus obsitam, humido aëre obvallatam" (l. c.). — „Item in nostro Pedemontio res se habet, in pago *Maxidio*, uti perhibet *Boerius*, arida, arenosaque humus est, fontes, vel putea rara; in aliis humidus est aër in aliis siccus: alii declives sunt, alii elati: pellagra tamen agricolarum caedes dire molitur. Haec omnia eo nos ducere videntur, ut aëris vel soli naturam, parum vel nil pellagrae producendae cum plerisque Auctorum conferre putemus" (MORIS l. c. p. 130).

5) „*Adunque nella provincia di Belluno la Pellagra in* 40 *anni ha fatti progressi spaventosi. Si è estesa a maggior numero di paesi, si è diffusa in maggior numero di persone, è divenuta ereditaria, infettò intiere famiglie* etc. . . . *nella provincia di Padova . . . la pellagra sempre più va acquistando in estensione di paese, in numero d'infetti, in gravità di morbosi fenomeni*" (ZECCHINELLI l. c. p. 17. 18).

6) „*Osservo in secondo luogo che la pellagra nell' estendersi da paese a paese ha tenuto un cammino ed un progresso regolare, cioè non si estese come a salti, lasciando liberi paesi intermedj, ma si avanzò da un paese ad un altro vicino per modo, che li paesi tut-*

a parentibus ad proles [7]). Non tuentur ab eo alii morbi [8]).

C. excitantes generatim.

2. Excitari pellagra dicitur ab insolatione [9]), a penuria [10]), a defectu salis [11]), ab illius abusu [12]), ab esu zeae mays depravatae [13]), a raphano

tavia esenti dalla pellagra, o poco da essa infestati, sono tutti posti oltre li due limiti pellagrosi fra loro opposti dalle due provincie, di sopra notati, al Nord cioè in quella di Belluno, al Sud in quella di Padova. E rapporto ai paesi posti oltre questi limiti, io osservo, che se v' è pellagra, questa si vede nei villaggi vicini e limitrofi ai paesi pellagrosi, e non nei lontani" (Idem l. c. p. 26).

7) „Omnes fere pellagrosos ab aliis ortos cernas" (Moris l. c. p. 126). — „. . . . *perchè la pellagra sia trasmessa per eredità è necessaria la particolare condizione che uno de' genitori sia pellagroso in ultimo grado. E perchè poi sia trasmessa ai bambini neonati, è più necessario, ed anzi pare esclusivamente necessario, che il pellagroso genitore sia la madre o gravida od allattante. Nelle famiglie in cui la pellagra è ereditaria si contano un maggior numero di pellagrosi giovanetti, fanciulli e bambini. Per calcolo da me fatto sopra varie anagrafe pellagrose, di un dato numero di pellagrosi al disotto dei 20 anni, almeno due terzi appartengono sicuramente a famiglie pellagrose*" (Zecchinelli l. c. p. 16).

8) Immo ortos a parentibus lichenoso herpete detentis, vel ipso jam affectos, pertinaces febres passos, chloroticas, gravidas, lactantes ad pellagram praedispositas, ex ipsius G. Strambio scriptis colligas.

9) Frapolli l. c. 10) Fanzago l. c.

11) Odoardi l. c. 12) Albera, Guerreschi ll. cc.

phano rusticano, lolio temulento, vicia sativa aliisque zizaniis frumento mixtis [14]), a miasmate [15]) aut contagio [16]).

3. *Insolatio* rationem quidem reddit affectionis cutis neutiquam vero totius morbi [17]). Cur demum Insolatio.

13) Fanzago, Chiarugi, Marzari ll. cc. Doctc Sette hoc argumentum pertractavit (*Lettera al Dr.* Giovanni Strambio. Milano 1826).

14) Zanetti, Gherardini ll. cc. Accedit et egregii Nic. Fontana testimonium, ubi ait (l. c. p. 341. not.): „*Nè presso di noi . . . . si potrebbe tacere fra le cagioni occasionali di questa malattia ne' nostri paesi collinosi del Canavese Orio, Barone, Mazzè e fini di Clauso il segale cornuto, il seme di rafano rafanistro, il lollio, la rubigine nel pane di segale puro o misto con grano turco, di cui si fa uso quotidiano in questi paesi, mentre che negli anni di penuria non si fa scrupolo di mondare esattamente il segale, prima di farlo macinare, dai predetti semi infetti e perniciosi.*"

15) Alloni, Bellotti ll. cc.

16) Titius, Widemar, Calori, Fontana, Zecchinelli ll. cc.

17) „Si quis pellagrae morbo laborans, a sole omnimode abstinet, desquamationem quidem evitat, non morbi progressum; ergo insolatio non est caussa morbi" (G. Strambio l. c.). — „*Ne' stessi villici pellagrosi ricoverati nell' Ospedale, abbenchè le deturpazioni e macchie della pelle diminuiscano notabilmente, gli altri sintomi del male spesse fiate continuano con la medesima forza ed intensità. Io concludo perciò da tutte queste osservazioni, che l'influenza del sole è puramente accidentale, e che supposto il fomite pella-*

demum cutis dumtaxat verno et non aestatis tempore inde afficitur [18]? Cur non in reliqua Italia [19]? An praeter insolationem et *aëris vernalis* conditio concurrit [20]?

4. *Mi-*

groso non giova riconoscerla tutto al più che come una condizione, onde la pellagra manifestasi con segni esteriori più ragguardevoli, qualunque sia la maniera onde ciò nasca" (FACHERIS l. c. p. 71).

18) „*Se finalmente dipendesse soltanto dal sole, comparirebbe più facilmente e più gagliarda, quando il sole nell' estate vibra più forte; ed essa anzi tien regola opposta, comparendo più facilmente e maggiore in primavera, e scemando quando il sole è più forte, cioè nell' estate*" (idem ibid.). — „Ratio praeterea esse posset, quod primo vere animalia longe sint excitabiliora; mures alpini, referente SPALANZANIO, eodem temperiei gradu, sub quo in latibulis se abscondere autumnali tempore coguntur, somnoque prehenduntur lethargico, ab ipso vere tamquam ad novam vitam excitantur" (MORIS l. c.).

19) „*Oltre l'insolazione vi deve essere un' interna cagione, acciocchè il sole produca l'esquamazione, ossia un fomite interno che renda capace la pelle di sentire le offese del sole; altrimente sarebbe essa commune a tutti gli agricoltori che ugualmente si espongono al sole, e non sarebbe propria soltanto di alcuni paesi e di alcuni individui. Chi non ha questa interna cagione, non acquista mai l'esquamazione con pochissimi raggi solari, ed alcune volte coi raggi solamente riflessi e non diretti*" (G. STRAMBIO diss. cit.).

20) Vitam umbratilem in nosocomio Lignensi agentibus, perhibet G. STRAMBIO (l. c.) pellagrae symptomata quotannis novo vere aggravari consuevisse.

4. *Miseria victusque penuria* agricolas nostrates premens, tanta sane est [21]), ut illorum libertati rusticorum Rossiae servitutem fere anteponeres. Interea illa miseria non solas provincias pellagrae obnoxias premit [22]). Praeterea est ea

Miseria victusque penuria.

21) Jos. Frank rat. instituti clinici Ticinensis. Vindob. 1797. in praefat. — Stoffella l. c. p. 36. — Zecchinelli l. c. p. 32 seq. („*Il cibo della misera gente è quasi unicamente erba del prato; e la polenta si può mangiare assai meno d'una volta . . . I cibi consistono in polenta senza sale, di cattiva qualità di farina che si mangia con cacio di capra o di vacca; in ricotta mattina e sera. D'inverno fagiuoli male conditi e pane di grano turco . . . Anche i cibi cattivi sono in iscarsissima quantità . . . Quasi nissuno può mangiar carne; alcuni pochi ne mangiano talvolta di salata, e questa è d'armento, o di capra, o di porco . . . . Le bevande non sono migliori dei cibi. In gran parte di quasi ogni distretto consistono in sole acque di fosse scoperte scavate nel terreno vicino ai casolari, la quale è quasi sempre impura ed anche guasta per le foglie degli alberi ed altre sostanze che in essa si lasciano marcire.*"

22) „*Adunque confrontando le cose esposte relativamente alla fisica topografia dei varj paesi delle due provincie, che sono l'oggetto delle nostre riflessioni, ed alla privata igiene della classe povera delle rispettive popolazioni, collo stato in cui trovasi in ciascheduno di que' paesi la pellagra, mi sembra essere chiaramente provato, che non si possa ad essa assegnare per cagion primitiva e molto meno esclusiva, una piuttosto che l'altra posizione geografica, uno piuttosto che l'altro nutrimento o modo generale di vivere. Di fatto*

ea non unius pellagrae sed omnium morborum popularium genitrix.

Zea mays aliaque zizania.

5. Quum nonnulla pellagrae symptomata, ut a nobis [23]) et nuper ab aliis [24]) notatum fuit, cum illis *morbi cerealis* similitudinem alant; suspicio pellagram ab esu *zeae mays* corruptae aut a *zizaniis* farinae commixtis ortum ducere, maximi sane momenti est. Nec valet objicere, zeam mays longe ante pellagrae adventum, in Italiam septentrionalem introductam fuisse; nam constat illius usum haud dudum ibi universalem factum esse [25]). Verum zea mays quotidianum sistit

paesi freddi e temperati, alti e bassi, sterili ed ubertosi, chiusi ed aperti, d'aria libera e secca o stagnante ed umida; popolazioni di robusta e sana costituzione, o di debole e malaticcia, male domiciliate e vestite o sufficientemente, diversamente cibantisi e quasi oppostamente, e singolarmente facienti lo stesso uso di una volta del grano turco variamente preparato od un uso assai minore, tutte senza una tal quale differenza, che sia veramente significante, sono più o meno infestate dalla pellagra, ovvero poco tuttora lo sono, e quasi nulla" (idem ibid. p. 66).

23) Vide primam editionem operis mei. Cap. de pellagra. §. CXL. p. 506.

24) Guerreschi l. c.

25) „*Riandando gli archivj di qualche antico monastero delle Venete Provincie, primo centro in cui la pellagra sia stata osservata, ho potuto assicurarmi che al principio solamente del secolo decimosettimo comincia a figurare nelle rendite annuali il grano turco o frumentone; ma in così limitata quantità, che nel*

sistit alimentum in provincia Mediolanensi (inferiori), in Ticinensi, Laudensi et ad ripas Larii, ubi pellagra haud multum occurrit. Contra hic morbus quam maxime in Briantia et Varsotto ubi incolae minus zea mays utuntur obvenit. Zizaniam in frumentis, quibus pellagrosi vescebantur, invenire haud potuit G. STRAMBIO [26]).

Contagium.

6. Contendentibus pellagram a *contagio* excitari objicitur: GHERARDINUM partes vitio pellagroso affectas sine detrimento tractasse [27]); cl. BUNIVAM sibi pellagrosorum salivam, sanguinem ipsamque materiam subter cutim sumtam, impune inseruisse [28]); pellagrosas nutrices pueris ubera

T 2 prae-

1688 *dal monastero di Correzzola, provincia di Padova, riscosso aveansi* 1682 *moggia di frumento*, 217 *di miglio*, 205 *di sorgo*, 212 *di orzo e* 788 *di frumentone, quando al finire del secolo decimottavo abbandonato l'orzo, il sorgo, il miglio, e minorata la quantità del frumento, quella del frumentone erasi portata a più di quattromila moggia. "La prevalenza adunque dell' uso di questo cereale sopra gli altri non dev' essere valutata che verso la metà del secolo trasandato, epoca appunto nella quale la pellagra cominciava a farsi osservare"* (SETTE l. c. p. 26).

26) Diss. I. p. 45. 27) l. c.

28) *Actes de l'académie des sciences de Turin. T.* 3. *a.* 1805. 1808. (Porro morbo pellagrae affini boves, ovesque affici ipse cl. vir animadvertit. Collectâ materie in collo vituli hoc morbo detenti, eâque sano vitulo, aliisque animalibus: item materiâ pellagrosâ hominis, aliis animalibus inoculatâ, nunquam morbos communicatos fuisse observavit).

praebere, quin communicetur morbus *) et pellagrâ affectos sanos pertractare, communi poculo bibere, eodem in lecto decumbere, nec morbum suscipere [29]). — Concedimus, pellagram nec pestis, typhi, variolarum, morbillorum et scarlatinae, nec syphilidis et hydrophobiae instar contagiosam esse; sed quid inde? Foretne probatum, omnia contagia illorum contagiorum legibus absolute obedire debere? non dari alia longe lentius, modoque minus perceptibili insidias struentia? — Itaque si perpendamus, pellagrae originem nec ex climatis imperio, nec ex incolarum vivendi ratione explicari posse; eam sub oppositis licet rerum posi-

*) Tacete! Virginem novocomensem 23 annos natam, caeterum sanissimam nosco, quae quot annis ineunte vere porrigine faciei laborat; ubera illi praebuit femina tunc adspectu sana, nunc pellagra detenta.

29) „*Infatti, è la pellagra un mal contraibile? E perchè nello stesso abituro può spesso vedersi un individuo infetto tra molti sanissimi? Perchè il reggente (da lor così detto) di numerosa famiglia nell' atto che ben si pasce a spese della sua autorità, avvicina impunemente l'odiata di un figlio ed il sudato garzone, ambedue pellagrosi e similmente mal nutriti ambedue? Perchè le persone doviziose e ricche, che sono spesso circondate dai loro agricoltori attaccati da pellagra, ne vanno esse sempre e poi sempre esenti, a meno che una sordida avarizia non le renda più meschine de' loro subalterni? Vi ha egli forse malattia attaccaticcia, che rispetti il grado e la condizione?*" (Facheris l. c. p. 85). Cfr. Moris l. c. p. 127.

positionibus propagari pedetentimque extendi, fateri adigimur, illi *contagiosi quid inesse.* Sic praeterea sentit populus [30]), sic sentiunt medici numero quidem pauci, auctoritate vero magni, propriam opinionem, contra adversariorum morem [31]), cum dignitate sustinentes [32]).

7. *Caussa*

30) *Pur troppo è voce commune in questo nostro dipartimento, che la pellagra si diffonda e propaghi da soggetto a soggetto per un preteso miasma. Ella è però voce del pregiudizio, indegna de' pochi medici che la sostengono*" (Facheris l. c. p. 85).

31) „Neminem arbitror somniaturum pellagram morbum esse contagiosum" (Frappoli l. c.). — „*Sentendo a parlar del contagio pellagroso a giorni nostri, fa sospettare che gli autori, i quali portano una tal opinione, non abbiano letto le pratiche osservazioni di mio padre*" (Joh. Strambio *risposta aggiunta alla lettera del Dr. Vinc. Sette. Milano* 1826).

32) „*Per le quali cose, se nella posizione geografica, nel clima, nei cibi, nel modo di vivere, nella stessa miseria presa in complesso non sembra che possano esistere le cagioni uniche o principali della rimarcata regolarità di cammino e di progresso tenuta dalla pellagra nell' estendersi da paese a paese e nel propagarsi da individuo a individuo, e da famiglia a famiglia, io domando quale cagion primitiva, quando riflettasi a questa regolarità, ragion voglia che si possa sospettare starsene tuttavia nascosta alle indagini mediche in una malattia così terribile e devastatrice? . . . . per ispiegarla io sarei quasi tentato di ricorre al sospetto dell' esistenza di un qualche particolare contagio. Senonchè quasi tutti gli scrittori hanno finora negato che la pellagra sia contagiosa. Infatto si ve-*

C. proxima.

7. *Caussa proxima* pellagrae repetita est a scorbuto [33]), ab infarctibus viscerum abdominalium [34]), a variis sanguinis acredinibus [35]), a peculiari nervorum conditione (hypochondriasi [36]) et raphaniae affini [37])), ab inflammatione lenta medullae spinalis [38]) ab asthenia [39]), a gastro-enteri-

dono ovunque famiglie andar affatto intatte dal morbo sebbene poste in mezzo a famiglie, che tutte infette ne sono; si vedono mariti e mogli conservarsi sempre sanissimi acanto a mogli ed a mariti pellagrosi in ultimo grado. Ciò vedendo, io pure negherei l'esistenza d'un contagio, se sapessi qualche cosa di bene accertato sopra la genesi primitiva e sulla natura dei contagj, o potessi essere più persuaso o almeno convinto di ciò che altri medici dicono di saperne. In caso diverso mi contenterò di richiamare la profonda riflessione del leggitore sopra la ripetuta regolarità di cammino e d'aggravamento della malattia pellagrosa, e lo pregherò a riflettere soprattutto, che dessa nell' estendersi da paese a paese non lascia immuni altri paesi frammezzo, sebbene in taluni meno infierisca che in altri, salvo i luoghi murati, ma che i paesi finora esenti dalla malattia sono tutti posti oltre li limiti di sopra notati nelle due provincie" (Zecchinelli l. c. p. 68. 73). Pro contagiosa habet quoque pellagram Provinciae nostrae Novocomensis protomedicus Josephus Comolli vir cl. Item Bellotti.

33) Odoardi l. c. 34) G. Strambio l. c.

35) Gherardini, Soler ll. cc.

36) Widemar l. c. 37) Guerreschi l. c.

38) Ghidella in *nuovi comment. di medic. e chirurg. publicati da* Brera, Ruggieri, Caldani. *T.* 5. *semestr.* 1.

enteritide [40]), a vitio occulto sui generis, vel speci-

39) „*Si riscontrano nella pellagra tutti i sintomi della diatesi astenica proveniente dalla mancanza di un alimento convenevole . . . . All' universale cagione del cibo si aggiungono ne' pellagrosi agricoli le altre con cause debilitanti, per cui l'eccitabilità viene poco a poco esaurita, e le funzioni tutte della digestione, della nutrizione, della traspirazione e della mente si alterano. Tali sono, l'ozio invernale alternante in già deboli individui con l'esercizio di primavera e di estate; gli estremi della temperie atmosferica cui si assoggettano; la tristezza e tutto ciò che resulta dall' esame da noi fatto più sopra. Massime la tristezza inseparabile da qualunque mal cronico, viene in que' miseri vieppiù fomentata dall' ordinario disprezzo in cui si hanno per l'inerzia onde prestansi alle rurali faccende, e per l'ingiusto abborrimento del supposto contagio, che lor fa perdere la dovuta assistenza e dai vicini e persin dai congiunti*" (Facheris l. c. p. 90. 91). — „*Quest' astenia, questo abbasato eccitamento successivamente crescendo, e giungendo ad un certo grado somministra il principal fondamento della malattia o per se solo, o coll' aggiunta di quelle molte altre potenze debilitanti che abbiamo di sopra annoverate*" (Fanzago l. c.).

40) „*Elle paraît n'être en realité que le resultat d'une inflammation sympathique entretenue par l'état des premières voies*" (Jourdan l. c.). — „*Queste conclusioni suggerite dalla nuova dottrina Broussaisiana, e tanto saggiamente dedotte da M. Jourdan, avrebbero tosto devuto aprir gli occhi a tutti i medici italiani che ne ebbero contezza, e molto più a quelli che hanno trattato dei pellagrosi per molti anni; con tutto ciò debbo pur*

specifico [41]), a lepra Arabum seu elephantiasi [42]).

§. LXVIII.

Diagnosis.

Est leprae species.

1. Sane *pellagra* plura *leprae* (minus elephantiaseos [1]) quam *squamosae*) exhibet symptomata; videlicet pulsum debilem et parvum, urinam turbidam, alvum obstructam, flatus, transpirationem foetentem, morositatem, melancholiam, imminutam cutis sensibilitatem, vitia unguium et pilorum; impetiginem squamosam et tabem. *Pellagra* porro *Rosae Asturicae* (si crustas loco squamarum excipias) plane similis est [2]); quae

dirlo a somma vergogna della medicina italiana, nessuno di loro ha saputo trarne profitto" (Joan. Strambio l. c. p. 3). Gratulor!

41) Ghirlanda apud Cerri l. c. p. 350.

42) Della Bona l. c.

1) „*On ne peut disconvenir qu'il n'y ait un certain rapport entre la pellagre et l'éléphantiasis, du moins lorsque cette dernière ne fait encore que débuter*" (Jourdan l. p. 92).

2) „*Si l'on compare la description que* Thierry *nous a laissé de cette dernière maladie (le mal de rose), avec celles, très-nombreuses, que nous possédons de la pellagre, on ne peut s'empêcher de dire, comme Strambio, que les différences légères qui existent entre ces deux affections, ne paraissent nullement indiquer qu'elles soient de nature diverse. En effet le mal de la rose se déclare tous les ans à l'époque de l'équinoxe du printemps, et disparaît vers la fin de la belle*

quae communi consensu pro leprae specie habetur. Constat tandem, lepram olim communissimam inter Longobardos fuisse [3]), eamque, sicuti pella-

saison: il occupe le dos des mains et des pieds, le cou et la partie antérieure du corps; il fait naître des croûtes sur ces parties; après la chûte des croûtes, la peau reste luisante; quelquefois l'affection ne se manifeste que d'un seul côté du corps, l'autre demeurant parfaitement sain; il y a ardeur dans la bouche, altération des lèvres, suppression des règles chez les femmes, vertiges, tremblement de la partie supérieure du corps, morosité extrême, disposition à pleurer sans motif, ou pour le sujet le plus futile, enfin tendance au suicide. Or il n'est aucun de ces symptômes, qui ne nous soit offert par la pellegre. On a objecté la différence que présente l'exanthème, qui, dans le mal de la rose, constitue des croûtes horribles, après la chute desquelles restent des cicatrices indélébiles. A la vérité, ces croûtes et cicatrices affreuses, dont Thierry parle avec un peu d'exagération peut-être, ne s'observent pas dans la pellagre, ou au moins ne s'y rencontrent que fort rarement, et alors même toujours beaucoup moins prononcées; cependant, on voit quelquefois les parties affectées de l'exanthème chez les pellagreux, se couvrir de pustules remplies d'une humeur, qui, en s'évaporant, donne lieu à des croûtes plus ou moins épaisses . . . . quoiqu'il en soit, on ne peut douter, que la pellagre n'existe, sous une forme très-peu différente, en Espagne aussi, et si les médecins de l'Italie n'avait pas toujours perdu de vue cette circonstance si importante, peut-être auraient-ils évité de perdre un temps précieux en discussions denuées d'intérêt sur l'étiologie de la maladie" (idem ibid.).

3) Longobardi jam seculo octavo pro populo adeo le-

pellagra, a mala frumenti indole repetitam esse [4]. Caeterum *pellagram* pro *peculiari leprae specie* declarando, non solum intimam sequimur persuasionem, sed exemplum HENSLERI et SPRENGELII, quin immo ipsius J. P. FRANK [5]).

Monita. 2. Ad pellagrae diagnosin instituendam cutis affectio nec requiritur, nec sufficit. Datur nimirum *pellagra occulta* [6]), danturque manuum squamae,

proso agnoscebantur, ut summus Pontifex *Sylvester* Regi Galliae consilium dederit, ne filiam Regis Longobardi in uxorem duceret, ob dispositionem leprosam (HENSLER l. c. p. 210).

4) Cap. XX. §. LXI. 2 (9).

5) Ultimis nimirum vitae annis, opinionem quondam in epitome de curand. hom. morbis. L. IV. p. 229. enuntiatam, cum opposita commutavit.

6) „*Alcune volte incomincia il male a manifestarsi coi sintomi interni prima che la pelle dia alcun segno morboso. Se l'ammalato si ripara dal sole, schiva la spellatura senza schivare il male interno. Se già affetto alla pelle si tiene riparato dal sole, svanisce l'affezione esterna, ma non cessano gli incommodi interni. La desquamazione ordinariamente compare in primavera e svanisce nelle altre stagioni, data anche l'insolazione; laddove il male interno benchè esso pure si esacerbi in primavera, continua però più o meno tutto l'anno. Finalmente trovasi talvolta chi soffre tutta la sindrome dei restanti fenomeni della malattia, senza che nè punto nè poco mostri l'esteriore carattere*" (G. STRAMBIO diss. cit.). — „*Moltissimi si giudicano pellagrosi dalla sola fisionomia, prima che ne apparscano i segni cutanei sulle mani e sui piedi. Ciò*

squamae, sine labe pellagrosa. Hoc si perpendissent medici, de pellagra ad Wolgam 7), in Polonia 8), Viennae 9), in Westphalia 10) et Saxonia 11)

specialmente nei paesi in cui la pellagra è più antica. Quelli che vanno incontro al morbo, cominciano a lagnarsi, solamente nella primavera, di varie e lunghe indisposizioni, che non sanno bene esprimere e che trascurano, e così avanzano nel male senza avedersene, e giungono all' ultimo grado. Un indizio di pellagra o c c u l t a *è un certo particolare imbalordito modo di guardatura, dapprima non rimarcato se non dai più famigliari del pellagroso. Quella guardatura si chiama nel Bellunese* o c c h i i m b u r i d i. *Taluno mostrasi nello stesso tempo alcun poco col ventre gonfio e duro. Si mantiene però in tutti una sufficiente nutrizione, e chi non ha in molta pratica que' tali individui non li crede ammalati. Ma in seguito la malattia comincia a* s e g n a r e, *come dicono, primamente alle mani, poscia ai piedi; in seguito sempre più aggravasi nel vario modo descritto dagli autori, e va alla fine al triste esito conosciuto, al quale giunge pure tal fiata senza prima* s e g n a r e *esternamente in modo veruno*" (Zecchinelli l. c. p. 14).

7) Gmelin *Reise durch Russland Th.* 1. p. 156. (Morbum inter infantes epidemicum, ulceribus foedis stipatum, curriculo nonnullorum annorum sanabilem, describit).

8) Brera memorabilia de plica polonica omni aevo observata §. XXI. (Ejusd. Sylloge opusculorum select. Vol. I. Ticini 1797).

9) Careno tentamen de morbo pellagrae observatae Viennae 1794. (Per octo annos in nosocomio Vindobo-

nia [11]) minime locuti essent. Non omnia porro mala, pellagrosos affligentia, ideo ex ipsa pellagra proficiscuntur. *Complicationes* enim ea exhibet *fortuitas* cum ophthalmiis, febribus intermittentibus, hydrope, asthmate, ictero, viscerumque obstructionibus.

§. LXIX.

Prognosis. Prophylaxis. Cura.

Prognosis. 1. Mutato in melius vitae regimine pellagrae curriculum, antequam diarrhoea colliquativa, gravis systematis nervorum et cavitatis oris labes compareant, sisti potest. Nec desunt singulae, pro tempore, sanationes. Evolutio morbi ad cutem vix aliquid afferre solet levamen [1]). Pellagra quoque anno plurima millia agricolarum e medio tollit. Et quod pejus, crescit malum eundo, idque non solum latius proserpendo, sed et

nensi praxin inter millenos aegros exercens, nec umbram pellagrae detegere potui).

10) Brandis *Erfahrung über die Wirkung der Eisenmittel.* p. 254.

11) Stark *Handbuch zur Kenntniss und Heilung innerer Krankheiten.* p. 617.

1) „*Il vizio esteriore non è in ragione opposta dell' interna malattia, come succede di quelle eruzioni cutanee, che per il sollievo che recano, chiamansi critiche e salutari. Si veggono pellagrosi con molta desquamazione e molto incomodati internamente, ed altri con poca, incomodati di poco*" (G. Strambio diss. cit.).

et vi [2]). Tantae calamitatis terminus praevideri nequit.

2. Quomodo occurrendum? Arduum sane problema! cujus solutio dumtaxat a conatibus conjunctis Supremi Regiminis, dominorum proprietatis atque medicorum expectanda. *Quid Supremum Regimen?* Comitatum unis pellagrae negotiis dicatum instituere [3]); illi potestatem impertire Prophylaxis.

2) „*Adunque nella provincia di Belluno la pellagra in* 40 *anni ha fatto progressi spaventosi. Si è estesa a maggior numero di paesi, si è diffusa in maggior numero di persone, è divenuta ereditaria, infettò intiere famiglie, e quindi si è fatta gentilizia, comincia in più tenera età, investe molto di più l'intiera costituzione, si è fatta infinitamente più grave, ha congiunti più serj fenomeni, percorre gli stadj assai più rapidamente, va più spesso a triste esito. E ciò specialmente da quattro in cinque anni a questa parte, in cui le nemiche stagioni, che o impedirono o rubarono le raccolte, e la squallida miseria disposero tutta la povera gente a più facilmente incontrarla . . . . Adunque nel* 1804. *la pellagra dominava nei distretti settentrionali, orientali ed occidentali di Padova e sempre più vi si è accresciuta . . . . Nei paesi dove si è manifestata da pochi anni, è anche rara e non attacca che l'età matura, e conservasi tuttavia lenta e mite, quindi guarisce non difficilmente, e in somma la pellagra dell' Odoardi; mentre per contrario nei paesi dov' è antica, oltrechè si è fatta assai più copiosa di una volta, ed è divenuta gentilizia, acquistò e sempre più va acquistando i caratteri funesti che ha nel Bèllunese*" (Zecchinelli l. c. p. 17 sq.).

3) Praeses, vir conspicuus magnae auctoritatis, socio-

tire notitias ad pellagram spectantes ab omni administrationis ramo expetendi, de conspicua pecuniae summa libere disponendi, praemia pro optimis de pellagra tractatibus proponendi decernendique, nosocomia et scholas clinicas pro aegrotis pellagra detentis, medicosque curae illorum speciatim addictos, instituendi, legesque ad flagellum de quo agitur eradicandum idoneas Supremo Regimini proponendi. *Quid domini proprietatis?* Comitatus supra dicti consiliis aures paratas praebere, illius conatibus obviam ire, idque nisi philantropiâ, saltem propria utilitate 4) ducti.

rum alter, in re administriva peritus, alter medicus expertus, singuli philanthropiâ excellentes.

4) „*Che anzi ai soli possidenti e non ad altri appartiene veramente il fare ogni studio et ogni possibile operazione, per frenare i progressi di un morbo, il quale mietendo le vite dei lavoratori dei terreni, e prima infiacchendone per lungo tempo la forza fisica, porta ai terreni medesimi un colpo funesto, loro appresta un lento ma sicuro veleno, che li trarrà tosto o tardi a fatale deperimento, come già va attualmente facendo nei paesi, dove una gran parte della popolazione geme e cade sotto il reo morbo. Che se un turpe momentaneo interesse chiude alla santa filantropía il cuore dei possidenti, e fa che trattino o permettano che dai loro affittajuoli siano trattati i poveri villici peggio delle bestie le più vili ed abbiette, dando loro pessime abitazioni, cibi immaturi, insalubri e corrotti, lo spettacolo del crescente e rapido progresso che va facendo la pellagra fra i villici, e del guasto orrendo che mena della loro salute e della vita, apra ai pos-*

ducti. *Quid medici?* Omnes qui hucusque de pellagra exstant scriptores, ordine chronologico, colligere publicique juris reddere; opus pellagram examinandi sine omni praeconcepta opinione aggredi, candide describere symptomata morbi et phaenomena ex cadaverum perlustratione obvia, idque sine omni conatu ea explicandi, aut ad quandam praedilectam hypothesin confirmandam adhibendi; in rerum positiones pellagrae propagationi [5]) et evolutioni [6]) faventes inquirere, notitias-

sidenti gli occhj sopra il vero e stabile loro interesse, e per questo, se non per umanità, li persuada e li determini a considerare i villici, che lavorano le loro terre, almeno come altrettanti u t e n s i l i ad esse indissolubilmente annessi e strettamente necessarj. E siccome sono i possidenti premurosi nel procurarsi buoni animali, nel migliorarne le razze, nel provvedere alla loro salute, siccome custodiscono e restaurano l'aratro, il vomere, il carro, là falce, la mazza e gli altri utensili rurali, nello stesso modo almeno provvedano alla salute dell' u t e n s i l e u o m o, che per procurar loro agi e dovizie bagna ogni giorno di sudore e di lagrime quella terra, sopra la quale strascina una compassionevole vita, e che immaturamente lo inghiotte" (Zecchinelli l. c. p. 81 seq.).

5) „*L'indagare diligentemente in ciascun paese pellagroso in quali famiglie siasi manifestata dapprima la pellagra, e se nel propagarsi in seguito da questa ad altre famiglie abbia tenuta la stessa direzione e regolarità di cammino e di progresso, come nel propagarsi da paese a paese: seguendo nell' indagine questo cammino, coll' andar dietro così alli matrimonj ed alle*

titiasque acceptas, etiamsi aspectu contradictorias, sine studio alterius partis, chartis committere, indeque tabulas statisticas rationales una cum chartis geographicis 7) efformare; medendi rationes, non quatenus eae a theoriis morem diei sequen-

figliazioni, come alla posizione topografica delle abitazioni" (idem ibid. p. 80).

6) „*Lo sperimentare se l'impedire l'allatazione di qualche madre pellagrosa; il separare qualche matrimonio di pellagrosi, che abbiano figli pellagrosi di tenera età; il trasportare di località alcune di quelle famiglie, che sono tutte infette dal morbo; o il separarne e il distribuire qua e là gl' individui che le compongono; il far lavorare i pellagrosi in particolari lavori e segregati dai sani, pagandoli non con danaro, ma con alimento, diverso ed opposto a quello da loro fino a quel tempo usato; il trasportare qualche abitante dei paesi non pellagrosi in famiglie pellagrose dei pellagrosi paesi, e metterlo con quelle a stretto, lungo e perenne contatto, facendolo usare e non usare degli stessi alimenti; e cose simili, esercitino una distinta influenza sulla pellagra.*"

7) Exemplo Zecchinelli l. c. p. 27. („*Per fare cognizione della geografia pellagrosa, ed avere insiememente una prova di quanto io vado dicendo sull' estendersi della malattia in direzioni opposte nelle due provincie e sul di lei progresso regolare, sarebbe mestieri avere sotto occhio una carta geografica di singolare conformazione. Io vorrei che non contenesse che il nome dei paesi, e sotto di ognuno la proporzione in cui vi sta la pellagra alla popolazione. Per esempio come nello sbozzo annesso*").

quentibus indicantur, aut ab agyrtis ut arcana proponuntur, sed quatenus ab experientia, analogia et inductione suggeruntur, in usum ducere, maxime autem prophylaxeos principia Comitatui res pellagrosorum gerenti submittere. Quo in opere conscienter et humane incedendo, publica potissimum salus coram oculis habenda. Quodsi diuturnior observatio indolem pellagrae contagiosam extra omnem dubitationis aleam poneret, leges in auxilium ducendae forent, iis haud absimiles, quarum ope leprae quondam argines positae fuere, et hodiedum adhuc pestis avertitur, variolaeque coercentur. Leges quidem hujusmodi conditionem plurimorum civium aggravant, at saluti omnium prospiciunt. Caussâ, vel reipublicae injurias vindicandi, vel mercaturam extendendi, Principibus nemo jus bellum gerendi denegat; immolatur inde flos exercituum, deplentur publica aeraria, devastanturque provinciae, igne, gladio, typho bellico: et in dubium vocari posset, utrum extremo in casu Supremo Magistratui liceat, pellagrosis (alioquin sepulchro proximis) matrimonia inhibere [8]), iis, aut ipsa in patria,

8) G. Strambio (op. cit. lib. II) sapienter ait: „Cum pellagra a parentibus in filios saepe transferatur, perpendendum foret, utrum nuptias interdicere iis deceat, qui vel minimum pellagrae indicium gerunt, ne, quod saepius vidi, parentum labe misera proles inquinetur . . . . Utinam viri in *Medica Politia* praeclari, quibus hujusmodi propositiones in trutina suspenden-

tria, aut in quadam propinqua insula communem habitationem assignare?

3. Me-

das, relinquo, in tam arduo et perdifficili negotio suppetias ferrent." Et porro (libr. III): ,,. . . ad alterum prophylacticum problema est transeundum, utrum nempe deceat, nuptias pellagrosorum interdicere; de quo en breviter, quae salebras evitans, aliorum trutinae relinquo. Si nuptiae, epilepsiâ, phthisi, rachitide, syphilitide, lepra, tinea, scorbuto, lithiasi, cancro, strumis, amentiâ, maniâ, melancholiâ, somnambulismo laborantium, a summis viris tamquam bono reipublicae adversae reprehenduntur, cur non aeque nuptiae pellagrosorum? Et re quidem vera, matrimonium hujusmodi nocet 1° futurae proli, nam esto quod a parentibus in filios pellagrae morbus minime traducatur (quod tamen mihi satis superque constare videtur) quomodo quaeso misera proles lactari et enutriri poterit a pellagrosa matre, quomodo a patre pellagroso sustineri? Nocet 2° ipsi pellagra laboranti, ut etiam omittam, usum veneris capiti ac nervis inimicum esse, vidimus etiam graviditatem ipsam, partum, puerperium, ac lactationem plurimum conferre ad pellagrae morbum augendum. Nocet 3° etiam conjugi bene valenti, licet enim contagiosa non sit pellagra, fieri tamen nequit, quin sana v. g. mulier salutis detrimentum patiatur cum marito pellagroso condormiens, qui modo noctes insomnes ducit, modo vitae pertaesus in semetipsum saevit . . . Nocet . . . verum periculosae plenum aleae opus deseramus." Tot tantisque argumentis, sub philanthropiae larva impudenter respondet JOURDAN (l. c.): ,,*Quelle idée se former du caractère d'un médecin, qui ne jugeant pas la situation des pellagreux assez déplorable en-*

3. Medici in cura pellagrae, prout sibi varias de caussa hujus morbi proxima effinxerunt hypotheses, proposuerunt modo antiscorbutica, modo resolventia, modo sanguinem purificantia, modo antispasmodica, modo tonica specifica; nec dubitamus, consilium, hirudinibus abdomen cooperiendi, ante portas esse. Interea experientia docet hucusque *balnea tepida* (sub quorum usu cavendum est, ne aegri in aquis pereant) maximum levamen attulisse. Accedit *diaeta nutriens*, ex jusculis carneis, gelatinis, ovis, lacte et vino. Nec spernenda est, primis saltem annis, virtus *seri lactis* cum herbis *antiscorbuticis*, praecipue cum *portulaca oleracea.* Ultimis vitae temporibus radix *valerianae officinalis*, *aether sulphuricus*, *succinas ammoniae liquidus*, *cortex cinchonae*, vires quodammodo sustinent ac nervosis obstant symptomatibus. Praeterea transpirationis rationem habere refert. Diarrhoeam radix *quassiae simarubae*, *columbo*, et pulvis *cephaelidis ipecacuanhae cum opio*, pro tempore compescere solent. Maniae pellagrosae purgantia et hirudi- Cura.

core, veut les priver du seul bien qui les console quelquefois de la perte de tous les autres, et leur intredire les douceurs du mariage? Cette proposition a été faite par Strambi: *gardons-nous de la qualifier, nous chercherions en vain peut-être des épithètes assez sévères; et considérons-la moins comme une erreur du jugement, que comme un écart d'une imagination habituée seulement aux théories spéculatives.*"

nes ad caput opponuntur [9]). Cuti affectae lac cum herbis emollientibus cum fructu imponitur. Neque frictiones cum *alcohol*, vel cum *succo recenter expresso sempervivi tectorum* nocent. Singula adhuc in pellagra tentanda forent pharmaca, quae in lepra aliisque morbis leprosis quandam promeruerunt laudem. Item *aquae soteriae* [10]).

Caput XXII.

De plica.

---

§. LXX.

Definitio. Historia.

Definitio. 1. *Plica* [1]) morbum constituit in Polonia, Tartaria, finitimisque regionibus endemium, praeviis

9) S. Liberali l. c.

10) S. Liberali *e* G. Pasquali *sopra l'uso medico dell' acqua Civittina* (Omodei *annali univ. di medicina* 1825. *Vol.* 35. p. 370).

1) *Synonyma.* Trichoma, capillitium intricatum, tricae incuborum, morbus cirrhorum, helotides, lues Pokutiensis. Germ. *Weichselzopf*, *Alpkladde*, *Alpzopf*, *Wichtelzopf*, *Wixelzopf*, *Judenzopf*, *Gütgenszopf*, *Polnische Zopf*, *Mohrenflechte*, *Mohrenlocke*, *Maarenflechte*, *Maarenwirkung*, *Schrötleinszopf*, *Haarschröttl*, *Verwirrte Haare*, *Wirblock*. Belg. *Hairvlegt*, *Poolsche Vlecht*. Dan. *Marelok*. Suec. *Härtofva*,

viis plerumque diuturnis ac universalibus malis nervoso-arthriticis, ad partes pilosas, potissimum capitis, erumpentem, crinesque conglutinantem ac inextricabiliter implicantem.

2. Pax invenientibus plicae imaginem in capitibus Medusae et furiarum [2]). Ipsa opinio plicam per tertiam Tartarorum incursionem, ex oriente ad Poloniam, sub regno LESKI *Nigri* advectam fuisse, ibique a. MCCLXXXV inter incolas innotuisse [3]), multis premitur dubiis [4]). In morbos Historia.

Martofva, *Polska Siukan.* ANGL. *Plica.* GALL. *Plica*, *Plique*, *Touffe Polonaise.* ITAL. *Intrecciamento di capelli.* HISP. *Plica.* LUSIT. *Plica Polaca.* HUNG. *Hozczecz.* POLON. *Gózdziec*, *Gwózdziec*, *Koltun*, *Wieszczyca go splotia* (Teste LINDE; *Gózdziec* morbum totius systematis et *Koltun* effectum illius, vitium scilicet capillorum, significat). Ross. Колтунъ.

2) HERCULES SAXONIA (loco citando) putaverat caput Gorgoneum, caput furiarum vere humana fuisse, et fictis poetarum occasionem praebuisse. Item ALIBERT.

3) C. SPRENGEL (*Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde. Hall.* 1793. *B.* 2. p. 561) testimoniis innixus, quibus STABELIUS (l. citand.) quoque subscripsit asserens, plicam ab *India orientali* circa a. 1287 ad Tartaros et Cosakos Ukraniae incolas translatam esse, ex quibus in Poloniam, Silesiam et Hungariam migravit. Interea in W. M. RICHTERI historia medica Rossiae nec verbum de plica invenire licuit. — DLUGOSSI (histor. Polon. Lips. 1711. T. VII. p. 849. 850). — CROMERI (de origine et rebus gestis Polon. Basil. 1558. p. 263). — SOLIGNAC

morbos Tartarorum propius inquirendum foret [5]). Fertur porro plica seculo decimo sexto, quo tempore imperantibus JAGELLONE et CASIMIRO IV. Polonia magnum cum Germania alebat commercium, ad Austriam et Bohemiam pervenisse [6]). Sunt contra, qui eam, antequam ad Poloniam venerat, jam in Alsatia, Friburgi in Brisgavia et in Helvetia variis sub nominibus [7]) notam fuisse, contendant. Interea certa de plica in Germania obveniente notitia ante annum MDLXIV non habetur [8]). Immo in ipsa Polonia primum certum, amplum, ac scientificum plicae documentum annum tantummodo MDXCIX attingit, quo scilicet tempore LAURENTIUS STARNIGELIUS, Rector Academiae Zamosciensis, consilium facultatis medicae Patavinae [9]), utpote *pro morbo novo* [10]), expetierat.

(*Geschichte von Polen, fortgesetzt von* PAULI. *Halle* 1763. p. 289).

4) C. WEESE *über die Plica polonica. Ein historisch-kritischer Versuch* (RUST *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 25. *Heft* 2. *p.* 301).

5) MICHALONIS Lithuani de morbis Tartarorum fragmina decem. Basileae 1715 (quod opusculum mihi invenire haud licuit).

6) SPRENGEL (l. c.) testimonio SOMMERSBERGI innixus (scriptor. rer. Silesicar. Vol. 1. p. 320).

7) *Marenflecht, Marenwirkung, Schrottlinszopf.*

8) STADLER apud H. SAXON. in op. citando.

9) Non *Ticinensis*, uti ALIBERTUS narrat (l. citando).

10) Id est, a 40 ad 50 annos noto.

rat. Scriptum hujusmodi HERCULI SAXONIAE [11]) et THOMAE MINADOO [12]) de plica disserendi opportunitatem dedit. At, eos nil nisi indigestas GALENI hypotheses in lucem edidisse, dolendum est. Idem de scriptoribus seculi decimi septimi, excepto quodammodo ABR. A GEHEMA [13]), valet. Ad eos pertinent: LUC. CAEL. FULGINATUS [14]), ANDREAS A GRAFFENBERG [15]), RODER. A FONSECA [16]), S. SCHULTZ [17]), ne de plurimis dissertationum auctoribus loquamur [18]). — Seculo decimo octavo

11) De plica, quam Poloni Godziec, Roxolani Koltun vocant. Patav. 1650.

12) Op. c. cui adjunctus est consultus, Paduae XV. Kal. Jan. 1599. de morbo cirrhorum sive helotide habitus.

13) De morbo vulgo dicto plica polonica ad Ex. virum D. Corn. Bontekoe M. D. Hagae Comitis apud Petrum Hagium 1683. 8°.

14) Consultatio de lue Sarmatica. Ferrar. 1600.

15) Dialog. VII. ad Sarmatas de novae Pokutiensis luis, quam cirrorum morbum vocant, natura. Vincent. 1600.

16) Consultatio de plica Polonica. App. ad Consult. med. Venet. 1618.

17) De plica explicata, sive de caussis, diagnosi, prognosi, curatione et praeservatione hujus morbi, cum addendis ROS. LENTILII (Miscell. acad. nat. curios. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 190. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. Append. p. 137).

18) ANDR. POSTHUMIUS diss. in qua novae Pokutiensis luis, quam cirrhosam vocant, natura et essentia examinatur. Vincent. 1600. — GEHLER diss. de plica. Basil. 1601. — COUSINOT ergo plica epidemica Polonis? Paris. 1606. — J. AGRICOLA diss. de helotide

octavo scripta de plica jam minus hypothesium et plus observationum exhibent, uti videre est apud ZWINGERUM [19]), BONFIGLIUM [20]), MICHALOWSKIUM [21]), ERNDTELIUM [22]), J. AMES [23]), SCHULZEUM [24]), VICATUM [25]), BISIUM [26]), J. F. HOFFMANNUM [27]), MUSTALLIER [28]), PERZYNA [29]), V. A.

seu de plica polonica. Basil. 1615. — ZEIDLER diss. de plica polonica seu novorum cirrorum symptomate. Lips. 1623. — BRENDEL diss. de plica polonica. Jenae 1630. — A. J. W. MUCHARSKIUS de plica polonica seu Cimagra morbo polono quaestio medica publica in archigymnasio Sapientiae universitatis Romanae ad disputandum a. 1647. — W. ROLFINKIUS diss. de plica polonica. Jenae 1658. — CRESSIUS diss. de plica, *Germ. Weichselzopf*. Heidelb. 1682. — BOESIUS diss. de plica. Jenae 1687.

19) Theatrum praxeos medicae. Venet. 1710. 4°. p. 393.

20) Tract. med. phys. de plica polonica. Wratislav. 1712. Cracov. 1720.

21) *Kalendarz Polski i Ruski. Krakow.* 1721. p. 30 (hypothesibus abundat).

22) Diss. de plica polonica. Lips. 1724. 4°. — Warsavia physice illustrata. Dresd. 1730. p. 153.

23) *Letter concerning plica polonica (philos. transact. y.* 1747. p. 556).

24) *Krankheiten in Polen und Litthauen. Dresd.* 1754.

25) *Mémoire sur la plique polonoise. Lausanne* 1775.

26) *De melancholia, mania et plica polonica.*

27) *Beschreibung des Weichselzopfs nebst einer Anweisung, wie man sich in dieser Krankheit verhalten müsse, um davon zu genesen. Königsberg* 1792. Et: *On plica polonica (Mem. of the soc. of Manchester. Vol.* 4. *P.* 2).

V. A. BRERA [30]), praecipue autem apud GILIBERTUM [31]), HIRSCHEL [32]) et DE LA FONTAINE [33]). Nec plurimae de eodem argumento dissertationes spernendae sunt [34]). Seculo currente de plica scripsere

28) *Praktische Abhandlung über den Weichselzopf. Wien* 1790.

29) *Lekarz dla włóscian. czyli rade dla pospolstwa w Kaliszu.* 1793.

30) *Lettera del Dott. Luigi Brera in Vienna al Sig. Dott. Giuseppe Frank in Pavia (nuovo giornale della più recente letteratura medico-chirurgica d'Europa. Vol.* 9. p. 65). — *Notions sur la plique polonaise (Actes de la soc. de méd. chir. et pharm. de Bruxelles: Aegrotantibus. T.* 1. *P.* 1. p. 117). Memorabilia de plica polonica omni aevo observata. Comment. prim. in: Sylloge opusc. select. Ticin. 1797. Vol. I. Commentatio altera ibid. Vol. III. 1799. Comment. tertia ibid. Vol. IV. 1799. Comment. quarta ibid. Vol. VII. 1807.

31) Adversar. med. pract. prima. Lyon. 1791.

32) *Briefe über verschiedene Gegenstände aus dem Reiche der Arzneywissenschaft. Theil* 2. *Brief* 4. p. 5 seq.

33) *Chirurg. med. Abhandl. verschiedenen Inhalts, Polen betreffend. Breslau* 1792. — *Lettre sur la plique polonaise* (SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 34. p. 161).

34) HYNITZSCHI diss. de plica polonica. Wittenbergae 1702. — L. E. BINNINGERI diss. de plica polonica. Basil. 1702. — J. F. BACHSTROHMIUS diss. de plica. Hafn. 1723. — STABELIUS diss. exhibens singulares observationes de plica polonica. Hal. 1724. v. HALLERI collect. disp. pract. I. No. 17. — LUDOLFF de plica s. *Judenzopf.* Erf. 1724. — JUCHII diss. de

scripsere optime SCHLEGEL [35]), ALIBERT [36]), COLLAND [37]), HECKER [38]), NEUMANN [39]), CHROMY [40]), C. KACZKOWSKI [41]), — obiter, ut monuimus [42]), WOLFF-

trichomate seu plica polonica Sarmatiae endemica, ejusque medicina domestica. Erfordiae 1737. 4°. — LEMKEI diss. de plica polon. Rostoch. 1739. — M. SCHEIBA diss. sistens quaedam plicae pathologica, Germanis *Judenzopf*, Poloniae *Koltun*. Regiomont. 1739. — A. VATER programma de plica polonica. Wittemb. 1748. v. HALLER l. c. No. 16. — MEYER diss. theoria et therapia plicae polonicae. Hal. 1758. — TAUBE diss. de plica polonica. Helmst. 1765. — J. SEISSER diss. de plica polonica. Viennae 1770. — KORDALYI diss. de plica polonica. Hal. 1776. — GABRIELI diss. de plica polonica. Budae 1780. — SYDOW diss. de trichomate. Francof. 1798.

35) *Ueber die Ursachen des Weichselzopfes der Menschen und Thiere, die Mittel denselben zu heilen, in Kurzem auszurotten, und dem dadurch entvölkerten Polen seinen ehemaligen blühenden Wohlstand wieder zu verschaffen. Jena* 1806.

36) *Description des maladies de la peau. Paris* 1806.

37) *Nachricht von der medicinisch-chirurgischen Lehranstalt an der uralten Universität Krakau. Wien* 1806. p. 89. *Abschnitt* 4. *Vom Wichtel- oder Weichselzopf Koltun.*

38) *Gedanken über die Natur und die Ursachen des Weichselzopfes. Berlin* 1810.

39) *Beiträge zur praktischen Arzneywissenschaft.* p. 221.

40) *Neueste Ansicht des Weichselzopfes in seiner Grundursache. Freib.* 1813.

41) Diss. de plicae polonicae in varias, praeter pilos, corporis humani partes vi et effectu. Vilnae 1821

Wolffram[43]), Larrey[44]), Boyer[45]), Ch. Gasc[46]) aliique[47]), item J. B. J. Berends[48]), G. G. Anderssen[49]) et Chamseru[50]). Laude digna conamina

(Haec dissertatio et in delectu meo opusculor. med. pract. ad usum med. Italiae et Rossiae locum obtinet).

42) Acta mea clinica ann. 3. 4. 5. 6. Lips 1812. p. 39. *Mémoire sur l'origine et la nature de la plique polonoise. Vilna* 1814.

43) *Versuch über die höchst wahrscheinliche Ursache und Entstehung des Weichselzopfs, nebst einer sichern Heilung desselben. Breslau.*

44) In *Bulletin des sciences médicales par la soc. méd. à Paris* 1808. *Fevrier.*

45) In *Journal de médecine continué. Vol.* 15. p. 352.

46) In *Mémoires de la société de méd. de Paris. T. I. P.* 2. 1817. p. 173. 289.

47) Boullon *sur la plique* (*Mém. de la soc. méd. d'émulation. An.* 5. p. 248). — Marie *de la plique polonoise* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 21. p. 380). — Mouton *notes sur la plique* (Graperon *bulletin des sc. méd. T.* 1. p. 85. 118). — Franck *idées sur la plique polonaise* (ibid. p. 92). — Vassal *mémoire sur la plique polonaise* (ibid. *T.* 2. p. 83. 134). — F. Raisin *recherches sur la plique polonoise, lues à la société de méd. de Caën dans sa séance du* 5. *Janv.* 1808. (*annuaire de la soc. de méd. du département de l'Eure pour l'année* 1809. *A Evreux* p. 127).

48) De dubio plicae polonicae inter morbos loco. Francf. 1801.

49) Diss. de plicae polonicae origine et curatione. Erf. 1805.

50) *Observations sur la plica polonica de l'homme et*

namina sunt GEMBITZKI [51]), F. CHR. VALTER [52]), A. LABERI [53]), J. R. HUET [54]), L. J. GADOWSKI [55]), WOLFF [56]), HARTMANN [57]), H. L. PUPKE [58]), WEDEKIND [59]), V. SZKLARSKI [60]), W. STEINKÜHL [61]), J. SCHLESINGER [62]) et E. BONDI [63]).

§. LXXI.

des animaux (SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 30. p. 62. 201). — *Mém. sur la plica polonica (mém. présentés à l'institut d. sc. mathém. et physiques. T.* 2. p. 132).

51) Diss. de singulari pilorum vegetatione morbosa, quam *trichoma* dicunt. Erf. 1808.

52) Diss. de plica polonica. Marb. 1808.

53) Diss. de plica polonica. Genuae 1810.

54) *Essai médical sur la plique polonaise. Paris* 1813.

55) *Diss. sur la plique polonaise. Paris* 1814.

56) *Ist der Weichselzopf eine Krankheit?* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilkunde* 1815. *März* p. 93).

57) *Kritische Untersuchungen über den Weichselzopf.* (ibid. 1819. *Julius*).

58) Diss. de plica polonica seu chiragra. Halae 1819.

59) *Glückliche Behandlung einer hartnäckigen Weichselzopfskrankheit (Rheinische Jahrbücher der Medicin und Chirurgie, herausgegeben von Dr.* HARLESS. *B.* 2. *St.* 1. p. 62). *Ueber den Weichselzopf* (HUFELAND's *Journal der pr. Heilk.* 1827. *Januar* p. 70).

60) Diss. de trichomate. Berol. 1823.

61) *Der Weichselzopf in Deutschland. Inaugural-Abhandlung. Hadamar* 1824.

62) Diss. de trichomate. Berol. 1827.

63) *Pathologie des Weichselzopfs. Berlin* 1828.

§. LXXI.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

1. Millenis observationibus innixi, ex labe plicosa [1]) repetimus: cruciatus ossium praesertim vertebrarum [2]), cephalalgias et hemicranias perpetuas [3]), dolores decursum nervorum faciei sequen- Labes plicosa.

1) Quum homines, qui ocyus serius in plicam incidunt, antea aliis quoque morbis fortuitis subjici possint; periculum, symptomata ad istos morbos spectantia labi universali plicosae adscribendi, continuo urget. Aliter id evitari nequit, quam maximam observationum copiam in auxilium ducendo. Pulchre CHABROL: „*Le principe suivant est un des premiers theorèmes de l'analyse de probabilité, savoir: que dans un nombre immense d'observations la multiplicité des chances fait disparaître ce qui est accidentel et fortuit, et qu'il ne reste que l'effet certain des causes constantes; en sorte qu'il n'y a point de hazard pour les faits naturels considérés en très-grand nombre*" (*recherches statistiques de la ville de Paris* etc. *Paris* 1826. p. X).

2) Communissimi hujus plicae symptomatis jam STARNIGELIUS meminit, aiens: „Magno omnium malo magnoque *cruciatu* divagatur: infringit ossa, laxat artus, vertebras eorum infestat, membra conglobat ac retorquet, gibbos efficit."

3) Symptomata haec decem in aegrotis vix semel desunt. Aegri inde diu noctuque excruciantur idque interdum per annos pene multos, puta octo antequam trichoma compareat, ut in virgine observavi. Genus doloris varium, in plurimis gravativum, terebrans et profunde e cranii cavo emergens. Cephalaea saepe sensum ac si humores ad caput niterentur socium habet.

quentes [4]), vertiginem [5]), somnia terrifica, lipothymias [6]), sensum vacui cujusdam interni [7]), pavores [8]), taedium [9]), melancholiam, maniam [10]), morbos

4) Dolores hujusmodi cum iis neuralgiae facialis magnam alunt similitudinem; si excipias hos potius periodice recurrere, illos vero perpetuo plus minus aegrotos excruciare. Pluries genuinam prosopalgiam, uti a Fothergill describitur, in plicosis observavi, num fortuito nec ne, non auderem determinare.

5) Cephalalgias et hemicranias plicosas pluries in vertiginem transivisse, aut alternatim cum iis aegros invasisse, observavi. Aliquando vertigo hic est caduca.

6) Ancilla ex provincia Pinsk, quam a. 1816. curavi, minima porrecta occasione, e. c. guttam sanguinis conspiciendo, aut narrationem terrificam audiendo, in lipothymiam incidere erat solita; ab eo autem tempore a quo trichoma evolutum est lipothymiis non amplius subjicitur. Rustica in clinico Vilnensi mense Decembri a. 1816. a matre plicosa generata, multis prodromis plicae obnoxia, eodem pacto lipothymiis, e regione epigastrica orientibus, aliquando absque nota caussa invadentibus obnoxia erat.

7) Nunc regio cordis, nunc illa lienis aut ventriculi eodem pacto, ac si *vacua* esset, ab aegro judicatur.

8) Praecipue hoc symptoma inter Judaeos plicosos obvenit, ita ut solitudinem aeque ac consortium hominum respuant.

9) De vitae taedio quidem multi plicosi conqueruntur, at nunquam usque ad suicidium.

10) Tum melancholia tum mania saepius ex plicosa diathesi oritur, praecipue si aegri potui alcohol indulgeant. Plurimi ita hallucinantur, ut de liene aut utero per abdomen vagantibus et latrantibus conquerantur.

morbos oculorum [11]), praesertim intolerantiam lucis [12]), lacrymationem [13]), oculorum ariditatem [14]), sensum lucis repentinae ante oculos [15]), hemeralopiam [16]), diplopiam [17]), amaurosin [18]), cataractam, gravedinem, stricturam immobilitatemque oculorum [19]), strabismum, ophthalmitidem,

11) Morbos oculorum ex vitio plicoso orientes primum illustravit LA FONTAINE; vestigia ejus legere conatus sum in tractatu meo de morbis oculorum.

12) Citra omnia inflammationis indicia ea obvenire solet.

13) Oculi nonnullorum continuo lacrymis innatant, et sunt qui ob id aegre viam, quam pergunt, observent.

14) Mense Januario a. 1816. feminam 34 annorum summopere plicosam Vilnae curavi, quae oculi praecipue dextri tantam experiebatur siccitatem, ut ipso sub fletu, ex opposito dumtaxat latere prorumpente oculus ille minime humectaretur.

15) Judaeus plicosus, in cubiculo obscuro degens, illud aliquando inopinate sibi inclarescere retulit. Idem unicus porro est plicosus, qui de *nimia ad venerem proclivitate* mihi querelas faceret.

16) Hemeralopia saepius fortuito plicam comitatur, praecipue in nonnullis provinciis, ubi ea endemice regnat, e. c. in quibusdam Volhyniae et Ukrainiae locis, interdum vero uti proprium plicosum symptoma obvenit.

17) Bina exempla diplopiae in plicosis conspexi, ac aegri eadem prorsus ratione ac pellagrosi de hoc malo rationem reddebant.

18) Plurima hujusmodi exempla observavi.

19) Tantam interdum hic oculorum immobilitatem observavi, ut aeger varia eum circumdantia objecta non

dem, psorophthalmiam, sociis trichiasi et distichiasi [20]), hypopyon, aurium continuum susurrum, tinnitum, bombum sensumque sive grylli in aure reptantis [21]), sive venti ex meatu auditorio prodeuntis, auditum duplicem [22]), surditatem; narium siccitatem et ozaenam; dentes substantia vitrea orbatos, cariosos, cum gingivis caeterum saepe [23]) optime constitutis, halitum foetentem, siccitatem linguae, ejus nigredinem [24]); glan-

aliter, quam totum caput circumvertendo, cernere potuerit.

20) Distichiasis existentiam Cl. SCARPA in Lithuania non negaret.

21) Commune admodum plicae symptoma. Tanta esse solet hujus generis halucinatio, ut aegri etiam perfecto caeterum judicio dotati ideae illius insecti in auribus vel in ipso etiam cerebro nidulantis, irritis omnibus persuasionibus valedicere nequeant.

22) Rarissimum hoc symptoma semel tantum mihi obvenit. In utraque aure id locum obtinuit, ac aegra asserebat, se verba ab *uno* prolata, ac si a *duobus* simul proferrentur, percipere.

23) Epulidis insolitae magnitudinis cum mandibulae corruptela in puella decenni parentum plicosorum sobole meminit W. PELICAN in *Pamiętnikow Towarzystwa Lekarskiego Wilnenskiego. T. II.* p. 289. cum tab. aenea et WOYTKOWSKI in diss. de syphilide. Vilnae 1820.

24) Plurima notavi exempla, inter alia illud Principis plicosae. Linguae praecipue basis atramenti instar nigra apparebat, papillis ita elevatis, ut simul hirsuta videretur.

glandulas sublinguales tumidas, a venis varicosis circumdatas; tumorem saepe enormem glandularum submaxillarium colli; faucium ulcera, uvulae praesertim infensa; sensum tensionis ab occipite descendentem collumque complectentem; gravedinem pectoris; catarrhum chronicum, phthisin simulantem ac sputis purulentis candidis aliquando insignitum [25]); frequentem cordis palpitationem [26]), sensum ardoris sub sterno [27]), pulsum admodum debilem; extremitates subfrigidas

25) Apud BUCHNER (miscellanea physico-mathematica a. 1728) feminae cujusdam Polonicae narratur exemplum, quae a medicis Cracoviensibus et Billicensibus hectica febre laborare existimabatur; et quum huic morbo indicata remedia nil praestare potuissent, tandem salutis spem deposuerunt. Aegrota ad FISCHERUM confugit, qui plicosum morbum adhuc latentem judicans, illam intra decem dierum spatium pristinae restituit sanitati, intricatione non solum pilorum, sed et unguium defoedatione, ut et efflorescentia furfuracea in habitu cutis externae sese demonstrante. Similia in tractatu meo de phthisi pulmonali enarravi.

26) Cordis palpitatio frequentissime apud feminas plicosas obvenit, ac interdum vanam morbi cordis, sive vasorum majorum, suspicionem movet. KACZKOWSKI (l. c. p. 9) duo exempla refert, unum agricolae apud quem plicam detonsam maxima cordis palpitatio sequuta est, quae nonnisi restaurata plica cessavit, alterum hominis, qui, recisa plica, symptomata angoris pectoris exhibuit.

27) Animadvertentibus jam BACHSTRÖMIO et ERNDTELIO.

das lividasque [28]), dolores sub unguibus, formicationis sensum inter cutem; ciborum desiderium deletum, picam, insuperabile liquorum fermentatorum desiderium, oppressionem epigastrii [29]) et cardialgiam [30]), vomitum [31]), tensionem hypochondriorum [32]), praecipue regionis hepaticae [33]), singultum [34]), borborygmos, ructus, sensum globi sese in abdomine rotantis [35]), alvum tardam [36]), haemorrhoides [37]); varices extremitatum

28) Ut in morbo caeruleo, in cujus tractatu de hoc symptomate fusius loquutus sum.

29) De hoc symptomate aegri fere omnes conqueri solent.

30) Nisi forte sedes doloris potius in plexu solari, quam in ventriculo locum obtineat.

31) Vomitum rebellem, spatium duorum mensium perdurantem, et solummodo ab eruptione plicae sedatum nuperrime vidi.

32) Aegri interdum ob hypochondriorum dolorem corpus flectere nequeunt.

33) Hepatis morbi chronici in Lithuania communes sunt ac saepe cum plicosa diathesi cohaerent.

34) Singultum per mensem protractum, et evoluta plica profligatum, observavi.

35) Citra taeniae latae, in Lithuania familiaris, praesentiam, sensus globi in abdomine rotantis a plicosis nonnullis percipi solet.

36) Constantissimum symptoma, drasticis et clysteribus vix debellandum, sistit. Vidi alvi obstructionem ultra mensem protractam, et enemata absorpta.

37) Haemorrhoides in regionibus septentrionalibus, etiamsi plicae non faventibus, saepe occurrunt et ni fallimur ubique locorum de die in diem frequentiores reddun-

tum inferiorum [38]); fluorem album [39]), menstrua irregularia, serosa, foetentia; urinam turbidam, sedimento copioso, nunc lateritio, nunc puriformi praeditam, aliquando veluti in diabete copiosam [40]), aliàs suppressam [41]); transpirationem specifice olentem [42]), anaesthesiam tactus [43]); tumorem ultimarum digitorum phalangum, exostoses [44]), tophos [45]), spinas ventosas [46]), osteosarcoses [47]);

tur, at nullibi evidentiores, et constantiores, quam in plicosis, observari solent. Saepe haemorrhoides hìc in juventute jam omnes limites excedunt.

38) Ulcera crurum antiqua ex varicibus et erysipelate communem Lithuanorum constituunt morbum.

39) Et citra plicosam diathesin fluor albus Lithuanis adeo familiaris est, ut plurimae eum nequidem pro morbo habere soleant. Longe autem gravius is plicosas afficit.

40) Non solum diabetem in plicosis observavi (acta mea clinica Vol. III. p. 92), sed saepius illo morbo absente nihilominus enormem copiam urinae ab iis redditae admiratus sum.

41) Per triduum urinam primum suppressam, ac dein involuntarie fluentem, conspexi in plicoso.

42) Gilibert *Sammlung prakt. Beobacht. Leipz.* 1792. p. 313.

43) Acta mea clinica Vol. III. p. 33.

44) Percyna l. c. p. 20. — Kaczkowski l. c. p. 6.

45) „Non solum autem cartilagines et tegumenta relaxat, sed et quandoque ipsa erodit, unde eorum succo nutritio effuso proveniunt calli, tophi et ganglia" (Bruningerus l. c. p. 8).

46) Stabel l. c. hist. I. et II.

ses [47]); erysipelas habituale, potissimum crurum; spasmos, motus convulsivos et paralysin variarum partium; contractiones membrorum [48]); ungues deformes, arcuatos, carie sicca laborantes [49]), deciduos [50]); impetigines varias, praecipue guttam roseam, porriginem, vitiliginem, squamas et tubera, herpetem rodentem ulceraque phagedaenica cutis, praesertim labiorum, mammarum [51]). Stadium, sub quo plura ex hisce symptomatibus animadvertuntur, interdum ad decem, quindecim annos protrahitur, plerumque autem inter primum [52]) et tertium annum absolvi solet.

2. Plica

47) Kaczkowski l. c.

48) „Retorquentur membra, conglobantur concatenatae vertebrae, totusque homo a tam superba structura in monstrum transformatur gibbosum" (Gehema l. c.).

49) Centena mihi obvenerunt exempla, inter quae illud fratris magistri cujusdam Gymnasii Vilnensis, pro quo die 2. Martii 1816. in consilium ductus sum, maxime memorabile est. Vir iste quondam plica laborans, quoties crines illi ornatus gratia resecantur, donec iterum succrescant, melancholicus redditur. Manus impetiginem herpetis miliaris formam exhibentem offert. Ungues manuum fere omnes corruptae sunt. Continuo mutantur, novis unguibus antiquas magis cariosas expellentibus, ita ut antequam opus expulsionis absolutum sit, hae ungues supra digitum promineant.

50) Mangetti biblioth. med. pract. Genev. 1695. art. Plica p. 296.

51) Constant. Porcyanko diss. de labiorum cancro. Viln. 1818.

2. Plica nunc sensim, nunc derepente, inprimis praevio somno diuturniori [53]), aut accedente animi pathemate [54]), e. c. terrore a fulminis vicini ictu [55]), evolvitur. Evolutionem hujusmodi saepe febris comitatur, instar nunc intermittentis, nunc continuae rheumaticae decurrens ac crudeli cephalalgia cum multis sudoribus *iisque foetidis* stipata. Aliàs plicae evolutio, etsi repentina, sine febre et sudoribus, placide contingit [56]). Hinc inde febris, nequaquam ad plicam spectans atque omnino accidentalis, e. c. typhus, evolutioni plicae ansam porrigit, quod et de puerperio [57]), de variolis [58]), de scarlatina [59]) etc. valet. Evolutio plicae.

Atque

52) Dolores plicae futurae eruptionem enuntiantes utplurimum ad *semestris spatium* extendi refert Ehrndtelius (l. c. p. 159).

53) Per hebdomadem, vix trium horarum spatio in nychthemero, vigilabat aegra quaedam ante plicae eruptionem.

54) Die 20. Junii 1816. plicam spatio *duarum horarum* evolutam vidi in femina a furto perpesso terrefactâ.

55) Kaczkowski l. c. p. 17.

56) Sic in ancilla, de qua supra (6). Crinibus formosis iisque longis instructa, quotidie eos pectinare solebat, cum uno mane, sine ulla obvia caussa aut inconsueto symptomate, capillos ad occiput intricatos et verum trichoma constituentes viderit.

57) Multa plicae sub puerperio evolutae numero exempla.

58) De la Fontaine l. c.

59) Unicum solummodo casum plicae post scarlatinam evolutae observavi.

Atque hae sunt observationes, quae errori (inexcusabili pro medico in Polonia degente) ansam dederunt, plicam nil aliud esse nisi *effectum omissae pectinationis sub morborum longiorum curriculo* [60]).

Formatio plicae.

3. Ipsa sequenti modo formari solet plica. Plerumque sudor viscidus e parte capillata capitis manans, capillos ad basin conglutinat ac obducit. Nisus hic capillorum ad conglutinationem tantus est, ut Judaeus nobis obvenerit, cujus mitra ita cum crinibus cohaeserit, ut eam removere amplius vix potuerit. Haud raro autem *vel absente sudore* crines ad apicem intricantur. Capilli adeo ad implicationem tendunt, ut, si etiam liceat eos, incipiente morbo, ad vesperam separare, altera mane iterum intricati inveniantur [61]). Plicâ autem omnibus numeris absolutâ, crinium implicatio

60) „*Der Weichselzopf nun ist meiner Ueberzeugung nach nichts mehr als eine gewöhnliche Haarverwirrung, wie sie sich überall in allen Ländern und Klimaten, unter sie begünstigenden, bald näher zu erörternden Umständen ereignet*" (Wolff l. c. p. 101).

61) Inter multa ejusmodi exempla illud nobilissimae feminae W. mihi die 10. mensis Novembris 1818. visae eminet. Haec super universum caput crines badios, ad occiput (*Chignon*) autem fere flavos habuit. Hi flavi crines facillime implicabantur; et quoties aegra eos solvere tentabat, capitis dolor illi habitualis augebatur, succedente postea aurium tinnitu. Crines ejusmodi, unguentum capillare non admittebant, ideoque siccissimi erant, reliqui badii normales.

catio nullo pacto solvi potest. Est vero plicae figura varia: consistit enim nunc in fune solitario [62]), alterutrum vel alterutrinque capitis latus occupante [63]), apice vel acuminato [64]), vel recurvo [65]), vel crasso [66]), instructo, nunc in funibus plurimis [67]) aut laceratis [68]), aut spiralibus [69]), nuncque placentis, nido avium vel tiarae similibus [70]). *Funes* veluti capilli sani, integumentis cranii adhaerent. Nonnunquam inter eos areae observantur. Longitudo varia [71]). *Plica tiarae formam referens*, incipiente morbo fere immobilis capiti affixa est; eo autem senescente, sub-

62) Plica longicauda ALIBERTI l. c. Tab. IX.

63) P. longicauda lateralis Ejusd.

64) P. longicauda fusiformis Ejusd.

65) P. longicauda falciformis Ejusd.

66) P. longicauda clavaeformis Ejusd.

67) P. caput-medusae Ejusd. Tab. VI. VII.

68) P. caput-medusae laciniata Ejusd.

69) P. caput-medusae cirrhata.

70) P. cespitosa.

71) Exstat in museo historiae naturalis Dresdensi plica quatuor ulnas longa, palmam lata, duosque pollices grassa. Vide: ABR. VATER casus rarissimus plicae polonicae enormis, *with a letter from Sir* CONRAD SPRENGELL, *together with an article from Breslauer Sammlung von Natur und Medicin — upon the same subject; translated by* MORTIMER (*physical transactions. y.* 1731. p. 50. 51); et J. TH. KLEIN *letter — of the plica polonica mentioned in philos. transact. y.* 1731. p. 50. 51. *and of a very large tumor of the eye* (*philos. transact. y.* 1732. p. 427).

subcrescentibus capillis sanis, magis magisque a capite distare ac mobilis reddi incipit. Pondus illius ab unciis quatuor ad libras duas, tresve et ultra [72]) ascendit. Universa superficies cranii in plica recenti a rudiori attactu dolore afficitur, at nunquam crines ipsi sensu instruuntur. Fabula quoque est, crines sanguinem fundere. Bulbi aliquando intumescunt ac inflammationis fere vestigia exhibent, capillorum vero diameter normalis manet. Superficies integumentorum capitis hinc inde achores offert. Pediculi sat raro in plicosis occurrunt [73]). Haud commune est, plicam ad barbam [74]), ad crines subaxillares [75]), vel pubis [76]), vel ad loca crinibus solito non obsessa [77]) oriri. Formam autem tunc constanter funium induit.

Plica

72) Librarum quatuor, sex, apud Bachström l. c.

73) Sic et Chromy testatur l. c. p. 15.

74) In nonnullis Judaeis Lithuaniae conspexi. Cfr. J. A. Hünerwolff de plica polonica in barba (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 8. 1689. p. 210).

75) Vidi Vilnae in centurione militum polonico D^nae^ Kuczewskae fratre.

76) Duo mihi obvenerunt exempla in feminis, illis tamen non aequiparanda quae describuntur a Paullini: Plica vulvae mulieris (misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. append. p. 10) et a J. Jac. Mangetti (bibliotheca medico - practica. Genev. 1695. art. Plica).

77) Fertur de plica aliquot ulnarum *per umbilicum* cujusdam viri prodeunte (Rzaczynski actuarium hist nat. polon. p. 470).

Plica recens et madida foetorem specificum spirat, antiqua odore destituitur.

4. Evoluta plica, symptomata universalia remittere, quin immo evanescere solent. Verum haud raro continuant, aut et majori vi saeviunt. Tale inprimis accidit infortunium, si evolutio imperfecte contigerit, aut quocunque demum modo impedita fuerit [78]). Hoc in casu morbus unguibus longe magis infensus est. In genere, levamen a plica evoluta, pro tempore solum locum habet. Post annum enim unum vel alterum saepe cuncta recrudescunt symptomata, donec secunda sequatur crinium affectio. Sunt qui quatuor, sex, decem, morbi accessus patiantur. Interea corpus magis magisque labefactatur, habitusque aegrorum luridus et fere specificus evadit. Apud multos ulcera foeda, adspectu cancrosa, sed lentius serpentia, ad extremitates potissimum, in conspectum veniunt. Nec rarum est, genuinum cancrum labia, nasum, frontem, genas, mammas, devastare. Ossa facile cariosa fiunt. Musculorum vis evanescit, ac illi extremitatum marcescunt, rigescunt. Tandem, praeter tabem omnem aliam excedentem [79]), hydrops, scirrhus viscerum, phthisis pulmona-

Reliquiae.

78) S. S. Anhorn ab Hartwiss ex plica sponte et improviso amissa steatoma (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. p. 40).

79) Si pellem excipias, sceleton te coram habere putares. Miratus sum, vestigia musculorum relictorum, adhuc vim ossa movendi, habuisse.

monalis, scorbutus, miserrimae vitae finem imponunt.

P. recenter acquisita.

5. Plica recenter acquisita, cujus nullum in propria praxi numeramus exemplum, cum symptomatibus evolutionis trichomatis incipit, ac dein sensim sensimque universum corpus aggreditur, quo facto morbus, veluti plica jam diu in corpore delitescens, decurrit.

Necroscopia.

6. Plurima cadavera hominum *cum* plica demortuorum, nullum vero *ex* plica secuimus. In illis fere semper hepar morbosi quid offerebat, nunc enim volumine auctum, nunc scirrhosum, nunc friabile et acinosum, conspiciebatur. Praeterea tum in jecinore, tum aliis in visceribus saepe massas sic dictas encephaloideas deteximus. Cerebrum, medullam spinalem, nervosque paris potissimum quinti et cervicales praecipue examinandos esse, iterum iterumque discipulis nostris inculcavimus [80]).

Analysis chemica.

7. Non laudandum, sed nostrae non adscribendum culpae, quod non ex Lithuania analysin crinium plicosorum sed ex Gallia usque depromere coacti sumus. Enim vero praeter analysin ab Aliberto publici juris redditam [81]), secunda adhuc desideratur. Docet autem illa, crines plicosos eadem ac sanos circiter exhibere principia, sed minori

80) Saepe dolui reliqua muneris mei negotia, quominus me omnino examini plicae dicassem, obstitisse.

81) l. c. §. 143.

minori quantitate, praecipue minus sulphuris, minus phosphatis et carbonatis calcis, minus ferri, et nullum sulphatem calcis, nullumque oleum. Praeterea longe facilius in aqua solvitur substantia crinium plicosorum, quam sanorum. Optandum foret, ut chemia non solum crines, sed et alios humores, praecipue urinam plicosorum examini subjiceret, et quidem non in morbo jam provecto, sed in recenti, tempore evolutionis trichomatis.

§. LXXII.

Caussae.

1. Plica nulli aetati parcet, vidimusque infantes [1]) primum necdum annum attingentes et senes decrepitos, hoc morbo detentos. At, haec rariora sunt exempla et in genere plica inter pubertatem et senium obvenire solet. Plicae connatae, LAFONTAINE observatae, nullum propria praxis nobis casum suppeditat. Feminae aeque ac mares a plica afficiuntur. Nulla corporis constitutio ab ea immunis est, vidimusque homines robustos, floridos, obesos, plicam, saltem recentem, summo in gradu exhibentes. Capillorum color nequaquam in plicam imperium exercet. Maxime rustici Praedisponentes.

1) J. CHR. HERT de plica polonica in infante quatuor annorum (misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. 1685. p. 204). Plura infantum plica correptorum narrantur exempla in: RUST *Magazin der gesammten Heilkunde B.* 18. *Heft* 3. p. 443—455.

stici et Tartari *) illi subjiciuntur; accedunt men dicantes, sequunturque Judaei 2), longe minu saltem in Lithuania, huic morbo obnoxii, quar vulgo creditur. Eum vel in splendidissimis oc currere familiis nemo medicorum in earum my steriis initiatus ignorat; probrosus enim morbu illis est. Quocunque autem in civium ordin plica appareat, saepissime ea vitium haeredita rium, et haud raro ab avis ad nepotes trans liens, sistit. Corrupti autem nonnullorum more investigationem originis interdum arduam red dunt; immo, hac ipsa ex caussa, plica nonnun quam in alienis regionibus a viatoribus poloni disseminari videtur 3).

Excitantes. 2. Latens plicae germen, a caussis permulti ocyus serius evolvitur, in quibus, si primam hu jus morbi rationem quaeris, maxime erras. Per tiner

*) Plicam frequentissime inter *Tartaros* provinciam Vi nensem inhabitantes inveni.

2) A. Stegmann de plica Judaeorum (misc. acad. na cur. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 57).

3) Cum exercitus Polonorum a. 1813 et 1814 per Ge maniam et Galliam, et antea per Hispaniam, vagat sit, atque multae feminarum cum militibus omniu ordinum procul dubio commercium habuerint, n plicae ipsius, saltem labis plicosae apparitionem alienis regionibus, praedicimus, ac medicorum hoc attentionem mature excitamus. Cfr. interea G dowski *sur une plique polonaise observée sur une P risienne (Bulletin de la Faculté de méd. et de la s de Paris. a.* 1818. p. 36).

tinent huc praecipue frigus, calor, humiditas, victus acris, animi pathemata, neglecta mundities et violentiae externae [4]). Quamvis enim SCHLEGELIO caussam plicae in Polonorum caput radendi more quaerenti [5]) assentiri non possimus, cum trichoma et in partibus tectis et apud Judaeas crines continuo cooperientes obveniat; attamen frigus, inprimis capiti incaute admotum, multum in plicae generationem influere, haud dubitamus. Certe non sine peculiari ratione Poloni utriusque sexus, caput plus, quam reliquae gentes, hiemali tempore velamentis varii generis custodire solent. Qui id negligunt extranei, facile habituali cephalaeae obnoxii fiunt. Interea sicuti extrema saepe se tangunt, ita et hîc, abusus velamentorum capitis ad plicam excitandam valet. Revera plica frequentius aestivo quam hiemali tempore evolvi observatur. Evolvitur autem praecipue in regionibus humidis et uliginosis, in locis scilicet, in quibus vel Vistula, vel alia flumina ob frequentes inundationes paludes producunt, aut ubi aquae ex nivis liquefactione aut ex pluviis stagnant et a solo non arenaceo aegre absorbentur [6]). Mirum itaque non est, caussam plicae in aquis a Tarta-

ris

4) J. M. FEHR de plica ex vulnere capitis (misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 2. 1683. p. 1).

5) l. c.

6) In Lithuania plica communissima est in districtibus *Luck* et *Pinsk*.

ris per Poloniam transeuntibus infectis quaesitam quondam fuisse [7]. Et victum ad generationem plicae apud praedispositos contribuere credimus, inprimis carnem porcinam, quam nostrates omnibus fere in morbis pro suspecta habent [8], aut halices aliisque pisces, quibus potissime Judaei vescuntur. Peculiare vegetabilium acidorum desiderium, quo non solum Poloni, sed et extranei inter eos viventes, incitantur, attentione hìc plane dignum est. Nil autem magis ad plicam producendam valet, quam animi pathemata, inprimis terror [9]. Immundities hìc non aliter, quam in reliquis morbis cutaneis agere videtur. Extra autem dubium est, plicam, saltem recenter evolutam ac humidam, contagiosam habere indolem. Communicatur inprimis per lactationem, per lectos, vestes et mitras. Plicae per coitum acquisitae nullum habemus exemplum. Ab equis aliisque animalibus pilo longo instructis, contagium plicae

7) PISTORIUS Florus polonicus seu polonicae historiae epitome nova. Gedani et Francofurti 1679. 12°. p. 96.

8) Rarissime vulgus Lithuanorum apud medicum quaestionem, *utrum liceat carnem porcinam comedere?* silentio praetereunt.

9) Vir robustus a cane terrefactus illico in plicam incidit. Rustica (de qua §. LXXI. No. 1. not. 6) narravit plicam propria in matre extemplo evolutam fuisse, quum filium in puteo submersum conspexerit. Plura quoque exempla trichomatum ex terrore ob incendia mortesque parentum vel amicorum numero.

plicae in homines transivisse [10]), haud veri simile videtur, quamvis trichoma tum inter illos, tum inter vaccas, canes, capras, vulpes, lupos observetur.

3. Plicae *caussam proximam* quaevis schola per proprias hypotheses explicare satagit; — at incassum. Immo, singulae hac in re disquisitiones non sine taedio perleguntur [11]) ac doctrinae incremento evidenter obstant. Nec ignoratio circa plicae naturam intimam iis mira videri potest, qui caussam proximam febrium intermittentium, inflammationum aliorumque morborum vulgarium profundius latere, quam quod oculo humano cerni possit, candide fatentur. Merum *impuritatis* plicam effectum sistere [12]), ex dictis sponte refutatur [13]). Proxima.

10) *Bibliothèque Britannique. Sciences et arts. Vol.* 26. *No.* 2. *a.* 12. *Juin.* 1804. p. 197. — Remer in Hufeland's *Journal der pr. Heilkunde* 1822. *März.*

11) „*Ich glaube daher mit vielem Grund den physikalisch - rationellen Urstoff dieses innländischen Uebels vorzüglich in der Aussenwelt (Anorgismus) suchen zu müssen, und hoffe mich nicht zu irren, wenn ich die erste Bedingniss zur Entstehung eines Koltons durch eine Entmischung der Säfte der angegriffenen Organismen von einer ganz besondern unverhältnissmässigen Mischung der Gas - Arten in der Atmosphäre der hiesigen Gegenden herleite*" (Chromy l. c. p. 40).

12) Absurda ista opinio jam seculo decimo septimo a Dawissonio, ex Scotia oriundo, ac medico regis Poloniae Joannis Casimiri in opusculo *de plica*, mihi nunquam viso jactata est. Confutavit illam Vopiscus

tur [13]) Neque de *indole venerea* plicae [14]) suspicio moveri amplius potest, si consideremus: eam vix aut ne vix quidem per coitum communicari, lentissime evolvi, ac mercurii virtutem non solum eludere, sed ab eo potius exasperari *). Caeterum plicam cum lue venerea saepe complicari haud nega-

FORTUNATUS PLEMPIUS artium et medicinae doctor in academia Lovanensi, in tractatu *de morbis capillorum et unguium* a. 1662. Lovaniae in 4° edito. Tractatui huic die 8. Octobris ejusdem anni epistola dedicatoria ad episcopum THEODORUM SKUMINOWICZ addita est. Episcopus professorem Lovanensem ad scribendum contra DAWISSONIUM excitasse videtur, qui rursus non tacuit. Saltem ab illo probabiliter proficiscitur opus in bibliotheca principis CZARTORYSKI Pulawiae contentum, sub titulo: *Theophrasti Veridici* Scoti doctoris medici Plicomastix seu plicae e numero morborum *ἀπόσπασμα*. Typis universitatis Abredoniensis in Scotia impressus, nunc vero Dantisci cum amplissimo S. R. Majestatis Privilegio venditur per Jacobum Pufflerum S. R. M. Bibliopolam a. 1668. 4°.

13) ERNDTELIUS jam medicos plicam ab impuritate repetentes irrisit, afferens exemplum ducis bellici, natione Poloni, qui post longam in Saxonia moram, tandem Pomaniae per paucos annos degens, *non obstante omni corporis cura*, cui propter sexus sequioris amorem maxime deditus erat, tantam in capite recepit plicam, ut eam vix peregrino capillitio contegere potuerit.

14) Hanc doctrinam WOLFFRAM et LARREY defendunt.

*) „Mercurialia, ab aliis quidem hoc in morbo laudata, plus nocuisse, quam profuisse, observavimus" (STABEL l. c. obs. 20).

negabimus. Nec *arthritis* utpote in universa Europa obvia et plus minusve periodica, de morbo unius tantum regionis endemico, atque perpetuo, rationem reddit. Secus *diathesis leprosa.*

§. LXXIII.

D i a g n o s i s.

1. Si enim consideremus: in plica pulsum esse constanter debilem, urinam jumentosam, turbidam, sedimento instructam, alvum tardam, cum flatibus et ructibus; transpirationem foetorem peculiarem prae se ferre; morositatem, melancholiam, formicationis sensum, varices, potissime haemorrhoides, tumores glandularum lymphaticarum obvenire; pilos et ungues praecipue laedi; cutim ulceribus defoedari ac tabem tot malis finem imponere, haecque ipsa esse leprae symptomata gentilitia [1]); et si consideremus tot adhuc in Europa revera exstare leprae reliquias [2]); clima septentrionale morbis leprosis minime obstare [3]), atque lepram haud raro cum plica uno eodemque in aegroto obvenire [4]); in opinione ex undeviginti

Est species leprae.

1) Cap. XX. §. LXII. No. 2. 2) ibid. §. LX. No. 5.

3) Regio hujus mali (leprae) inductrix est, tum quae valde calida est, tum quae *vehementer frigida* est" (Aetius tetrab. IV. serm. I. cap. 120).

4) Pluries *leprae tam squamosae quam nodosae cum plica connubium* in clinico Vilnensi ostendi, ostenderuntque discipuli domum reduces medicis Poloniae incredulis. Immo de hoc argumento in actis C. societatis Vilnensis memorabilem casum tradidi (*Historya*

ginti annorum experientia desumta, *plicam morbum sistere generis leprosi* (quidquid et docti [5]) et ignari [6]) objiciant) firmiter tenaciterque, contra morem nostrum [7]), viro dicto accedente [8]), persistimus. Persisteremus ista in opinione, etiamsi probaretur plicam non ex oriente, leprae patria, originem trahere, judicium enim nostrum de plicae natura, phaenomenis obviis non traditionibus dubiis inixum est.

Affinitas cum pellagra.

2. Plica cum *pellagra* nonnullas offert affinitates; sunt enim utrique morbi endemii, lento contagio instructi, haereditarii, rusticis inprimis fami-

prawdziwego trędu razem z Kołtunem w iedney i teyże samey osobie. Vid. *Pamiętnikow Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T. II.* p. 151). Conspicere quoque licuit plicosorum partes volumine enormiter auctas. Sic Erndtelius (l. c.) nobilissimae virginis plicosae meminit, cujus crus sinistrum tumorem (ut ejus verbis utar) *strumosum* maxime difformem exhibuerit. Hujus generis exempla etiam ab egregio Dre Wczelka Zytomirii in Volhynia praxin exercente, C. soc. med. Vilnensi communicata fuere. Similia descripsit Kaczkowski (l. c. p. 21). Maxime autem memorabilis est casus feminae, quae resecta sibi plica capitis, in monstruosum tumorem *colli* et *mammarum* incidit, cujusque imaginem in clinico medico Vilnensi exarari curavi.

5) Roussille-Chamseru l. c. 6) Jourdan l. c. aliique.

7) Exemplo esto ejuratio systematis Brunonis.

8) Harless *neues pr. System der speciellen Nosologie. Coblenz* 1826. *Zweite Hälfte. Erste Abth.* p. 513.

familiares, symptomatibus nervosis stipati, quae apparente vitio ad superficiem externam corporis sublevantur quidem, ac re ipsa tractu temporis quotidie invalescunt, donec, laesis unguibus, vires frangantur, ac tabes vel hydrops vitam, certe citius in pellagra quam in plica, terminet. Pellagra magis cum lepra squamosa, ac plica magis cum elephantiasi conveniunt.

An plica et in aliis regionibus obveniat.

3. Plica, *sporadice* et in aliis regionibus, praeter Tartariam et Poloniam, visa est, nempe in Silesia [9]), Bohemia [10]), Suevia [11]), Borussia [12]), Saxonia [13]) aliisque Germaniae locis [14]), ne de insula Ceylon [15]) loquamur. Constat quoque in Insubria equorum nonnullorum caudas speciem plicae (vulgo *foletto*) exhibere [16]).

Y 2 4. Inte-

9) Stachelbroth in *Archiv der prakt. Heilkunde für Schlesien.* 2. *B.* 3. *St. No.* 4.

10) Judaeam ex urbe *Collin*, prope Pragam, vera plica laborantem, Viennae vidi.

11) Gockelius, Gallicin. Cent. II. No. 16.

12) Hennings *Genius der Zeit.* 1799. *April.*

13) Vogler in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde.* 11. *B.* p. 40.

14) Holst ibid. 7. *B.* 4. *St.*

15) J. C. Metzlar *Bericht aangaande een Singalees, die op het eiland Ceilon, 'jets van dat geene aan zyn hoofd hadt, het welk naar de plica Polonica, of Poolsche vlecht geleek* (*Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 24. *Bl.* 459).

16) A. Brera (Memorab. de plica p. 43) de hac, ut ipse refert, *falsa plica* loquitur.

Plica spuria.

4. Interea non omnis capillorum implicatio illico pro *plica genuina* declaranda est. Datur enim trichomatis species, cui neglectus pectinis usus ansam porrigit, quodque ubicunque post diuturnos morbos obvenit. Plica haec *spuria* dicta, inter ipsos Polonos communis observatur, utpote qui dum morbis obscuris laborant, saepe consulto pectinis usum et capitis munditiem negligunt, spe, non semper inani, freti, depositionem materiae plicosae ad capillitium ita utiliter promoveri posse. Capillorum ista artificialis implicatio, integrum capillitium detinet, figuram irregularem exhibet, capiti minus adhaeret, mobilior est, patientia extricari potest, defluvium crinium socium habet, pediculorum saepe nidum constituit, ac potissime signis universalibus morbi plicosi destituitur.

Recondita plica.

5. Nisi progenies aegrorum aut probabilitas contagii suscepti indicio sint, *recondita* adhuc *plica* difficulter cognoscitur. Nec illius evolutio omnino ad diagnosin morbi plicosi requiritur. Sicuti enim febris variolosa aut scarlatinosa *sine variolis* aut *scarlatina* obvenire potest, ita et morbus plicosus *sine plica*. Interim nisi in crinibus, saltem in unguibus ocyus serius plicae indicia comparere solent. Antequam hoc contingat, de plica potissimum suspecti sunto (inter Polonos, Lithuanos et Volhynienses) morbi phthiseos pulmonalis symptomatibus insigniti, morbi nervorum (ii inprimis qui affectionem medullae spinalis indicant) aliique

aliique arthritidem aemulantes [17]), idque potissimum si *urinam jumentosam*, *dolorem epigastrii* et *susurrum aurium* (*plicae pathognomonica symptomata*) exhibeant, sique cruciatus spirante vento, comparentibus super horizontem nubibus (quibus aegroti plicosi prae aliis tributum persolvere debent) atque coelo admodum sereno reddito augeantur.

6. Plicam, quam *spuriam* vocant, nequaquam genuinae plicae speciem, sed vitium accidentale et locale capillitii sistere, quis non concederet? Sequitur inde, divisionem plicae in *veram* et *spuriam* omni fundamento destitui. Idem de divisionibus plicae ab ALIBERTO excogitatis [18]) contendimus, cum forma varia plicae caussas plane accessorias ac nullo pacto ad variam morbi indolem spectantes agnoscat. Sic, qui capite raso, excepto vertice, incedunt, *plicam* solummodo *solitariam* exhibere queunt; sic feminae, crines circumvolvere solitae, *plicam caput medusae*, viri autem quorum capilli libere pendent, *plicam longicaudam* offerre solent. Summi contra ea momenti est plicae divisio in eam, quae ex vitio totius systematis pullulat (*plica secundaria*), ac in eam, quae recenter acquisita est et solummodo periculum universalis infectionis minatur (*plica primaria*). Variae species.

Prae-

17) Et hoc sub respectu monita FISCHERI (apud BUCHNER l. c.) perlegere non poenitebit.

18) l. c.

Praeterea non inanis plicae divisio a *periodis* suis desumitur, quo sub respectu plicam, in *reconditam*, *recenter evolutam* et *senescentem* dividimus. Possent adhuc aliae plicae divisiones statui, prout morbus, unum prae alio corporis humani systema aggreditur. Hoc sub respectu animadvertimus vitium plicosum in *rusticis* maxime sub forma *ulcerum carcinomaticorum;* — in *urbium* autem *incolis*, sexus praesertim sequioris, potissimum sub forma *nevrosium* obvenire.

Complicationes.

7. Maxime tandem refert *complicationes* plicae cum aliis morbis rite eruere. Spectant huc morbi quotquot sunt acuti, variolis non exceptis [19]. Praeterea icterus [20] et, ut monuimus, lepra. Nulla autem complicatio frequentius occurrit lue venereâ, idque inprimis in Lithuania, ubi syphilis inter rusticos non solum per coitum sed et convivendo (*sibbens* et *scherlievi* instar) propagari solet. Quum jam ex simplici plica exostoses, tophi et ulcera faucium et narium emergant, arduum est hac de complicatione judicium ferre. Condylomata circa anum et genitalia (a nobis saltem in plica nunquam visa) potius pro syphilide

19) Sic aliquoties observavi, observavit quondam Helusigius (obs. phys. med. August. 1680. p. 134. obs. 37) in duobus juvenibus Polonis a. 1653 Ratisbonae degentibus.

20) Rite id animadvertebat Vehr (diss. de ictero fusco cum plica polonica ex suppressis menstruis. Fr. ad Viadr. 1708).

lide testarentur. Postremo et *scorbutica diathesis* haud raro cum plica societatem init, quod ex gingivarum potissime conditione, nec non ex haemorrhagiis, utpote plicae simplici non familiaribus, palam fit.

§. LXXIV.

Prognosis.

1. Plica morbum indies profundiores radices agentem [1]), rebellem, vix unquam radicitus evellendum sistit. Homines eo detenti, rarissime provectam aetatem attingunt (attamen feminam centum annorum plicâ detentam conspeximus [2])). Evidens hinc in plica defectus incolarum in solo polonico *una* invenitur ratio; reliquas alio loco enumeravimus [3]). Periculum.

2. Debita evolutio trichomatis, magnum quidem levamen reliquorum malorum, vel eorum pro tempore Semiotica.

1) Sunt quidem medicorum nonnulli praecipue Varsaviae, qui plicam de die in diem rariorem evadere contendunt. Foretne id scopo propriam circa morbum patriae indifferentiam excusandi, studiosorum plicae conamina deprimendi? Ut ut sit, respectu Poloniae, in Lithuania et Volhynia extra omnem dubitationis aleam positum est, plicam continuo magis magisque extendi.

2) Viduam ducis militum Kossakowski, qui victima seditionis a. 1793 Varsaviae cecidit. Per 52 annos plicâ laboravit, cujus trichoma Dresdae servatur (Vater l. c.).

3) Acta mea clinica. Vol. III. p. 37.

tempore absolutam cessationem sperare, at nunquam promittere sinit. Vidimus enim aliquoties morbum irrita plicae evolutione continuasse, immo hinc inde auctum fuisse. Cum emolumento contingere solent sudores habituales, urina crassa, haemorrhoides modice fluentes et erysipelas periodicum; e contra de gravi morbo testantur sensuum vitia, diuturna cerebri et nervorum mala et inprimis affectiones systematis lymphatici.

§. LXXV.

C u r a.

Prophylactica publica.

1. Plica publici regiminis attentione quammaxime digna est, nec eam *Borussia* sprevit [1]. Dolemus tantum in regionibus plicosis plurima adhuc rerum adjuncta legum medicinalium executioni obstare. Interea sequentes proponimus: 1. Ineatur, quantum fieri potest, *calculus* incolarum plicâ laborantium, saltem rusticorum et pauperum, quavis in provincia sive urbe. 2. Constituatur *medicus* unice negotiis de plica, in toto imperio moderandis intentus. 3. Erigatur *nosocomium*, vel dicetur pars nosocomii pro quodam plicosorum numero, ut morbus accuratissime examinari utque nova in eo curando pericula institui possint. 4. Esto ad latus hujus nosocomii *bibliotheca*, libros et dissertationes omnes continens, quae hucusque de plica publici facta fuere juris; item

1) Formey *med. Ephem.* 1. *B.* 4. *St.* p. 71.

item *museum pathologicum.* 5. Stabiliatur ab initio *praemium* modicum et annuum optimis circa plicam observationibus et promittatur elapso decennio *remuneratio* insignis quaedam meliori de hoc morbo operi. 6. Conscribatur *liber popularis*, quo vulgi attentio ad plicam dirigatur, praeconceptae opiniones deleantur et legibus medicinalibus promulgandis via quodammodo paretur. 7. Excitentur, quicunque circa plicae curam sive peculiare auxilium, sive aliquod secretum, possident, ad illud aut humanitatis aut remunerationis gratia patefaciendum. 8. Revocetur praecipue attentio parentum, ut in filiis matrimonio jungendis stirpis plicosae rationem habeant. 9. Vetentur rusticis plicosis matrimonia tum inter se, tum cum sanis. 10. Emendetur quousque possibile servorum conditio. 11. Remuneretur herus, qui ex proprio praedio plicam extirpaverit. 12. Subjiciantur severo examini praedia, ceteris paribus maxime plicae obnoxia. 13. Recludantur mendicantes plica affecti. 14. Vetetur plicosis introitus ad balnea publica, erigaturque ipsis proprium balneum. 15. Occupent plicosi loca segregata in scholis. 16. Necentur aut separentur ab aliis animalia domestica plicâ laborantia. 17. Moneantur medici et chirurgi, ne *vaccinam* ab infantibus de plica suspectis desumant, utque in *nutricibus* eligendis semper plicam coram oculis habeant. 18. Adficiantur gravi poena homines plicam consulto et dolose aliis com-

communicantes [2]). Tandem venditio vestium et pileorum obsoletorum prohibenda, vel saltem severae inspectioni subjicienda.

C. p. reconditae. 2. Aeger de *recondita plica suspectus*, tueatur se a refrigerio, evitet esum carnis suillae, piscium sale conditorum; abstineat a capillorum et unguium abscissione, immo a pectinis usu nec non ab itineribus in regiones plicae evolutioni *non* faventes [3]). Adeat potius contrarias, e. c. litora *Vistulae*, districtus *Luck* et *Pinsk* in Lithuania. Conducunt balnea, tum vaporis, tum alia tepida, inprimis sulphurea [4]). Item remedia excretionem alvinam sollicitantia et quidem potissime *radix rhei palmati*, *supertartras potassae*, *electuarium lenitivum* etc. Aegre prodeuntibus haemorrhoidibus *aloes* succurrit [5]). E contra iis tumidis molestisque, *hirudines* ano applicitae, conspicuum levamen afferunt. Simul, ut urinae secretionis et transpirationis summa ratio habeatur, oportet. Primo

2) Lex Borussica a. 1802.

3) Sunt Poloni, qui per universam fere Europam, ut a celebrioribus medicis adversus rebelles morbos chronicos auxilium quaererent, iter instituerint, verum continuo in pejus ruerent, donec ad patriam reduces salutarem experirentur plicae evolutionem.

4) Inter quae illa vaporis a Galés inventa.

5) Pilulas sequentes saepe utiliter praescripsimus: R. Extracti rhei drachmas duas. Extracti aloes succotrinae aquosi drachmam unam. M. f. pilulae granorum trium. Cap. ad vesperam sex.

Primo scopo *baccae juniperi communis*, alteri *sulphur* optime inserviunt. Jungimus sulphur *extracto* vel *hellebori nigri* 6), vel *conii maculati* 7), vel *stramonii*, vel *ledi palustris*, quae remedia hic reliqua narcotica virtute longe superant. *Opium* vix unquam prodest. *Mercurium* plicosis non convenire, multiplici experientia edocti sumus *), immo, excepta complicatione luis venereae, aperte nocet. Evidenter quoque sub illius usu externo ulcera plicosa exacerbantur. *Antimonium* nisi levamen afferat, saltem innocens remedium sistit. Nullum vero ex allatis pharmacis virtutem *herbae vincae pervincae* antecellit 8). Vulgus *herbam lycopodii*, non quidem *clavati*, ut fertur, sed *selaginis* vincae aequiparare solet, at remedium hujusmodi facile drasticam exerit virtutem

6) R. Extracti hellebori nigri drachmam unam. Sulphuris puri drachmas duas. M. f. pilulae granorum trium. Cap. ter de die tres.

7) R. Extracti conii maculati drachmam unam. Sulphuris puri drachmas duas. M. f. pilulae granorum trium. Cap. ter de die quinque.

*) Wedekind (l. c.) diarii Hufelandii p. 78. ex *singula* observatione concludit se in mercurio sublimato corrosivo specificum adversus plicam invenisse! Utinam bonus Vir a vero non aberraret!

8) R. Herbae vincae pervincae uncias tres. Aquae fortis fervidae libras tres. Stent in digestione per noctem. Mane ebulliant per quartam horae partem. Colatura D. S. decoctum nychthemeri spatio hauriendum.

tutem ac emesin excitat. Utimur tamen eo in decocto, vel extus ad partem capillatam capitis fovendam 9), cui scopo et *vincae pervincae* et *arbuti uvae ursi* 10) decocta inserviunt. Res acriores, quas nonnulli ad trichoma eliciendum in usum ducunt, e. c. *decoctum farinae sinapis nigrae*, *tinctura meloes cantharidum*, *unguentum tartari emetici*, plerumque nocent. In genere, quae nimium jam humorum affluxum ad caput promovent, evitanda. Extra hujusmodi periculum, *sinapismus* vel *vesicatorium* nuchae admotum pro tempore symptomata lenit. Nil autem ad plicam eliciendam magis refert quam *theca ex tela cerata subtilissima*, qua pars capitis capillata continuo arcte circumdatur. *Ulcera artificialia*, quamvis multam ac foedam largiri soleant evacuationem, raro conducunt. Multum levaminis *emplastrum* sive *de pice Burgundica*, sive de *galbano crocatum*, sive aliud simile 11) secundum longitudinem totius columnae vertebralis appositum affert.

C. p. recenter evolutae.

3. Tempore, quo *plica evolvitur*, aut quo ea vix

9) R. Herbae lycopodii selaginis uncias duas. Coque c. s. q. aquae per dimidiam horam. Colatura librae unius D. S. usui externo.

10) R. Herbae uvae ursi unciam. Coque per dimidiam horam c. s. q. aquae. Col. librarum D. Sr. pro usu externo.

11) R. Emplastri vesicatorii drachmas sex. E. conii maculati. E. assae foetid. aa. uncias duas. Malaxetm.

vix evoluta est, pharmaca haud saepe locum inveniunt. Optime enim sola natura evolutionis opus absolvit aut firmat. Hoc opus quum raro sine majori humorum versus caput affluxu locum habere possit, a revellentibus, evacuationibusque cruentis abstinendum; nisi caput gravissime afficiatur, febrisque vigeat, quo in casu hirudines utique ad tempora, balnea pedum, et lenia alvum purgantia indicantur. E contra, deficientibus ad plicam perfecte expellendam viribus, *vesicatorium* vel *sinapismus* ad nucham, lotio capitis cum *vino calido* et usus internus remediorum *antimonialium* cum *camphora* aut *moscho* prosunt.

4. Plane *absoluta plicae evolutione*, symptomata universalia plus minusve aut evanescunt, aut perstant. Hoc in casu methodus adversus plicam reconditam iterum in usum ducitur; aliàs, ut aeger vel a reliquiis morbi liberetur, quaestio est: *an trichoma abscindere liceat, nec ne?* — Licet abscindere, si plica fuerit omnino evoluta, antiqua, sicca, inodora, a capite distans et si sani capilli succrescant; — aliàs summo periculo stipatur illius resectio [12]), subsequentibus inde strabismo, amaurosi, contractione musculorum, suppressione urinae, convulsionibus, balbutie, mania [13]) et morte [14]). Interea haud raro mala, quae abscis- C. P. senescentis.

12) J. J. Neuhold de damnis ex plica polonica abscissa (acta acad. nat. cur. Vol. 3. Append. 158).

13) G. Chr. P. ab Hartenfels de mania ex plica ab-

abscissioni plicae adscribuntur, morbo plicoso per se adscribenda forent. Sicuti enim plurimae tum febrium intermittentium, tum luis venereae reliquiae, cinchonae et mercurio, etiamsi debito modo administratis, tribuuntur; ita saepe relate ad abscissionem plicae contingit. Caeterum, re dubia, plicam potius relinquimus, quam abscindimus. Indicata rescissio forficum ope absolvitur, prudensque consilium est, non una vice totam plicam, sed repetitis vicibus varias illius partes abscindere, neglecta ènim hac cautela, caput facile refrigeratur. Periculum hujusmodi optime evitatur, si gossypii quantitas, illi resectorum capillorum pondere aequalis, capiti, donec usque crines sani succrescant, imponatur. Quocunque in casu caput, comâ adscititiâ, qua et latens optime absconditur plica, obtegi debet. Nec ungues, priusquam crescere desinant ac desquamentur, abscindendi sunt. Ulceribus plicosis cum successu sive

scissa (ephem. acad. nat. cur. cent. 1 et 2. p. 102). — Fr. Hechel *Przypadek pomieszania zmysłów po zdiętym kołtunie* (*Pamiętnikow Towarzystwa Lekarskiego Wilenskiego. T. II.* p. 336).

14) Comitissa Przedziecka, ex stirpe Radziszewska, plicâ laborabat socia tabe ita ut aegra sceleti imaginem exhiberet. Tolerabilem nihilominus Vilnae ducebat vitam sub usu pharmacorum simplicium nutrientium. Tandem domum (Minsk) redux medici manibus se tradidit, qui plicae irridens, eam rescindi jussit, quo facto paucos post dies aegrae mors.

sive *emplastrrm*, sive *infusum*, sive *unguentum*[15]) *conii maculati* applicatur. Ad incommoda a plica praepostere resecta fuganda, *insitio plicae* pluries a LAFONTAINE utiliter adhibita est, propria autem hac in re destituimur experientia. Idem de cura plicae primariae fateri adigimur, immo ignoramus, an unquam infectionem universalem impedire licuerit.

CAPUT XXIII.

De vitiis transpirationis cutaneae.

§. LXXVI.

De argumento generatim.

1. Cutim universam vaporem exhalare, nunc sensus nostros fugientem (*transpiratio insensilis*), nunc sub forma liquidi obvium (*sudor*) constat. Transpiratio. Sudor.

2. Doctrinae secretionis cutaneae momentum nemo magis perspiciet medico, praxin auctoris praesentis tractatus ad exemplum, vicissim tum sub rigido Lithuaniae climate, tum sub miti Insubriae coelo exercente. Mirum hinc non est, si is Doctrin. momentum et literatura

15) R. Axungiae porcinae unciam unam. Pulveris herbae conii maculati drachmam unam. Olei hyoscyami drachmas duas. M.

is doctrinam illam passim anticipaverit [1]). Traditae jam literaturae, praeter antiquiores auctores [2]), adde ANSELMINOUDI quaestioni academicae [3])

1) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. IX. — Cap. VI. §. XXXIII. No. 1 (10). — Vol. II. sect. I. cap. II.

2) ERASTUS diss. de sudore. Basil. 1581. — JUL. CAES. BARICELLUS de hydronosae natura s. sudore humani corporis. L. IV. Neapol. 1614. — SEBIZ diss. de sudore. Argent. 1657. — MICHAELIS diss. de sudore et sudoriferis. Lips. 1661. — MAJOR diss. de moderamine transpirationis, summo ac ultimo medicinae efficacis termino. Kilon. 1671. — ROETENBECK diss. de sudore praeter naturam. Altd. 1676. — DROSSANDER diss. de sudore ejusque speciebus insuetis. Upsal. 1692. — SLEVOGT diss. de sudoribus. Jen. 1697. — FRANCKENAU diss. de sudore. Hafn. 1707. — DOEBELIUS diss. de sudore. Regiom. 1714. — VATER diss. de sudore colliquativo. Witteb. 1715. — VERGNE an salubris a labore sudor. Paris. 1718. — SCHLICHTING diss. de sudore febrili. Lugd. Bat. 1722. — LUDOLFF diss. de sudore. Erf. 1722. Ejusd. Diss. de sudore naturali, non naturali et praeternaturali. Erf. 1752. — WEDEL diss. de transpiratione insensibili et sudore. Jen. 1728. — SCHULZE diss. de sudore observationes quaedam. Hal. 1733. — PFAEHLER diss. de sudoris vitiis. Arg. 1734. — VASSENS diss. de sudore et insensili transpiratione. Lugd. Bat. 1739. — ALBERTI diss. de sudoris ambulatorii salubritate et insalubritate. Hal. 1740. — ERHARDT de sudore praeprimis nimio. Argent. 1741. — CARTHEUSER de necessitate transpirationis cutaneae. Francf. 1742. — RICHTER tr. de limitandis laudibus perspirationis. Goett. 1753. — BÜCHNER diss. de sudore colliquativo.

cae [3]) respondentem [4]). Item H. EICHHORNIUM [5]), LOCHER - BALBER [6]) et J. L. DOUSSIN - DUBREUIL [7]).

§. LXXVII.

Hal. 1757. — GMELIN diss. de transpiratione hominis, sanitatis praesidio, morborum causa et victrice. Tub. 1760. — DUVERNEY an sudare tutius quam algere. Paris. 1761. — MEESTER diss. de sudore. Lugd. Bat. 1762. — DE LA MOTTE ergo perspirationi et sudori reliquae excreciones vicariae. Paris. 1779. — ZINK diss. de sudore et sudoriferis. Frib. 1781. — OTTO de sudoris cum salutari, tum morbosi causis et effectibus. Francf. 1803. — THENARD *mémoire sur l'analyse de la sueur, sur l'acide qu'elle contient* (*journal général de médecine. T.* 27. p. 382). — DUPONT *histoire d'une sueur chronique* etc. (ibid. *T.* 30. p. 33).

3) „Naturam halitus cutis atque sudoris integrâ valetudine chimicâ analysi exponi, nec non utriusque humoris indolem mutatam a morbo, cibo, potu, medicamine, variis generis experimentis comprobari."

4) *Chemische Untersuchung des Schweisses (Zeitschrift für Physiologie. B.* 2. *Heft* 2. 1827. p. 321).

5) *Sur les exhalations qui se font par la peau et les voies par lesquelles elles ont lieu (journ. complémentaire du dict. des sciences médicales. No.* 108. *Juin.* 1827. p. 317).

6) *Bemerkungen über die Hautausdünstung* (HECKER *liter. Annal. der gesammten Heilk. Dritter Jahrg.* 1827. *September*).

7) *Des fonctions de la peau et des maladies graves qui résultent de leur dérangement. Paris* 1826.

§. LXXVII.

Transpirationis defectus.

Symptoma et causs. morborum.

1. De transpiratione insensili deque sudore suppressis, quatenus morborum symptomatibus et caussis [1]), in quavis fere operis nostri pagina quaestio facta est atque fiet.

Morbus per se.

2. Circa transpirationis defectum ut *malum per se* paucae exstant observationes. Constat solum tale vitium quibusdam familiis jure haereditario proprium esse; feminas eo laborantes non solum sterilitate peccare [2]), sed etiam ad mares pro venere excitandos parum valere [3]), illique opifices calcem pertractantes, hominesque impuros et desidiosos obnoxios esse. Opus transpirationis languens (nunquam flocci pendendum) praeceptis in prophylaxi morborum cutis traditis [4]), quatenus fieri licet, restituimus.

§. LXXVIII.

1) Schwarz diss. de impedimentis sudationis eorumque medela. Altd. 1706. — E. Stahl diss. de transpiratione impedita. Hal. 1707. — Cartheuser op. c. — Fabricius diss. de suppressae transpirationis caussis morbisque ex eadem oriundis. Helmst. 1756. — Ponty diss. de morbis ex transpiratione suppressa oriundis. Lugd. Bat. 1774. — Francke diss. perspirabile sanctorianum suppressum, ruricolis prae caeteris infestum. Vienn. 1784. — Schoenemann diss. de morbis nonnullis ex adiapneustia. Francf. 1793.

2) Morgagni de sed. et caus. morb. Epist. XLVI. 3.

3) In caussas impotentiae virilis relativae inquirens, peculiarem cutis uxorum ariditatem accusatam audivi.

4) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 3—5.

§. LXXVIII.

Transpiratio copia et qualitate peccans.

1. Sudatio tum quantitate, tum qualitate tum intempestivitate notabilis seu morbosa, *Hyperhidrosis* [1]) dicitur. Definitio.

2. Sudor morbosus nunc est *universalis* (*Hyperhidrosis* proprie dicta), nunc *partialis* (*Ephidrosis* [2])). Sudoris alterutri corporis lateris plura exstant exempla [3]), quorum unum, quo scribimus tempore, coram oculis habemus [4]). Fasti medici Symptomata.

Z 2

1) Ab Ὑπὲρ, quae praepositio in compositione vim vocis, quacum copulata est, auget, ac ἱδρὼς, sudor.

2) Ἐφίδρωσις. Hipp. profusio sudoris in parte.

3) G. Francus de Franckenau de sudore unius tantum lateris, cum addendis G. Detharding (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 103. Cent. 1 et 2. Append. p. 188) — J. Schmid de sudore unius lateris (ibid. dec. II. a. 2. 1683. p. 287). — P. Rommel sudor unius tantum lateris (ibid. dec. II. a. 10. 1691. p. 376). — S. Ledel de sudore unius lateris (ibid. dec. III. a. 2. 1694. p. 62). — B. J. Otto Hannemann (ibid. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. p. 461). — Bichat *anatomie générale. Paris* 1812. T. 4. p. 703. — B. Roque in *observateur des sciences médicales.* 1823. *Avril.*

4) Mense Octobri 1827. chirurgus novocomensis Casanova puellam ad me duxit duodecim circiter annorum, quae a vertice usque ad calcem per universam corporis superficiem sinistram continuo sudat, idque profuse quando comedit. Capillitium dextrum ornatum admittit, neutiquam sinistrum quippe madidum. Malum hoc, ab ignota caussa ortum, jam a sex an-

medici etiam testantur de sudore circumscripto ad genam [5]), ad cervicem [6]), ad axillam [7]), ad hypochondrium [8]), ad volam manus [9]) et ad genitalia. Judaeum novimus, cui saepe sudor ad spatium triangulare inter pollicem et digitum indicem manus sinistrae prorupit. Sub gravi dolore arthritico brachii, totum hoc membrum sudore

nis perstat, quin caeterum sanitas vel minimum capiat detrimentum. Novocomium inhabitat quoque femina altiori loco nata, quae graviditatis tempore, universo latere sinistro ita sudabat, ut sudor e digitis manus pendulae lateris affecti super solum deplueret. Qualemcunque induerit vestem manicam ejus sinistram perpetuo mutare debuit.

5) Kostremski *observation d'un homme qui suoit abondamment de la joue droite, seulement quand il mangeoit quelque chose de bien salé ou de haut goût* (*mém. de Paris a.* 1740. *Hist.* p. 51. Ed. oct. a. 1740. *Hist.* p. 70).

6) W. A. Kellner de sudore particulari in nucha et dorso, variolas excipiente (act. acad. nat. cur. Vol. 4? p. 452).

7) J. M. Hoffmann de sudore sub axillis miniato (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 3. 1684. p. 83). — J. Schmidt de largo et perpetuo glandularum sub axillis madore (ibid. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 26).

8) J. Dolaeus de sudore coeruleo dextri hypochondrii, cum addendis Lentilii (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. dec. III. a. 7 et 8. 1699 et 1700. Append. p. 133).

9) Adversaria medico practica prima. p. 238.

dore coopertum vidimus. Sudore pedum profuso nil frequentius *). Est praeterea *sudor* interdum *periodicus* [10]). Differt tandem is tum quoad *consistentiam*, tum quoad *odorem*, tum quoad *saporem*. Nunc enim *sudor tenuis* vaporis instar manat, nunc *limpidus* per membra decurrit, nunc *lacteus* [11]), aut *oleosus* [12]) cutem obducit. Nec exempla *sudoris arenosi* [13]), *salini* [14]) desiderantur.

*) Lobstein *observations sur la nature et l'importance de la sueur habituelle aux pieds (journ. complément. du dict. des scienc. médicales. Mai.* 1826. p. 212).

10) G. E. Berdot menstruus in sene sudor (acta Helvetica. Vol. 5. p. 193). — S. Schultz de sudore quodam naturali (singulis fere septimanis erumpente) et salutari (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 231).

11) Ch. F. Paullini obs. phys. med. in misc. acad. nat. cur. dec. II. an. 5. 1686. App. p. 15.

12) S. Schultz in misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 234. — F. Paullini ibid. dec. II. a. 5. 1686. p. 70. — V. A. Moellenbroccius sudor pinguis et oleosus, cum observationibus Ros. Lentilii. ibid. dec. I. a. 2. 1671. p. 34. dec. III. a. 1. 1694. Append. p. 124.

13) Bartholinus histor. anat. rara. Cent. I. obs. 34. T. II. p. 55. Horstius mon. ad med. Part. I. p. 123. — Ch. F. Paullini sudor arenosus albissimus (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. p. 54. — J. B. Albrecht de sudore sabuloso (ibid. dec. II. a. 9. 1690. p. 144). — R. la Roche *von einer Absonderung von Sand durch die Haut* (ex *American medical recorder* 1822. *January* in *Magazin der ausländ. Literat. der*

tur. *Odore* *) specifico ingrato sudor sive transpiratio Aethiopum [15]), Laponum [16]), Lithuanarum [17]), menstruantium, hominumque capillis rufis instructorum, insignitur. Allium et cepas judaeorum Polonorum sudor olet. Observabatur similis et in morbo **) Ipsius sudoris acidi, a cibis, meminit BONNET [18]). Acidum spirat et sudor puerperarum, lactantium, infantum ubera sugentium et, ut diximus, aegrorum, quibus miliaria imminent. Nec de odore specifico sudoris in lepra, pellagra, variolis, iterum loqui opus est. Plurima exempla *sudoris urinosi* fasti medici exhibent [19]),

gesammten Heilkunde von GERSON *und* JULIUS. *B.* 4. p. 93).

14) WEIKARD *Entwurf einer einfachern Arzneykunde.* p. 106.

*) S. G. VOGEL *fragmentarische Bemerkungen über die riechbaren Ausdünstungen der Naturkörper überhaupt, und der Menschen und Thiere insbesondere* (HECKER *literärische Annalen der gesammten Heilkunde. Dritter Jahrgang* 1827. *July* p. 257. *August* p. 353).

15) THIBAUT DE CHAVALORI *voyage à la Martinique.* p. 44. — FORSTERS *Reisen um die Welt.* 3. *Th.* p. 170. — HALLER in praelect. acad. T. III. §. 425. p. 297.

16) Odorem olei balaenarum spirant.

17) GILIBERT *Samml. prakt. Beobacht. Leipz.* 1792. p. 313.

**) M. F. PAULLINI observationes medico-physicae selectae et curiosae. 3. Teterrimus allii sudor (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. Append. p. 7).

18) Theatr. tabidor. exerc. 29.

hibent [19]), plurimaque nobis obvenerunt [20]). Et de *sudore stercoreo* quaestio fit [21]). Vel *cadaverosi odoris* observatus est sudor [22]). Ita sudor odorem cantharidum [23]), aut moschi *) habens. Ad *colorem* et *saporem* quod attinet, sudor observatur nunc pallide flavescens, croceus [24]), viridis [25]),

19) M. J. Haesbart de homine adulto, urinam per viam inconsuetam reddente; videlicet per poros cutis sub forma sudoris ab axillis ad inguina (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. p. 129). — Ch. F. Paullini sudor urinae (ibid. dec. II. a. 6. 1687. Append. p. 20). — Haller *Grundriss der Physiologie mit Anmerkungen von* Wrisberg, Soemmerring *und* Meckel. *Berlin* 1788. p. 160. — Boerhaave praelect. T. 3. p. 316. — Salmuth lib. II. obs. 82. — Raulin *observations de médecine.* p. 290. — Zeviani *del flato ipocondriaco.* p. 157. — Carol. Piso obs. 126.

20) In ischuria a calculo renum.

21) Ch. F. Paullini observationum medico-physicarum decades II. dec. 9. (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 7. 1688. Append. p. 134).

22) Act. Hafn. III. obs. 19.

23) Brera *giornale di medicina pratica.* 1812.

*) G. C. Gahrliep de sudore moschum redolente (misc. acad. nat. cur. dec. III. a. 9 et 10. 1701 — 1705. p. 179).

24) Sudor croceus, qui febrem acutam terminavit, describitur ab Acoluthio (eph. nat. cur. dec. II. an. IV. obs. 169). Pinguedinosum et croceum sudorem unde lintea tingebantur, descripsit Schulzius (eph. nat. cur. dec. I. an. III. obs. 170). Item Hildanus (c. VI. 77).

dis [25]), coeruleus [26]), ruber [27]), ater [28]), phosphori-

25) Paulini cent. I. obs. 38.

26) Lemery *observation sur une sueur qui donnoit au linge une forte teinture bleue* (*mém. de Paris* a. 1701. *Hist.* p. 54. Edit. in oct. 1701. *Hist.* p. 68). — Fourcroy l. c. p. 363. — Dolaeus l. c. — Wincler collect. acad. T. III. p. 263. — Conradi *Handbuch der pathologischen Anat.* p. 292. — Julia Fontenelle in *journ. de chimie médicale. Août* 1825.

27) Jam Aristoteles sanguinei sudoris mentionem fecit (IV. a. 9. lib. III). Vide praeterea: Langelott collect. acad. T. 3. p. 255. — Schwenk haematologia 130. — Maldonatus T. I. in Evang. Matth. c. 26. — Fernelius lib. 6. path. 4. — Tulpius II. 31. — Horstius P. II. obs. 15. — Bartholinus hypomn. 4. de cruce Christi. — Libavius diss. de lacrymis cruentis §. 4. — Becker med. mir. c. 5. — Johnston thaumat. nat. c. X. c. 3. — G. Fabricius lib. III. annot. mis. theatr. Europ. T. II. p. 115. — Mercurialis lib. IV. — Lanzoni eph. nat. cur. dec. III. an. I. obs. 109. et cent. I et II. obs. 20. — Eberhardus diss. de sudore nimio. p. 28. — In juvene sudoris sanguinei exemplum habetur in eph. nat. cur. dec. II. an. 10. obs. 179; atque simile infantis recenter nati l. c. obs. 65. — Lege porro: Schilling de sudore sanguineo, post graves convulsiones et spasmodicos affectus erumpente, feliciter tandem sublato, in act. phys. med. Vol. III. obs. 116. p. 425. — Ledelius eph. nat. cur. dec. VI. an. 2. obs. 34. p. 63. — Sudor rubicundus sub coitu viri, ita ut proprium et uxoris indusium tingeret, describitur in eph. nat. cur. dec. II. an. 6. obs. 47. — A motu sub axillis sudorem coloris minii observavit Maurit. Hoffmann

phoricus [29]), nunc insipidus, salsus [30]), subdulcis ac mellitus [31]). Hinc inde liquida epota *immutata* per sudorem secedunt [32]).

3. Su-

ibid. an. 3. obs. 27. — Aliud exemplum habetur in eodem opere dec. I. an. 3. obs. 46. De sudore cruento Regis *Caroli* IX. narrat LACRETELLE (*Geschichte von Frankreich während der Religionskriege. A. d. Fr. B 1. Leipz.* 1815). Vide postremo: CAIZERGUES *observation sur une sueur de sang, survenue quatre fois, pendant la plus grande vivacité des douleurs d'une colique néphritique (annales de la soc. de méd. pract. de Montpellier. T.* 35. p. 239. et SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 52. p. 96).

28) Talem describit HODGESIUS de nupera peste Londinensi; alium adduxit OLAUS BORRICHIUS in act. Hafn.; alium LANGELOTTUS de sudore atro et sanguineo in eph. nat. cur. dec. I. an. 6. obs. 10. — Praeterea sudoris nigri exempla habentur apud ZACUTUM LUSITANUM (P. III. obs. 73) et GALEATIUM (comment. Bonon. Vol. VI. p. 60). De sudore pedum nigro, sub usu malatis ferri observato, sed seposito etiam remedio continuato, Dr. CORTI Placentinus, et J. P. FRANK rationem reddidit.

29) HENKELIUS in act. physic. med. Vol. V. obs. 91. p. 332.

30) Sudor vel in sano homine salsus est, atque principia urinae similia largitur (HALLER praelect. acad. in Boerhaav. Institut. T. III. §. 425. not. 1).

31) Huc spectat ephidrosis mellea RHODII (c. 3. obs. 68) et oleaginosa pinguis MOLLENBRUCKII (miscell. curios. germ. an. 2. obs. 19). Et sudor colliquativus phthisicorum, quem muscae tam avide prosequuntur, dulcis videtur.

Autopsia cadaverum.

3. Sudorem vel post mortem erupisse constat 33). Utplurimum cadavera hyperhidrosi demortuorum nobis conspicuas (aliquando reconditas) suppurationes pulmonum, hepatis, glandularum mesenterii musculorum lumbalium et cavitatis pelvi exhibuerunt. Item morbos renum, potissime calculos urethrae orificium obstruentes 34), cancrum uteri 35) et liquorem extravasatum, cerebrum comprimentem.

Caussae.

4. Dispositio ad sudorem, ut monuimus, inter-

32) *Feruntur* per cutim exivisse epota cerevisia (SALMUTH c. 2. 28), vinum rubrum (BARTHOLINUS c. 4. h. 61) aliaque liquida (MARCELLUS DONATUS de medic. histor. mirab. lib. IV. c. 27. p. 261).

33) S. LEDEL de sudore post mortem (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 140. et dec. II. a. 9. 1690. p. 71). — J. CHR. FROMMANN de sudore post mortem (ibid. dec. I. a. 6 et 7. 1675 et 1676. p. 243). — J. LANZONI de sudore post mortem (ibid. dec. III. a. 3. 1695 et 1696. p. 38). — CHR. F. PAULLINI observationes medico-physicae selectae et curiosae variis antiquitatibus historico-germanicis bona fide interdum conspersae. I. Sudor pedicularis post mortem (ibid. dec. II. a. 6. 1687. Append. p. 1). — CH. HELWICH de *madore* post mortem in corpore infantis dysenteria sublati (ibid. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. p. 440). — C. SPERANZA *caso singolare di un cadavere sudante e riflessioni sul medesimo* (*annali univ. di med. prat. compil. da* OMODEI. *Aprile* 1828).

34) SALMUTH lib. II. obs. 82.

35) BICHAT *anat. générale. T. II.* p. 562.

interdum haereditaria est[36]. Sudorem autem ipsum excitant (ne amplius de suppurationibus dicamus) calor[37]; potus tepidus copiosus, aromaticus; remedia, quid quid dicat CULLENIUS[38], specifice in cutem agentia *), e. c. salia volatilia, opium, camphora, acetum; saburrae[39], purgantia[40]; contagium febris sudatoriae, variolarum; motus corporis animique, praesertim subsequente jam quiete[41]; pudor[42], dolor[43], terror, somnus[44],

36) TULPIUS obs. med. lib. III. obs. 42. p. 253.

37) De sudore regionibus tropicis endemio legatur HALLER (l. c.). Rarissimis exceptionibus adscribenda est observatio DUPONT (l. c.) sudoris videlicet aestivo tempore mitis, hiemali aucti.

38) Mat. med. Vol. I. p. 573.

*) Sudorifera ad morbum ex transpiratione suppressa curandum adhibita, hyperhidrosin excitarunt apud CARRON (*recueil périodique de la soc. de méd. de Paris. T.* 31. p. 383).

39) Ephidrosis a saburra SAUVAG. vide et BIANCHI (histor. hepat. Ep. 137) et MARTEAU DE GRAND VILLIERS (*journal de médecine* 1762. p. 29).

40) S. LEDEL sudore ab assumto pharmaco purgante (miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 7 et 8. p. 153).

41) Hinc ARISTOTELES: „Non in currendo, agitandoque corpus, sed postea quum cessatum est, plus sudoris evadit" (problemat. sect. III. probl. 24). — „Neque intento, neque contento spiritu, sed potius relaxato, sudor provenit" (l. c. probl. 1).

42) ALEX. APHRODISIEUS. Probl. lib. I. probl. 10.

43) CAIZERGUES l. c.

nus [44]), suppressio haemorrhoidum [45]), cessatio menstruorum [46]), coitus, nec non violentiae cerebro illatae [47]). — Res sudoris *qualitatem* immutantes ex dictis [48]) elucent. Pertinent huc et pharmaca nonnulla, e. c. ruta graveolens [49]).

Diagnosis. 5. Sententiae HIPPOCRATIS: „in qua parte sudor est, in ea morbus est" [50]) — et HALLERI: „sudor a sanissimo homine alienus et semper violentus est" [51]) — restricte intelligi debent: sunt enim sudores saepe indicium absolutae sanitatis [52]). Nec mirum est, *sudorem habitualem* saluta-

44) „Qui dormiunt, magis sudant" (ARISTOTELES l. c. probl. 15).

45) Plura jam mihi obvenerunt sudorum profusissimorum exempla (qualia alias non nisi ex suppurationibus internis, proficisci vidi), quae dumtaxat haemorrhoidum, quondam fluentium modo suppressarum, sistebant effectum. In quibusdam istiusmodi aegrotorum simul aderat obstructio hepatis. Dubius hinc maneo, num hyperhidrosis tali in casu a mera cutis plethora venosa repeti possit, num forte et impedimentum, quod sanguis arteriae hepaticae experitur, quandam simul hic ludat scenam.

46) TISSOT *oeuvres T. II. Prém. partie* p. 118.

47) B. ROQUE l. c. 48) No. 2.

49) Rutam sudores olentes reddere, ARISTOTELIS est observatio (l. c. probl. 13).

50) Aphor. lib. IV. No. 38. 51) l. c.

52) „Quemadmodum plurimis hominibus certis temporibus diarrhoea utilis esse solet; ita etiam sudores nonnullis familiares sunt et proficui" (SCHULZIUS in eph. nat. cur. dec. I. an. 6. obs. 167). Revera plures acta-

lutarem esse, cum de sudore critico nullum extet dubium. *Morbosum* dicimus sudorem, qui ex labe aliqua originem ducit ac corpori detrimentum affert. Hujusmodi sunt: sudor *diatheseos inflammatoriae* aut *rheumaticae* effectus summam morbi vim indicans; — sudor *febris intermittentis perniciosae diaphoreticae* symptoma [53]), sub medio

tis provectae homines, summa cum virium recreatione sudantes, novi, ac feminam nosco Vilnensem, quae, nisi profuse sudet aut fluore albo laboret, plurimis malis nervorum vexatur. Cfr. Boeckmann diss. de sudore corroborante. Gryphisw. 1753.

53) Describitur haec *febrium perniciosarum rara species* a Riverio obs. comm. XXVIII. (praecedebat fortis dolor epigastrii), a Tortio therap. special. lib. III. cap. 1. („nullo praecedente pravitatis indicio aegrum invadit cum horrore, rigore et frigore, cui succedit calor, et statim sudor aliquantulum praecox, qui quidem febrem videtur primo aspectu alleviare, sed revera post illum potius intenditur febris, quam remittitur; imo eo fortior videtur fieri, quo copiosior est sudor. Ast iste non est terminus occultae fraudis; hinc enim potius longitudo morbi significatur, quam mors. Quod pejus est, frigescit paulatim sudor, et in diaphoreticum sensim degenerat. Sudat perpetuo aegrotans, et diffluit undequaque frigido sudore perfusus: sicque perpetuo algens, et sudans, sicut cera liquatur, dissolvitur et deficit. Pulsus celer est, minutus, ac debilis, respiratio fit anhelosa, et frequens, dissipantur spiritus et virtus universaliter languet. Mens sola lucidissima est, et sentit homo, se paulatim mori. Nisi autem hoc illa ipsa accessione succe-

medio paroxysmo oriens, ac ita saeviens, ut aeger tandem exhaustus, extremitatibus frigidis, facieque cadaverosa decumbens, nisi succurratur, intereat; — *sudor gastricus* nonnullis febribus, praesertim biliosis, proprius. *Sudorem atonicum* communissimum esse, sudores in regionibus tropicis, in convalescentia, in typho, in phthisi, in agone et in paralysi [54]) docent. Sudor *qualitate* peccans, plerumque suppressioni aliarum evacuationum, inprimis urinae, tribuendus est. Praeterea *diathesis arthritica* maxime in sudoris conditionem imperium exercet. Sudor viridis, coeruleus et coccineus, originis nunc *scorbuticae* [55]), nunc *spasmodicae* [56]), nunc *plethoricae* videtur. Differt autem *sudor cruentus* a *Haematidrosi* [57]) quod

dat, in proxime futuram tantum protrahitur") et a Sauvagesio nosol. method. cl. II. ord. II. gen. VII. spec. 4. („hanc speciem bis observavi et 1° quidem in paedagogo . . . alternis noctibus ita ubertim sudabat, ut novies indusium mutare cogeretur . . . alter . . . summa debilitate, anxietate et simul bulimia laborabat; singulis diebus paroxysmus accedebat a levi frigore dein per octo horas sudabat").

54) Kirkland *a commentary on apoplectic and paralytic affection. Lond.* 1792. p. 4.

55) A. Finot *observation d'une dégéneration telle, que le sang transsudoit par la peau* (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 19. p. 71).

56) J. Ch. Schilling de sudore sanguineo post graves convulsivos et spasmodicos affectus erumpente, feliciter tandem sublato (act. acad. nat. cur. Vol. 8. p. 425).

57) Cap. IV. §. XI. 1.

quod sanguis hîc fluit isque merus. *Menstrua* itaque ad cutim *aberrantia* pro re nata modo ad illum [58]) modo ad hunc morbum revocare licebit. Morpiones in superciliis et axillis interdum sanguinem instar sudoris elicere, diximus [59]).

6. „In genere sudores, quo profusius per cutem stillant, ac quo magis a naturali tenuitate, colore, odore, sapore recedunt; eo majus vel de solidorum fluidorumque turbis, vel de secretionis cutaneae vitio, atque de humorum utilium jactura, testimonium largiuntur. Qui interim ad pedes, axillas, in multis sudor prorumpit, hic, licet foetidus ac ingratus, sanitatem non ita, ut incaute suppressus offendit" [60]). Prognosis.

7. Sudor sive aliarum excretionum vicarius, sive habitualis, sive cum virium recreatione contingens, Cura.

58) Ch. F. Paullini menses ordinarie per sudorem expulsi (misc. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. Append. p. 54).

59) Cap. XVI. §. XLIII. 4.

60) J. P. Frank epitom. Lib. V. P. I. p. 35. Praxis propria seriem morborum gravissimorum ex suppresso habituali sudore suppeditat, immo casum mortis improvisae aurae frigidae corpus sudans allidentis culpâ, in viro Lithuano triginta circiter annorum, quem jam prius a hemiplegia sanaveram. Similia chartis tradiderunt Lanzoni (de morte ex suppresso sudore in ephem. acad. nat. cur. cent. 1 et 2. p. 135). J. H. Fürstenau (rheumatismus ex sudore pedum retrogrado lethalis (act. acad. nat. cur. Vol. 6. p. 371). Lobstein (l. c.).

tingens, nunquam cohiberi debet. Sudor ex *diathesi inflammatoria*, venae sectione, temperatura modica, quiete corporis animique, acidis vegetabilibus et alvi purgatione curatur. *Febris perniciosa diaphoretica*; sub paroxysmo *opium* cum *aethere*, dein *corticem cinchonae* exposcit. *Sudor gastricae indolis* alvum evacuationibus subacidis moderatur. *Sudoris atonici* fere certum auxilium *opii* cum *tinctura aromatica sulphurica* connubium sistit [61]). Interea et *opium* nec non reliqua diaphoretica e. c. *salvia officinalis* [62]), *camphora* hîc prodesse solent. Hanc praecipue in sudore, cancrum sive uteri, sive mammae comitante, utilem invenimus. Caeterum et tonica sive adstringentia, praecipue *vinum* [63]), *alcohol* [64]), *corticis cinchonae infusum frigidum*, *acidum sulphuricum alcoholisatum*, *serum lactis aluminosum*, *tinctura gummi Kino* [65]), *aquae gaz acido carbonico saturatae*, inprimis simul *ferruginosae*, haud negligi debent. Nec *balnea* sive *marina*, sive *martialia*, nec *frictiones cutis*, nec *unctio* cum *oleo* et *rebus aroma-*

61) R. Laudani liquidi Sydenhami, elixirii vitrioli Mynsichtii ana drachmam semis. M. D. S. Cap. guttas quindecim semel bisve de die cum vino.

62) Swieten commentar. T. II. p. 370.

63) Sydenham sect. V. cap. 2. p. 291. (vinum malaccense).

64) Rustici et milites, aestivos sudores sub laboribus et itineribus, cremato aqua nupto compescere solent.

65) Carron l. c.

aromaticis [66]), spernenda sunt. *Adstringentia*, consilio *Aeginetae* [67]), extus adhibere, nunquam ausi sumus. Potius absorbentia e. c. *semina lini*, quo lecti aegrorum sudore madescentium resperguntur [68]), aut *furfures* [69]) suademus. Tandem non inane consilium erit, reliquas evacuationes, inprimis urinae secretionem, promovere [70]).

Caput XXIV.

De vitiis tactus.

§. LXXIX.

Generatim.

1. Nullus extat sensus adeo diffusus ac *tactus*, cujus doctrina praeterea elementa doctrinae reliquorum sensuum amplectitur. Mirum hinc est, quod adeo sint pauci, qui de tactus vitiis scripserint, cum librorum circa morbos olfactus, Argumenti dignitas.

66) Celsus lib. III. cap. 6.

67) Lib. II. cap. 46. p. 22.

68) Sic apud *Bengalos* mos est (*Lettres curieuses et édifiantes des missions étrangères T. XV.* p. 414).

69) Sudorem habitualem pedum, admodum molestum, furfuribus, quibus tibialia respergebantur, sine detrimento sensim sensimque fugatum vidimus.

70) Profuit oxymel scillae una cum extracto aconiti apud Dupont l. c.

factus, auditus et praecipue visus tanta jam adsit copia, ut bibliotheca effici possit.

Divisio. 2. Dividi potest tactus in *externum* et *internum*. *Tactu externo* impressiones ad externam corporis superficiem contingentes recipiuntur ac sensorio communi traduntur. *Tactu interno* (*coenaesthesi*) idem relate ad impressiones ex internis partibus proficiscentes, contingit. Hîc duntaxat de externo tactu, utpote in systemate cutaneo locato *), sermo fit.

Vitia. 3. Tactus nunc morbose *augetur*, nunc *deletur*, nunc alio modo *pervertitur*, quo fit, ut objecta externam superficiem tunc afficientia, impressionem vel majorem, vel minorem, quam par est, vel erroneam excitent, quae impressio, sensorio communi tradita, sensationem producit nimiam, deficientem, vel perversam.

§. LXXX.

Tactus auctus et perversus.

T. auctus. 1. *Tactus*, sive potius cutis sentiendi facultas augetur a frigoris tum externi [1]), tum interni [2]) modico gradu, a vehemente distensione [3]), ab inflam-

*) *Nevroses de la peau* (Rayer l. c.).

1) Levis contusio, leve vulnusculum maximum sub aura frigida excitat dolorem.

2) Aegri sub stadio frigoris febrium intermittentium aliquando etiam mitem cutis attactum respuunt.

3) Homines quaestioni submissi, distensa jam cute, a minimo attactu crudeles experiuntur cruciatus.

inflammatione, ab exanthematibus 4) et impetiginibus nonnullis, ab hysteria 5) et, quod mirum est, ab ipsa interdum paralysi 6).

2. De *tactu perverso* aut abnormiter affecto testantur (ne de dolore, quem aegri in membris amputatis hinc inde percipere credunt 7), loquamur), tactus duplex interdum in hypochondriasi observatus 8), perceptio frigoris ab applicatione rerum calidarum et vice versa 9), sensus ardoris aut frigoris, sine ulla temperiei cutis mutatione tum apud hypochondriacos, tum apud hysteriacas in variis cutis partibus obveniens, formicatio iisdem

Tactus perversus.

4) P. I. Vol. III. Sect. I. cap. I. §. II. 4 (39).

5) Judaea Vilnensis hysterica, cutis attactum tam aegre fert, ut sub ipsa pulsuum exploratione, primum anxia, pallida fiat, ac diutius continuata brachii pressione, in lipothymiam incidat.

6) A. 1813 in nobilissimo doctissimoque viro, Viennae hemiplegia decumbente, tantam lateris affecti sensibilitatem observavi, ut neque attactum neque frictiones perferre potuerit.

7) LAMORIER de doloribus artuum imaginariis post amputationes reliquis. Vide *Mémoires de l'acad. de Montpellier* 1737. — Act. med. Berolin. dec. II. Vol. VIII. p. 59. — FABRIC. HILDANUS cent. III. obs. 14. 15. — LODERS *chirurg. Bemerkungen* 1. *B.*

8) Nova acta nat. cur. Vol. III. obs. 86. — STURM de sensu unius geminato. Alt. 1686.

9) *Sammlung vermischter Abhandlungen aus dem Gebiethe der Heilkunst von einer Gesellschaft prakt. Aerzte zu St. Petersburg.* 1823. p. 175.

iisdem familiaris ac in morbo cereali gentilitia et tandem *pruritus* sive *prurigo*, de qua speciatim.

§. LXXXI.

P r u r i g o.

Definitio. 1. Pruritus molestus, nullius alterius morbi comes, sed malum per se constituens, *pruriginis* nomen obtinet [1]).

Scriptores. 2. Prima hujus morbi recta descriptio PLINIO debetur [2]). Secuti sunt AVICENNA [3]), MERCURIALIS [4]), HAFENREFFER [5]), SENNERT [6]), SOMMER [7]), LOESCHER [8]), LORRY [9]), WILLAN [10]), BATEMAN [11]), ALIBERT [12]) et MOURONVAL [13]).

3. Pru-

1) *Cnesmus* a GRAEC. *Κνᾶειν*, fricare. — *Scabies* proprie dicta. — GERM. *Jucken.* — BELG. *Jeuking; Jeukte; Krevel; Kreveling.* — GALL. *Démangeaison; Prurit.* — ANGL. *Itching; Scalding; Fretting; Manginess.* — ITAL. *Cuociore; Cuocitura; Pizzicore; Prudore; Prurito.* — HISP. *Comezon; Picazon.* — LUSIT. *Comichão; Pruido; Prurido.* — ROSS. Свербежъ. — POLON. *Swierzbiączka.*

2) Nat. histor. lib. XX. cap. 17. lib. XIII. cap. 1. et lib. XXVII. cap. 4.

3) Lib. IV. Fen. 7. tract. 3.

4) De morbis cutan. Lib. II. cap. 3.

5) *Πανδοχεῖον αἰολόδερμον.* Lib. I. cap. 4.

6) Prax. med. lib. V. P. 3. sect. I.

7) De affectibus pruriginosis senum. Altdorf. 1727.

8) De pruritu senili. Wittenberg. 1728.

9) De morbis cutaneis cap. III. art. I. par. 2.

10) *Die Hautkrankh. und ihre Behandlung.* p. 44.

11) *A practical synopsis of cutaneous diseases.* p. 14—24.

3. Prurigo nunc *universam* corporis superficiem [14]), nunc *unam* tantum illius partem detinet. In *prurigine universali* aegri interdum tantos experiuntur cruciatus, ut cutim unguibus dilacerent aut strigilem pro scalptu adhibeant. Malum versus noctem, prope ignem et post lautum pastum, inprimis saevire solet. Saepe pruritus sensum nunc insectorum super cutem reptantium, nunc puncturae a formicis [15]), nunc ustionis socium habet. Examinatis locis prurientibus haud raro papulae rubrae aliaque vestigia, quod aeger scalpserit, percipiuntur. *Prurigo partialis* inprimis ad palpebras [16]), dorsum [17]), plantas pedum [18]), anum, Symptomata.

12) *Dictionnaire des sciences médicales* T. 45. p. 532—544.

13) *Recherches et observations sur le Prurigo, faites à l'hôpital de St. Louis pendant l'année* 1819—20 *et* 21. *Paris* 1823.

14) J. Lanzoni de corporis totius pruritu singulis annis periodice recurrente (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 9 et 10. 1678 et 1679. p. 47). — J. P. Prückel de intolerabili totius corporis pruritu (ibid.). — *Démangeaison universelle à la peau avec insomnie guéri par de la laitue commune sans apprêt* (*mém. de Paris. a.* 1705. *hist.* p. 53. edit. 8° a. 1705. *hist.* p. 67).

15) *Prurigo formicans* Batemani (l. c. p. 16).

16) Femina Vilnensis, palpebris oculisque adspectu sanissimis, de intolerabili ac perpetuo illarum pruritu conquerebatur.

17) J. L. Hannemann de dorsi ineffabili pruritu (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 1. 1682. p. 168).

anum, praeputium, urethram, scrotum, mammas [19]), et pudenda muliebria occurrit, quibus ultimis in locis torminibus magnis, a LORRY [20]), et ALIBERT [21]) egregie descriptis, atque a nobis plus vice simplici observatis [22]), ansam dat.

Necroscopia.

4. Teste ALIBERTO cadavera hominum prurigine formicante demortuorum exhibuere modo vasa encephali sanguine turgida una cum sero in ventriculis cerebri, modo pulmonum substantiam induratam vesicamque lotio permulto distentam, modo

18) „*Je connais un homme agé environ cinquante-cinq ans et d'une constitution saine autant que robuste; il est sujet au* *p r u r i g o p l a n t a i r e : cette affection le prend si vite et le maitrise à tel point, que dans les rues mêmes ou dans les sociétés il est contraint d'ôter son bas et son soulier pour se grater à outrance, jusqu'à ce que la démangeaison soit apaisée . . . . J'ai donné mes soins à un autre individu qui est pareillement tourmenté du p r u r i g o à la p l a n t e d e s d e u x p i e d s ; il ne parvient à l'apaiser qu'en marchant et en se fatiguant considérablement: s'il s'arrête, son supplice recommence*" (ALIBERT l. c. p. 535).

19) Plurima mihi obvenerunt exempla. In nonnullis pruritus utrasque detinebat mammas, in femina quadam mammam dumtaxat dextram et in aliis tandem papillam alterutram.

20) l. c. 21) l. c.

22) Casum crudelem a. 1817. in uxore civis Vilnensis observavi. Femina haec triginta circiter annorum, sat obesa plurimarum prolium mater, praesertim appropinquante catameniorum periodo, a pruritu vulvae ad desperationem usque excruciabatur.

modo phlogosin tubi alimentarii, modo pericardium et aortam ossea, semperque cutim laceram vestigia unguium referentem.

5. Aetas juvenilis potissimum autem senilis ad pruriginem universalem disponit; item tempus vernale. Interdum morbus congenitus [23]), haereditarius [24]). Excitatur is (ne de pediculis morbum peculiarem producentibus [25]) loquamur) a plethora [26]), a catameniis suppressis [27]), a cibis nocuis [28]), dulcibus [29]), a liquoribus fermentatis [30]), ab opii usu, ab hepatis affectione [31]), a transpi- Caussae.

23) „*Il est des individus qui viennent au monde avec cette infirmité déplorable. J'ai vu trois garçons appartenant au même père et condamnés tous trois à cet intolérable martyre*" (Alibert l. c. p. 532).

24) „*Prèsque toujours* (!) *le prurigo formicans tient à une cause native et héréditaire* (Alibert l. c. p. 539).

25) Cap. XVI. §. XLIV.

26) Ex omissa habituali venae sectione et ex suppressis haemorrhoidibus pluries universalem molestissimumque pruritum observavi.

27) A. Cnöffel de dorsi ineffabili pruritu ex obstructione menstrui; cum addendis Ros. Lentilii (eph. acad. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 47. dec. III. a. 3. Append. p. 87).

28) E. c. mytilis. Galen. de sympt. caussis. 2. 6. G. Hannaeus ex usu squillarum minorum pruritus (miscell. acad. nat. cur. dec. II. c. 3. 1684. p. 411).

29) Avicenna 4. 7. 3. 6.

30) Lorry l. c. p. 27. — Tissot *oeuvres T.* 12. p. 72. — Alibert l. c. p. 540. („*Prèsque tous les individus atteints de cette affection, qui viennent réclamer*

transpiratione suppressa [32]), ab immunditie, a mala consuetudine [33]), ac imaginatione [34]), ab animi pathematibus [35]), a vitio arthritico et scorbutico [36]), forte a peculiaribus insectis *). — *Prurigini partiali* ansam porrigunt, ad *palpebras* aura

nos soins à l'hôpital St. Louis, sont des hommes oisifs et intempérans qui passent leur vie dans les cabarets, et qui violent à chaque instants les lois du régime").

31) Haud raro prurigo futurum indicat icterum, et labis reconditae hepatis est symptoma. Sic contigit in femina quae de pruritu mammae dumtaxat dextrae conquerebatur (19).

32) M. Hoffmann de pruritu insigni manuum ex collectione herbarum rore matutino adhuc madidarum (eph. acad. nat. cur. cent. 9 et 10. p. 453).

33) Occultatum Judaeum scalptu cognosces.

34) A solo pediculi *adspectu* saepe pruritus nascitur universalis.

35) „*Le prurigo formicans peut se développer par une vive impression morale*" (Alibert l. c. p. 541).

36) S. Ledel flores scorbutici ambulantes (misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 42).

*) Bateman *synopsis* p. 19. et *delineations. Plat. VI.* („*fig.* 4. *presents an* insect, *of which a great numbre were detected on the skin of an old man, affected with* prurigo senilis, *by Dr.* Willan, *who never met with a second instance of the same occurrence. Neither the disease nor the insect was communicated to the patient's wife, or to any of his family. It is obviously not a pediculus; but both from the structure of its hind legs, and the rapidity of its jumping motion, it was deemed to belong to the genus* pulex")

aura frigida illas allidens, epocha menstruationis; *ad anum* ascaris vermicularis, sodomia, corpora peregrina deglutita et ad intestinum rectum perducta [37] vel eo intrusa [38], haemorrhoides, menstrua suppressa [39], vitium arthriticum; *ad praeputium* neglectus munditiei, secretio materiae acris circa glandem, coitus cum feminis fluore albo acri laborantibus, pili praeputium inter et glandem haerentes, veneris protractum desiderium; *ad urethram* in maribus angustia canalis, pili intrusi [40], calculus vesicae, in feminis abscessus [41], vitium cancrosum, fluor albus, in utro-

37) Acum deglutitam post quindecim dies summum ani pruritum excitasse observavi.

38) Sic sutor prope Viennam habitans, vitio sodomiae deditus, mense Julio 1813 tenaculam sex pollices cum dimidio longam, tres pollices latam, ponderis unciarum quinque et drachmarum sex in intestinum rectum sibi introduxit. Quamvis ea jam in regione iliaca perciperetur et symptomata enteritidis praesto fuerint, attamen summa dexteritate tenacula a cl. KERN feliciter extracta est.

39) Pruritus tunc plerumque ad perinaeum extendi solet.

40) TULPIUS obs. lib. II. 42. — A. VOGEL de cognoscendis c. h. affectibus §. 409.

41) Nobilis femina Vilnensis a. 1811. de insigni circa urethrae orificium conquerebatur pruritu, non sine repetito urinam deponendi dolorifico nisu. Examinata parte affecta, abscessus detectus est, qui ad maturitatem perductus et sponte ruptus, pruritui terminum statuit.

utroque sexu blennorrhoea imminens, lues venerea, — *ad scrotum* equitatio tempore aestivo, sudor copiosus, syphilis, — *ad muliebria* evolutio partium genitalium sub pubertate [42]), ascaris vermicularis, graviditas, varices, aphthae, cessatio menstruorum et vitium venereum, praecipue sub forma condylomatum [43]). *Quacunque* tandem *in parte* prurigo ex imminente sanatione ulcerum, ex fonticulis [44]), ex làtente insecto [45]), ex applicatione fasciarum et hirudinum oriri potest.

Diagnosis. 6. Cavendum ne pruriginis nomen iis imponamus morbis, qui pruritum dumtaxat *ut symptoma* agnoscunt; quem in errorem respectu urticariae, psydraciae etc. WILLAN, BATEMAN, MOURONVAL inciderunt. *Pruriginis* enim nomen pro ea solum pruritus specie reservandum est, quae sine alio evidenti morbo obvenit, si forte papulas rubras, scalpendi potius effectum, a prurigine

42) PECHLINI obs. 24.

43) Cantatrix a. 1812. intolerabilem ac continuum vaginae accusabat pruritum, omnibus localibus remediis rebellem. Locus affectus minima atque copiosa condylomata exhibuit, quae simul cum pruritu, ope curae universalis antisyphiliticae fugata fuere.

44) Pluries ex fonticulis vehementem partium contiguarum, quin immo semel universi corporis pruritum observavi, ita ut eorum sanationem, etiamsi nolens, suscipere coactus fuerim.

45) A cimice sub cutis epidermide diu haerente pruritum describit HAEN (opusc. inedita. P. I. p. 3).

gine nostra haud semper alienas [46]), excipias. Atque hîc monuisse juvat, in prurigine ista, scalpere, non ut in aliis morbis pruritu insignitis, levamen afferre [47]).

7. *Prurigo universalis* in aetate juvenili, malum facile debellandum, at, saepe periodice rediturum, sistit. Non ita in senio; nisi enim pruritus, quem dicunt senilem, a diarrhoea aut ab urinae profluvio, ut vidimus, pro tempore saltem, mitigetur, aut evanescat, morbum terribilem et rebellem constituit [48]). Laedit ille musculos cuti subjacentes, nervos et vasa lymphatica in Prognosis.

46) „Pruritus enormes non semper densae confertaeque papulae offerunt; paucae vix aspectu notandae occurrunt, quae hominem convellant" (Lorry op. c. cap. 3. art. 1. par. 2). — „*on n' apercevait prèsque pas de boutons sur la peau; ils étaient suivant l'expression vulgaire des malades, entre cuir et chair*" (Alibert l. c. p. 541).

47) „*Qu'on ne compare point le triste état de certains dartreux avec celui des individus qui sont affectés du prurigo: ces premiers du moins se soulagent en se grattant, et plusieurs entre eux avouent qu'ils n'ont pas de plus exquise jouissance; mais ces derniers ont beau recourir à ce moyen, ils ne peuvent ni changer un seul instant le mode de cette sensation brulante, ni procurer la moindre trêve à leurs perpétuelles souffrances*" (Alibert l. c. p. 533).

48) Hippocrat. aph. lib. sect. III. aphor. 31. — Paul. Aegin. de re medica. lib. IV. cap. 4. („pruritum in senectute contingentem perfecte sanare non datur, verum subscriptis mitigare potes").

in ea decurrentia et viscera abdominalia [49]). Quosdam contra ea inter limites prurigo haec salutaris esse solet [50]). Valet id inprimis de ea senili prurigine, quae, ut aliquoties observavimus, nexum quendam cum morbis cordis et vasorum majorum habet. *Prurigo partialis* pro varia caussa et sede varios quoque agnoscit exitus. Quae a suppressione evacuationum habitualium proficiscitur, omnium facillime tolli solet.

Cura. 8. In juvenibus plethoricis robustisque hominibus nil certius pruriginem profligat, quam *cucurbitulae scarificantes*, *balnea fluviatilia* et maxime *marina;* item abstinentia a cibis aromatibus conditis nec non a liquoribus fermentatis. Eundem effectum quacunque in aetate *hirudines* ad anum, sive ad perinaeum praestant, si pruritus ex haemorrhoidibus vel menstruis suppressis originem duxerit. In prurigine ex *imo ventre* ortum

49) „*Il est une autre prurigo qui est pour ainsi dire inexorable, c'est celui qui attaque les vieillards; j'en ai rencontré qui éprouvaient des tintemens d'oreilles, des faiblesses de vue, des crampes, des lassitudes, des tiraillemens d'estomac, des oppressions, des gonflemens à l'épigastre; toutes les fonctions se dérangent, particulièrement les fonctions digestives; les malades s'épuisent et tombent dans l'amaigrissement; ils s'abandonnent au découragement et au desespoir*" (Alibert l. c. p. 535).

50) „*On diroit que le prurigo formicans est en quelque sorte la crise d'une autre maladie*" (idem l. c p. 539).

ortum habente, *victus* modicus, blandus, *lacteus*[51]), *lac* ipsum, sive asininum, sive caprinum, item *serum lactis*[52]), *lenia emetica*[53]) et *purgantia*, *aquae minerales saponaceae et salinae* potiora praebent auxilia. Pruriginem *ex transpiratione suppressa*, corporis debitum exercitium, *cucurbitulae siccae*, *decocta lignorum*[54]), *sulphur* et *balnea tepida* debellant. Haec et prurigini *ab immunditie*, praecipue adhibito simul sapone, medentur. Saepe balnea tepida ab initio pruriginem augere ac dein tandem extinguere, non ignorandum est[55]). *Pruritus senilis* victum, quousque leges consuetudinis id ferunt, blandum, nutrientem, gelatinosum, praecipue ex jusculis ranarum, viperarum ac remedia alvi et urinae excretionem excitantia exposcit. Latente vitio scorbutico, *jus-cula antiscorbutica*[56]), et *decoctum turionum juniperi communis* prosunt. Si aeger fuerit arthriticus inter remedia generalia, inprimis *extractum stipitum solani dulcamarae*, cum *sapone* vel *soda* aut *potassa*[57]), aut *acidum* sive *sulphuricum*[58]), sive

51) Avicenna T. I. p. 347. a.

52) Galen. de simpl. medic. fac. p. 10.

53) Loescher l. c. (Ipecacuanha).

54) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 28 (36).

55) „Nec mirandum, si inter balneorum usum plures papulae prodeant. Etenim laxatis vasis, ad cutem omnia deferri aequum est. Sed nulla inde ratio est, cur minus balneis fidamus" (Lorry l. c.).

56) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 31 (42).

57) Willan l. c. p. 50. *Natrum depuratum* dispensa-

sive *nitricum* [59]), sive *muriaticum oxygenatum* [60]) praescribenda forent. Laudatur quoque decoctum *radicis smilacis sarsaparillae* una cum *oxymelle scyllae* et *cremore tartari* [61]). *Externa remedia*, si excipiamus *balnea sulphurica* et inunctionem cum *vini faece* [62]), pruritum potius adaugent et non nisi caute adhiberi queunt [63]). Veteres quidem ea potissime commendant, at potius adversus morbos *cum* pruritu quam contra legitimam pruriginem. Sunt autem hujusmodi remedia [64]), vel *lotiones* cum *decocto foliorum nicotianae tabaci*,

torii Londinensis, vel oleum *tartari per deliquium* adhibet, e. c. ter de die a guttis decem ad guttas viginti, in vasculo decocti cujusdam lignorum.

58) Willan l. c.

59) Optimos ab hoc remedio in pruritu senili expertus sum effectus.

60) „*I have seen considerable benefit derived from the internal use of the oxygenated muriatic acid*" (Bateman l c. p. 19).

61) *Clinical reports of the medical cases in the meath hospital of County of Dublin infirmary during the session* 1826—1827. *Part. I. by* R. J. Graves *and* W. Stockers. *Dublin* 1827.

62) Hafenreffer l. c.

63) „*On risque de transporter au cerveau l'irritation qui régne sur la périphérie cutanée*" (Alibert l. c. p. 542).

64) „Quod attinet ad remedia extrinsecus admovenda, illud sedulo tenendum est, acriora plerumque convenire, ubi pruritus est; sin dolor fuerit, lenia esse adhibenda" (Heberden comment. cap. 23).

baci, *radicis veratri albi*, *arctii lappae*, *seminum delphinii staphidis agriae*, *aceto*, *urina* [65]), et lacte, — vel *unctiones* ope *olei*, *cerae*, *mellis* addito sive *sulphure*, sive *opio*. Et applicatio *pellis recentis ovis* [66]) tentari meretur. Ita fotus animalis recenter mactati. Nec *ulcera artificialia* praetermitti debent. *Prurigo ani*, nisi ea ab ascaridibus vermicularibus vel ab haemorrhoidibus oriatur, quo in casu ibi *clysteres cum lacte et aloe* [67]), hìc applicatio *hirudinum* conducunt, caute et nonnisi *emollientibus remediis* vel *aceti lotionibus* [68]) curanda est: aliàs enim gravissima mala, nec excepta morte improvisa [69]), sequi possunt. Si lues venerea subesset, cura universalis indicatur. *Prurigo praeputii* munditiem ac lotionem cum *solutione acetatis plumbi* exposcit. *Prurigo urethrae*, ex angustia hujus canalis, per *candelas* (Bougies) — ex abscessu, per *cataplasmata* — ex materia irritante, per *balnea* — ex vitio cancroso, per *lotiones* cum *decocto herbae malvae*, *hyoscyami nigri* vel *conii maculati*, — ex syphilide, per *curam mercurialem* abigitur. Cura *pruriginis scroti* illi pruriginis ani similis est. Adde remedium PLENKII [70]) a quo miracula vidimus. Nisi epider-

65) AVICENNA T. I. p. 330. 66) Idem l. c. p. 373.

67) R. Lactis vaccini libram semis. Aloes hepaticae scrupulum unum. D. S. pro clystere.

68) WILLAN l. c. p. 58.

69) *Memoirs of the medical society. Vol.* 3. p. 348.

70) R. Unguenti citrini mercurialis unciam unam. Axun-

epidermidis adsit excoriatio, lotiones cum *aqua phagedaenica* etiam laudantur [71]. *Pruriginem muliebrium* pro re nata cum *balneis tepidis*, *hirudinibus*, *mercurio* curamus. Conducit quoque hic PLENKII laudatum remedium [72]. Sunt qui lotiones partium genitalium et injectiones in vaginam ope solutionis *Boracis* suadeant [73]. Audax quis pruritui in genere *acidum hydrocyanicum* opponendum esse docet [74]. Longe sane tutior usus *muriatis oxygenati sodae* foret [75].

§. LXXXII.

giae purae unciam semis. Mercurii praecipitati rubri scrupulum unum. M. Inungatur mane et vespere parti prurienti.

71) R. Mercurii sublimati corrosivi scrupulum semis. Solve in aquae calcis unciis octo. D. usui externo.

72) Quum a. 1817. aegram de qua supra (22) Viennam profecturus, desperabundam dereliquerim, me Patrem pro ea in consilium ducturum fore promisi. Suasit is remedium PLENKII (quo pluries cum magno successu in prurigine scroti usus erat). Id redux tanto cum fructu adhibui, ut morbus mox evanuerit: at solum pro tempore. Interea et in recidivis remedium, de quo agitur, levamen saltem attulit.

73) FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk.* 1825. *Octob.* p. 16.

74) TODD THOMSON in *London med. and physic. journ.* 1822. *Febr.* (R. Acidi Borussici unciam semis. Alcohol drachmas sex. Aquae destillatae uncias decem. M. D. usui externo).

75) *Notice sur l'emploi en médecine du chlorure de soude, par* G. DARTING. Ex *medical repository feb.* 1826. p. 139. in FERUSSAC *bulletin des scienc. med.* *No.* 5. *Mai* 1826.

§. LXXXII.

Tactus deletus.

1. Defectus vel abolitio sensus tactus, superstitibus motu musculari, nutritione partis affectae et animi facultatibus, *cutis* dicitur *anaesthesia* [1]). Definitio.

2. Anaesthesia cutis, modo extemplo, modo praeviis aut febre rheumatica [2]), aut prurigine [3]), ingruit. Detinet hoc malum nunc corporis superficiem universam [4]), nunc alterutrum illius latus [5]), nunc unam dumtaxat partem, videlicet faciem [6]), manum [7]), brachium [8]) et crus [9]). In locis Symptomata.

1) Ab α privativo et αἴσθησις tactus.

2) M. E. Zukowski diss. de anaesthesia tactus. Vilnae 1812. obs. I.

3) Behr *Fall von Lähmung des Gefühles bei fortbestehender willkürlicher Bewegung. Mit Bemerkungen über Urtication* (Rust *Magazin der gesammt. Heilk. B.* 7. p. 375).

4) D. Ludovici de perfecta anestasia per totam corporis peripheriam (misc. acad nat. cur. dec. I. ann. 3. 1672. p. 454).

5) Jurine *observation sur une hémiplégie du sentiment* (*anaistesie*); *avec les réflexions sur cette observation par* Hébréard (Tartra *Bulletin des sciences médicales. T.* 4. p. 81. 86). — Marcet in *medico-chirurg. transact. Vol.* 2. 1813 (narrat casum Dr. Vieusseux qui post saevam odontalgiam sensum in latere corporis sinistro amisit. In latere quidem dextro sensus perstabat at ita tamen mutatus, ut corpora superficie plana instructa, si frigida, calida apparerent et vice versa).

6) Anaesthesiae lateris faciei dextri exemplum Vilnae ob-

locis anaesthesiâ mulctatis nec rudis attactus, nec punctura [10]), nec ignis necque acida mineralia [11])

(prius-

servavi, afflatui aurae frigidae sub itinere in traha haud cooperta ortum debens.

7) J. F. Senaux *fils, réflexions sur la cause de la stupeur douloureuse, qui frappe quelques fois la main de l'accoucheur, introduite dans la matrice (annales de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 9. p. 64). — Cl. Thiebault *quelques objections aux réflexions de* J. F. Senaux *sur la cause de la stupeur* etc. (Sedillot *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 28. p. 356).

8) Zukowski l. c. obs. II. — Hébréard *sur un cas particulier d'insensibilité dans un membre, sans perte de mouvement* (Sedillot l. c. *T.* 31. p. 463).

9) J. Yelloly *history of a case of anaesthesia (loss of sensation in the upper and lower extremities) (medico-chirurg. transact. Vol.* 3. p. 90). — Zukowski l. c. obs. III. — (Act. mea clinic. C. univ. Vilnensis. ann. 3—6. Lips. 1812. p. 33).

10) „*Man konnte Patientin kneipen, und mit einer Nadel in die Haut stechen, ohne dass sie es fühlte. Stach man mit der Nadel in die Muskelsubstanz, so war das Gefühl wie bei einem Gesunden*" (Behr l. c. p. 378).

11) „Acus puncturam in locis affectis ad dimidium pollicis profundam sine omnis doloris sensu perferebat. Immissa manu aquae frigidissimae ac dein fervidissimae nullam discernebat differentiam. Carbones accensos sine sensu manibus eousque deprehendebat quousque extinguebantur. Quin immo acidum nitrosum concentratum per vigesimam horae partem in manus palma sine ardoris sensu tenere potuit, ita ut additum frustulum ferri efferveseentiam excitare et oxydari potuerit" (Zukowski l. c. obs. III).

(priusquam exesa cute ad musculos subjacentes deveniant) percipiuntur. Cutis tactu orbata interdum frigida et dura [12]).

3. Sectiones cadaverum a SAUVAGES [13]), Son- Necroscopiae.

12) HELVETIUS Amstelodami a. 1678. feminam conspexit, 36 annorum viduam. Hujus partium externarum superficiem marmor frigore non vincebat; ut ut membra satis moverentur. Rigida passim, et instar pellis, qualis tympana sonora reddit, dura, *nihil fere sensus* reliquum habebat. Huic observationi addit et suam STALPARTUS VAN DER WIEL, scilicet viri, qui graviori affectus scorbuto ex India Leidam accesserat. Quamvis autem hic membra pro lubitu moveret, cutis *sensu* usque adeo erat *obtuso*: ut vel prunis usta, nullum sentiret dolorem; huic autem subjectis partibus pungentia acrioraque satis afferebant doloris (observat. rarior. T. II. obs. 43. p. 433).

13) Nosol. meth. cl. VI. ord. I. gen. X. spec. 1. *Anaesthesia a spina bifida* („. . . infantes hoc morbo affecti recens nati nullo sensu gaudere videntur, nec videre, nec audire, quod non mirum, sed *nec tactu quidem sentire* ullo signo produnt, nec tamen solito magis somno indulgent, pigri sunt ad omnes motus, tamen lac sugunt, motusque ad hoc opus utiles exerunt, alvum et foeces deponunt, si vero *dorsum* investigetur, apparet circa ejus medium, aut paullo inferius tumor mollis castaneae magnitudinem imo figuram cordiformem et calorem satis referens . . . . . . cadaver bis expiscatus sum, in hisce cerebrum est intus sero turgidum; eodem quod ex tumore dorsi aperto effluit, illudque serum ex cerebro ad dorsum, ex dorso ad cerebrum libere refluit pro diversa corporis positura; datur via intra ipsam medullam spinalem a

Sonnenkalb *) et Velpau [14]) traditae, imperium quod columna vertebralis in cutis sensum exercet demonstrant.

Caussae. 4. Et re quidem vera anaesthesia tactus observata est post concussiones columnae vertebralis [15]), postque vulnera sclopetaria primam vertebram lumbarem attingentia [16]): item culpâ puncturae [17]), odontalgiae**), compressionis [18]), extensionis cutis a pinguedine aut a sero [19]), frigoris tum externi [20]),

calamo scriptorio incipiens, quam hoc serum sequitur . . . . ").

*) Carus *Zeitschrift für Natur- und Heilk. Jahrg.* 3. p. 85 (medulla cervicalis indurata).

14) *Observation sur une maladie de la moelle épinière tendant à demontrer l'isolement des fonctions des racines sensitives, et motrices des nerfs (journal de physiologie expérimentale. T.* 6. p. 142. Cfr. *Repertorio di medic. chir. di Torino Febbrajo* 1827. p. 76. not.).

15) R. Dundas *case of concussion of the spine, tending to confirm the opinion that the nerves of sensation and of motion are distinct (the Edinb. med. and surg. journ. April* 1825. p. 304).

16) Dr. Roche's *Beobachtung von fortbestehender willkührlicher Bewegung, bey Lähmung des Gefühls* (ex *journal universel des sciences médicales.* 1822. in Gerson *und* Julius *Magaz. der ausl. Lit. der gesammt. Heilk. B.* 5. p. 411).

17) Larrey *med. chir. Abhandl. a. d. Franz. übers. von* Robbi. *Leipz.* 1824. p. 36.

**) Marcet l. c.   18) Senaux l. c.

19) Boerhaave comment. sect. 416. Instit. med.

terni [20]), tum interni [21]), transpirationis suppressae [22]), plethorae [23]), labis leprosae [24]), plicosae [25]), cholerae Indiae [26]).

5. Anae-

20) Jam ante gangraenae formationem membra congelata tactu orbari solent. — Anaesthesiae tactus exemplum a frigore suscepto Dr. Sonnenkalb (l. c.) describit.

21) P. I. Vol. I. Sect. I. cap. II. §. XXII. 2.

22) Communissima caussa, uti ex opusculo citat. Zukowski elucet, utpote qui observationes plures de anaesthesia tactus in instituto clinico Vilnensi collegit.

23) Anaesthesia plethorica Dr. Ludovici collect. acad. T. III. p. 184 („adolescens mater et stomacho debili, subito mane loquela orbatur, sine praevio ullo affectu, ex quo mutitas oriri potuisset, vel praevideri; punctus in quibusvis corporis partibus nullum tactus sensum praebuit, licet acus alte infigeretur capiti, collo, humeris, dorso, pectori, brachiis, abdomini etc. videbat aeger tum admiratione hujus phaenomeni, tum quod nullum incommodum praeter mutitatem experiretur; quippe ceteras suas functiones per biduum facile obibat; sectis ranulis, et inde misso cruore, loquela restituta fuit, et sensus tactus rediit, excepto levi stupore, qui cinnabaris semiscrupulo assumpto, et potu sudorifico, omnino recessit").

24) Hensler *vom abendländischen Aussatze.* 1790. p. 140 — 276.

25) Cap. XXII. §. LXXI. 2 (43) aegra, de qua supra (11), plicosa fuit.

26) W. Scott *report of the epidemic cholera of Asia. Madras* 1824. p. *XXVI.* („*The skin when much collapsed becomes* *insensible* *even to the action of chemical agents . . . The application of mineral acids and*

Diagnosis.

5. Anaesthesia tactus, de qua loquimur, distingui debet a conditione cerebri, exstasi, catalepsi, asphyxiae, nonnullisque maniis et apoplexiis familiari, quatenus hìc sensus non ob cutis sed ob cerebri vitium desideratur. Distingui illa quoque debet a cutis anaesthesia artificiali [27]) aut simulata [28]). Nec facile ad anaesthesiam tactus revocanda erit cutis sentiendi facultas deleta *gangraenae* vel *paralyseos* comes; ibi enim *nutritio*, hîc *motus* desunt; ex adverso ambo nostro in morbo perstant [29]). Interea etsi habitâ ratione diversae originis nervorum sensui et motui dicatorum [30]), haud arduum sit intelligere, quo pacto para-

of boiling water, in this condition of the skin, produce little or no effect").

27) Vir sic dictus incombustibilis utitur sequenti lotione: R. Aluminis unciam unam et semis; ichthyocollae unciam unam. Gummi arabici unciam semis. Solve in aquae unciis quatuor. M. S. *Frottés le corps et passés le feu.*

28) e. c. simulando epilepsiam.

29) No. 1.

30) Magendie fretus experimentis in cuniculis susceptis statuit, *radices posteriores* nervorum spinalium unice *sensui tactus* famulari, non autem motibus; ex adverso *radices anteriores* eorundem nervorum *motibus* tantum non autem tactui inservire (*journal de physiologie expérimentale. Octob.* 1822). Ipse praeterea hanc opinionem observationibus pathologicis confirmare conatus est (*sur quelques découvertes récentes relatives aux fonction du système nerveux*).

paralysis et anaesthesia cutis singillatim exstare possint; fateri tamen oportet, conspicuum istos inter morbos locum habere nexum, ex eo probatum, anaesthesiam cutis saepe paralyseos modo comitem [31]), modo nuntium [32]), modo reliquias [33]) sistere.

6. Patet

* Et egregius Italiae physiologus affirmat: „motus et tactus diversae sunt proprietates et a diversa substantia (medullae spinalis) reguntur (C. F. BELLINGERI experimenta physiologica in medullam spinalem. August. Taurinorum 1825. p. 22). Differt vero a MAGENDIE quod *motum ab albida* et *tactum a cinerea substantia* derivat (Cfr. ejusd. auctoris experimenta in nervorum antagonismum ibid. 1824. p. 10).

31) SENAC (*structure du coeur T. II.* p. 291) exemplum narrat ubi brachium unum erat paralyticum cum sensu acutissimo, alterum vero brachium omni carebat sensu, sed motu naturali gaudebat. Cfr. REIL *Fieberlehre B.* 4. p. 56.

32) Die 17. Octobris 1827. in loco *Varese*, pro viro 73 annorum, constitutionis corporis fortis, per totum vitae curriculum hypochondriaco, in consilium ductus sum. Hic vir ante tres dies medicum suum (Dr. SABBIA) advocari curavit, illi dicens, „ecce me apoplexiâ tactum!" Quum medicus facultates animi motusque corporis integerrimos invenerit, aegro suo irrisit. Hic tamen addens se sensum tactus in latere corporis sinistro amisisse exhibensque pulsum solito pleniorem, Dr. SABBIA hirudines ano applicare jussit. Ast vix sanguis inde prodibat, extemplo hemiplegia ejusdem lateris secuta est, una cum sopore, paucorum dierum spatio lethali.

33) BEHR l. c.

Prognosis. 6. Patet inde morbi nostri momentum, nisi forte a caussis transitoriis productus fuerit, puta a rheumate, plethora, compressione.

Cura. 7. In curanda tactus anaesthesia ad sedem et ad naturam caussae morbum gignentis respiciendum. Si illa in specu vertebrali latuerit, pro re nata therapia paralyseos spinalis valet. Morbo ex affectione singulorum nervorum proficiscente, ad praecepta in tractatibus de neuritide deque neuralgiis exposita recurrendum. Ex observationibus in curriculo illius paragraphi traditis, potissimum virtus *phlebotomiae*, *urticationis* et *diapnoicorum* apparet.

MORBI
TEXTUS CELLULOSI
SUBCUTANEI.

Introductio.

Textus cellulosus subcutaneus ob extensionem, ob nexum [1]) et ob consensum [2]) cum reliquis corporis humani partibus, magni, et jamdudum perspecti [3]), est momenti [4]), quod tum ex

1) *Corpora extranea* per universum textum cellulosum sine difficultate migrantia (Voigtel *Handb. der pathol. Anatomie. B.* 1. p. 78) et *metastases*, nexum cellulosae cum singulis partibus, visceribus non exceptis, patefaciunt.

2) Bichat *anatomie générale appliquée à la physiologie et à la médecine. Paris T. I.* p. 11 — 54.

3) C. A. Bergen de membrana cellulosa. Francf. ad Viadr. 1732. — D. C. Schobinger de telae cellulosae in fabrica corporis humani dignitate. Gotting. 1748. — Fr. Thierry ergò in celluloso textu frequentius morbi et morborum mutationes. Paris. 1749. — Chr. Frid. Richter diss. de inflammatione ejusque in tela cellulosa frequentissima sede. Hal. 1767. — W. Hunter *remarks on the cellular membrane, und some of its diseases (med. observat. by a soc. of physic. London. Vol* 2. p. 26). — Th. Bordeu *recherches sur le tissu muqueux ou l'organe cellulaire. Paris* 1767 *et* 1791.

4) Bichat l. c. — Mr. Detten *Beiträge zur Lehre von den Verrichtungen des Zellengewebes. Münster* 1800. — C. Mayer *über Histologie oder eine neue Eintheilung der Gewebe des menschl. Körpers. Bonn* 1820.

ex morbis nonnullis hucusque recensitis [5]), tum ex mox recensendis, apparet [6]).

Caput XXV.

De polypionia.

§. LXXXIII.

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. Collectio abnormis adipis, potissimum in textu celluloso cutis et interstitiis musculorum subjacentium, formam corporis deturbans ejusque motum aliasque functiones impediens, *polypioniam* [1]) efficit.

Scriptores. 2. De hoc morbo legi merentur, praeter plures

5) Ex doctrina videlicet *erysipelatis*, *furunculi*, *anthracis* et *carbunculi*.

6) *Polypionia. Anasarca. Emphysema* et *textus cellulosi induratio.*

1) A πολὺ, multum, et πίων, pinguis. *Synonyma:* Polypiotes, Steatites, Pachytes, Pachysmus, Polysarcia (a Graec. πολὺ, multum et σὰρξ caro. Significat igitur torositatem seu crassitiem musculorum), Obesitas nimia, Corpulentia morbosa. Ital. *Corpulenza; Grassezza estrema.* Hisp. *Obesidad; Corpulencia.* Lusit. *Obesidade; Gordura demasiada.* Belg. *Vetlyvigheid; Zwaarlyvigheid.* Dan. *Fyldighed.* Suec. *Oefverfett.* Island. *Holldriki.* Germ. *Zu grosse Fettigkeit; Vollleibigkeit.* Gall. *Corpulence, Obesité.* Angl. *Corpulence.* Ross. Тучность. Pol. *Otyłość.*

res dissertationes [2]), opuscula TH. SHORT [*]), THIERRY [3]), MALCOLM FLEMYNG [4]), BORDEU [5]), LOR-

2) SEBIZ diss. de marasmo et gracilescentia sanorum et aegrotantium, crassitie et obesitate naturali et morbosa. Argent. 1658. — FRIDERICI diss. de corpulentia nimia. Jen. 1670. — ETTMÜLLER diss. de corpulentia nimia. Lips. 1681. v. opp. T. II. P. II. p. 878. — WOLF diss. de obesitate exuberante. Jen. 1683. — SCHAPER diss. de obesitate nimia. Rostoch. 1701. — VERDRIES diss. de pinguedinis usibus et nocumentis in corpore humano. Gies. 1702. — WUCHERER diss. de corpulentia nimia. Jen. 1716. — FR. HOFFMANN diss. de pinguedine seu succo nutritio superfluo. Hal. 1718. v. opp. supp. II. P. I. p. 537. — WALTHER diss. de obesis et voracibus, eorumque vitae incommodis ac morbis. Lips. 1734. — SCHULZE diss. de pinguedine. Hal. 1739. — BASS diss. de obesitate nimia. Erf. 1740. — QUELMALZ diss. de pinguedine ejusque sede tam secundum, quam praeter naturam constituta. Lips. 1748. — SCHULZ diss. de obesitate. Lugd. Bat. 1752. — SIGWART diss. polysarciae nosologia. Tüb. 1756. — GATTENHOFF diss. de ventris crassi et obesi factis. Heidelb. — J. G. L. LEIDENFROST diss. de morbis adipis humani. Duisb. 1772. — J. H. OSWALD diss. obesitatis corporis humani therapia. Tub. 1775. — RIEMER diss. de obesitatis causis praecipuis. Hal. 1778. — JANSEN diss. de pinguedine. Lugd. Bat. 1784. — REUSSING diss. de pinguedine sana et morbosa. Jen. 1791. — C. F. SCHROEDER diss. de adipis sani et morbosi causis. Berol. 1822.

*) *On the causes, and effects, prevention and cure of corpulency. Lond.* 1753. 8°.

3) l. c.

LORRY [6]), JANSEN [7]), BICHAT [8]), J. BASTER [9]), A. MACCARY [10]), EVERARD HOME [11]), GRAEFE [12]) et RASPAIL [13]).

§. LXXXIV.

4) *Discourse on the nature, causes and cure of corpulency. Lond.* 1760. Vers. Germ. auctore PLENK. Vindob. 1769. Extractum operâ AMMON in GRAEFE *und* WALTHER *Journ. der Chirurg. und Augenheilk. B.* 10. *Heft* 3.

5) l. c.

6) *Mémoire sur la graisse considérée dans le corps humain, sur ses effets, ses vices, et sur les maladies qu'elle peut causer. Histoire de l'acad. R. de méd. a.* 1779. *mém.* p. 97. Et: *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* 9. *B.* p. 222.

7) *Physiologische und pathologische Abhandl. von dem thierischen Fette. Hal.* 1786.

8) l. c.

9) *Over de zwaarlyvigheid; welke de redenen zyn, waarom het eene mensch, zo veel meer onderhevig is aan zwaarlyvig te worden, dan de ander? En hoe men, zonder nadeel van zyn gezondheid, de zwaarlyvigheid best kan voorkoomen? (Verhandel. van het Maatsch. te Haarlem. Deel* 6. *St.* 2. *Bl.* 767).

10) *Traité sur la polysarcie. Paris* 1811.

11) *Philosophical transactions of the royal society of London.* 1812.

12) *Die Geschichte einer glücklich geheilten Fettsucht* (GRÄFE *Journal für die Chirurgie* B. 9).

13) *Recherches physiologiques sur les graisses et le tissu adipeux (répertoire général d'anatomie* T. 3. 2. *partie. avec* 1. *planche*).

§. LXXXIV.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

1. Symptomata polypioniae varia sunt, prout adeps *universum* textum cellulosum adimplet, aut *unam* solummodo illius partem occupat. Symptomata general.

2. In *polypionia universali* corpus enorme saepe pondus acquirit [1]), flaccidum et pastosum fit, S. polyp. universalis.

1) Tulpius obs. med. lib. III. cap. LV. p. 269 (puer 150 librarum). — Smetius miscell. p. 579 (Georgius Fridericus, marchio Brandenburgensis 427 libr.). — Ch. Fr. Kühn puella mirandae corpulentiae in nov. act. nat. cur. T. I. p. 225. — Bartholinus histor. anatom. Cent. III. hist. 88. T. II. p. 180 (puella undecim annorum ponderis libr. 200 et quod excurrit). — *Philosophical transact. y.* 1751. p. 188 (Bright, homo 584 librarum). Ibid. No. 479 (homo 500 libr.). — Wade *case of preternatural fatness* in *med. observ. by a soc. of physic. in London. Vol.* 3. p. 69. — Güntz in *Journal de médecine T. II.* p. 92 (infans trium annorum ponderis libr. 82). — *Salzb. med. chirurg. Zeitung* 1806. *B.* 3. p. 9 (puella Bodelsbusana, viginti mensium 70 libr.). — *Schwäbischer Mercur* 1811. *July* (puella septennis, 189 libr.). — *Neue Samml. med. Wahrnehm. B.* 3. p. 370 (homo 800 libr.). — Tilesius in Voigt *Magaz. für den neuesten Zustand der Naturk. B.* 5. p. 289. 408 (obesitas enormis puellae quatuor annorum). — Béclard *un petit garçon de l'age de quatre ans et demi, pese plus de cinquante kilogrames.* In *Bulletin de la faculté et de la soc. de méd. de Paris. a.* 1816. p. 270. — *Exemple monstrueux d'obésité* in Tartra *bulletin des scienc. méd.*

fit, nulla musculorum vestigia exhibet, . libero et firmo motui impar evadit. Sub ascensu scalarum, montium, dyspnoea percipitur. In genere magnum, inprimis post cibum assumtum, tum quiescendi, tum dormiendi desiderium occurrit. Sub minimo corporis motu en sudor, ingratum, saepe acidulum, spirans odorem. Haud raro vestes caeruleo sive rubro inde tinguntur colore. Loca sudantia, potissimum mammae, hydroam sudamen, et ad plicas cutis erythema intertriginem, exhibent. Urina, inprimis post corporis exercitium, cum ardore, turbida, instar solutionis saponis, excernitur, sedimentum lateritium deponit ac ad superficiem a substantia oleosa, iridis colores exhibente [2]), cooperitur. Polypionia laborantes famem et frigus facilius, quam macilenti ferunt, ac tactu, ut diximus, imminuto instruuntur. Debilis tum coeundi [3]), tum generandi facultas [4]) observatur.

3. *Poly-*

T. 4. p. 207. — Lambert vir quadraginta annorum, qui mense Junio 1809. Londini obiit, ponderis erat 739 libr. — „*Il a été présenté dernièrement à l'académie R. de médecine un enfant mâle, agé de cinq ans, et d'une telle obésité, qu'il peut à peine marcher. Sa taille n'est pas plus élevée que celle d'un enfant du même age: il pese* 108 *livres*" (*journal des débats. le* 7. *Mai* 1822).

2) Lorry l. c.

3) De coitu dolorifico ex polypionia lege eph. nat. cur. dec. III. an. 1. app. p. 128.

4) „Quod si praeter naturam crassior evaserit, utero non concepit: omentum enim crassius incumbens uteros

P. partialis.

3. *Polypionia partialis* communis apud feminas ad mammas, podicem et crura est. Apud mares ea saepe ad abdomen observatur. Hinc inde massae adiposae ad cartilaginem ensiformem [5]), ad pedem [6]), aliasque partes [7]) occurrunt, ne dicamus de steatomate, chirurgiae objecto.

Necroscopiae.

4. Adeps non solum in textu celluloso subcutaneo, sed et circa viscera aliasque partes e. c. cor [8]), omentum morbose colligitur [9]). Variam is conditionem pro varia aetate et sexu [10]) exhibet. Polypionia saepe [11]) hepatis volumen auctum et serum

comprimit, neque genituram suscipere sinit" (Hippocr. de nat. muliebr. cap. 19. Ed. Charter. T. VII. p. 690. — Aphor. 46. sect. 5. T. IX. p. 222). Cfr. Santeul, an obesis rarior soboles? Paris. 1725.

5) Morgagni op. c. epist. XIX. 58. 6) Lorry l. c.

7) *Ueber die angebornen Fetthaut-Geschwülste und andere Bildungsfehler*, *von* Ph. Fr. Walther. *Landshut* 1814.

8) G. Hannaeus de pinguedine juvenis flavescente, et corde praepingui (miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 2. 1694. p. 18).

9) J. G. Schaeffer historia sectionis obesi juvenis, ex pinguedine nimia mortui (nov. act. acad. nat. cur. T. II. p. 106).

10) Lorry l. c.

11) „Et in his hominibus adiposis inveni arterias, venas ac viscera *non* esse majora quam in macilentis ejusdem staturae adeoque hepar v. gr., splen, pulmo in adiposis *dimidio minores* respectu ponderis totius quam in macilentis" (Sauvages nosol. method. cl. X. ord. II. gen. IV).

serum in cavitatibus extravasatum socia agnoscit. Et in intestino colo massae sebaceae, vulgo *scybala*, inveniuntur [12]).

Analysis chemica.

5. Adipis optima adhuc apud FOURCROY habetur analysis chemica [13]). Plurima de hoc argumento memoratu digna jam apud LORRYUM inveniuntur, sapienter praeterea monentem, experimenta, cum adipe in laboratoriis chemicis instituta, vix de illius in homine vivo mutationibus rationem reddere [14]).

§. LXXXV.

Caussae.

C. praedisponentes.

1. Praedisponunt ad polypioniam vitium haereditarium, clima septentrionale, corporis formositas, scrophula, infantia, sexus sequior, eviratio, temperamentum vulgò phlegmatico-sanguineum.

C excitans.

2. Excitatur polypionia a victu copioso *), nutriente, tam animali [1]), quam vegetabili [2]), a potu

12) E. HOME *on the formation of fat in the intestines of living animals* (*medic. and physic. journ. Lond. January* 1814).

13) *Elémens d'histoire naturelle et de chimie T.* 4. p. 341.

14) l. c.

*) GRAEFE l. c.

1) Laniones fere omnes obesi sunt.

2) Ex esu *fructuum dactylorum* recentium arboris Phoenicis dactyliferi pro solo nutrimento cum potu mellito, feminas Maurorum in Africa circa Senegal intra paucos menses obesitatem acquirere, autoptes asserit (SWEDIAUR nov. nosolog. meth. systema. Halae 1812.

a potu spirituoso [3]) et cerevisiae meracioris, e. c. *porter*, ab animi quiete [4]) inprimis absentibus ira, invidia [5]), amore effraeno, zelotypia [6]), a somno diu protracto, a defectu motus [7]) et lucis [8]),

Cc 2 a vene-

T. I. p. 123). — Et radici *smilacis chinae* virtus obesitatem conciliandi tribuitur; quo fine a mulierculis Aegyptiis in balneis usurpatur; displicent enim in gynaeceis arundinaceae feminae (Alpin. med. Aegypt. p. 236. 253).

3) Ackermann in Baldingers *N. Magazin der Heilk. B.* 6. p. 489.

4) Legitur contra de stupendâ pueris recens nati obesitate, ex matris gravidae impressione (Fr. W. Clauder in miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 6. 1687. p. 380).

5) „Invidus alterius rebus marcescit opimis.“

6) Tantam animi pathematibus adversus obesitatem vim tribuit Lorry, ut in iis caussam quaerat, cur homines, animalium domesticorum instar, haud pinguefieri possint.

7) „Valido labore victum parantes homines pingui sudore rigida indusia habent, urinamque emingunt ruberrimam; nec pinguescunt facile, licet voraces etiam fuerint. Ubi autem valida viscera chylopoietica ex ingestis copiosum tale pingue separant, nec per totum corporis dissipatur, tunc illud incipit accumulari, membranam cellulosam distendere, ejusque molem immaniter saepe augere“ (Swieten commentar. §. 1010).

8) „Aves, quae conviviis comparantur, ut immotae facile pinguescant, *in obscuro* continentur. Ita, sine ulla exercitatione, jacentibus, tumor pigrum corpus invadit, et super membra iners sagina succrescit . . . . . Ita istorum corpora, qui se tenebris dicaverunt, foeda visuntur. Quippe non speciosior illis, quam morbo

a veneris abusu, ab haemorrhagiis aliisque morbis [9]), ab usu mercurii, a denegata aut concessa [10]) lactatione, nec non a cohibitis secretionibus habitualibus.

C. proxima.

3. Quid secretioni, aut forte potius productioni [11]) morbosae adipis ansam porrigat, latet. Hepatis affectio evidenter hîc scenam ludit [12]). Item vasorum lymphaticorum imbecillitas [13]), scrophulis addicta. Nec arthritis nostro a morbo aliena est, docentibus urinae in obesis conditione, ac complicatione polypioniae cum lithiasi [14]) communi diatheseos arthriticae effectu.

§. LXXXVI.

pallentibus, color est. Languidi et evanidi albent, in vivis caro morticina est (Seneca epist. CXII).

9) C. M. Blom de pinguedine praeternaturali seu polysarcia universali adiposa, generata sub diuturna gastrodynia ab acido (nov. acta acad. nat. cur. T. VIII. p. 230).

10) Uxori professoris Vilnensis, quippe gracili et pectore debili instructae, lactationem propriorum infantum binis vicibus interdixi. Tertia tandem vice eam concedere coactus fui. Inde adeo obesa evasit, ut alia videretur femina.

11) Home l. c.

12) „Hinc etiam cum bilis secretione adipis generatio ita cohaeret, ut obesi fiant, quorum hepar turgescit, utque in saginatis anseribus enormem plerumque jecinoris molem animadvertamus" (Sprengel instit. med. T. III. p. 49).

13) Bichat l. c.

14) J. G. Neuburg *über die Krankheiten der Harnwege*

§. LXXXVI.

Diagnosis. Prognosis. Cura.

Diagnosis.

1. *Polypionia* neque cum simplici *obesitate* [1]), utpote functionum exercitio haud obstante, neque cum *conditione torosa musculorum* [2]) confundi debet. Porro ne collectionem morbosam adipis circa cor, aut viscera abdominalia pro morbis harum partium habeamus, cavendum est [3]).

Prognosis.

2. Qui polypionia detenti sunt, raro longaevitate fruuntur, unde jure HIPPOCRATES: „natura admodum crassos celerius interire, quam graciles" [4]). Praeterea a quocunque alio morbo, nisi corpo-

(HECKER *liter. Annal. der gesammt. Heilk. März* 1827. p. 312).

1) GALL. *Embonpoint.*

2) *Polysarcia* proprie dicta. — „Unde differt (polypionia) a gigantea, sed proportionali partium omnium magnitudine, quae nec decori quidquam detrahit, viresque moli respondentes obtinet" (SAUVAGES l. c.).

3) J. H. SCHULZE de pinguedine *bubonocelen* mentiente (act. acad. nat. cur. Vol. I. p. 502). — LESKE *auserl. Abhandl. B.* 1. p. 1. ex *Philos. transact. T. XXI. No.* 265 (obesitas *hydropem* mentiens).

4) Aphoris. 44. sect. II. edit. CHARTER. T. IX. p. 83. BERAULT ergo praestat gracilem esse, quam obesum. Paris. 1620. — BONJONNIER ergo speciosa sanitas suspecta. Paris. 1625. — S. SCHOLZ corpulentia et pinguedo nimia subitae mortis causa (misc. acad. nat. cur. dec. I. a. 2. 1671. p. 161. dec. III. a. 1. 1694. Append. p. 128). — DE PRÉ de eo, quod citius moriantur obesi, quam graciles, secundum HIPPOCRATIS aphorismum.

corporis volumen imminuatur (ut in febribus frequenter accidit [5]), gravius affligi solent. Repentina macilentia inprimis mali observatur ominis. Morbi polypioniae facile supervenientes sunt vitia organica cordis, scirrhus hepatis, pancreatis, pylori, calculus renalis, apoplexia et praecipue hydrops anasarca [6]).

Cura. 3. Antiqui ad polypioniam curandam plura *auxilia pharmaceutica* [7]), *chirurgica* [8]) et *diaetetica*

Erf. 1724. — EHRLICH diss. de obesorum ad morbos mortemque proclivitate. Hal. 1730. — ADOLPHI diss. de solvendo bono corporis habitu. Lips. 1741. — BÜCHNER diss. de insolito corporis augmento, frequenti morborum signo. Hal. 1752. — LUDWIG pr. de celeri obesitate causa debilitatis in morbis. Lips. 1759.

5) „Obesus homo, ex febre acuta continua emergens, saepe dimidium ponderis perdit, et turpibus rugis flaccida abdominis cutis pendet, cui ante quatuordecim dies pinguis aqualiculus propenso exstabat sesquipede" (SWIETEN l. c. §. 587).

6) Non intelligo quo pacto P. CHR. ABILDGAARD casum hydropis ab adipe nimio viscera comprimente enarrando, scribere potuerit: „historia hydropis lethalis *a causa rarissima*" (act. soc. med. Havniensis. Vol. I. p. 225). Interea hydropem obesitatis pedissequum non tam e *compressione* absorbentium vasorum, quam e debilitate vitiatoque chilificationis et haematopoieseos opere nasci autumat JANSEN l. c. p. 131.

7) *Diaspoliticon* GALENI, *pilulae specificae* RUFII, *Gassinae* seu *Francofurtenses* in MYNSICHTII armamentario medico chymico sect. 6. p. 148, quas OSWALDUS

tica adhibuerunt. Generatim ultimis (videlicet exercitiis corporis [9]) et animi [10]), quatenus facultatibus

in arcanis habuisse dicitur, *Lacca* quam ab *Arabibus* jam praedicatam refert FALLOPIUS T. II. Tr. 2. c 3. p. 332. *Ruta Sylvestris* a GALENO laudata, *acetum rutaceum, confectio anacardina, centaureum minus, absynthium, polypodium, menthà, semen ameos, fraxini, ebuli, baccae juniperi, oleum cumini, pulvis hypacticus*, comitis de SALBURGO *viperinus*, alia *praeparata* viperina, lapis BUTLERI, *decoctum cupressi, julorum a corylo pendentium, spiritus vitrioli, nitri, salis communis* coagulati, et non coagulati, *acidi* et *dulcificati, antimonium* hujusque clyssus, *martialia*, JOH. MICHAELIS species diacum, *diacureum* in ZWELFERI animadversionibus pharm. p. 178 descriptac, *electuarium antipoioticum*, majus et minus, quorum utrumque apud EHIPH. FERDINANDUM in hist. 82. p. 274. legitur.

8) Fonticuli, setacea, vesicatoria, cauteria, cucurbitulae siccae, pediluvia, clibani calefacti, in quibus pingues, panis et carnium instar, quasi coqui, assari possent et exsiccari, *acupuncturae* lardi exsectiones, de quibus exempla leguntur apud *Mercurialem* de dedecorat. c. 6. p. 17. et ROD. a CASTRO de morbis mulier. P. II. l. 3. c. 3. de pesso, quem MYNSICHTIUS in armament. med. chym. sect. 30. p. 376. pro sterilibus ex obesitate commendat.

9) FORESTUS obs. lib. XXXI. obs. 10 (Iter pedestre unius miliaris germanicae obesae mulieris).

10) De *Arabum* more obesos durioribus modis exonerandi, illatis nimirium injuriis, concitatisque animi adflictionibus, obiurgationibus, terroribus, moeroribus, offensionis malaeque gratiae significationibus,

tatibus aegrotorum accomodatis [11]); victu solito parciori, praecipue respectu panis [12]); potu copiosiori, inprimis aquae subacidulae; veneri modicae [13]); somno breviori [14]); balneis vaporis, calidis, marinis) standum [15]); at cum grano salis ne

irae, spei, amoris et quibusvis offensionum, indignationumque irritamentis loquitur Thom. Rheinesius in epist. 42. ad Hoffmannum.

11) Tanta interdum est polypionia laborantium ad motum impotentia, ut nonnisi *frictionibus* agitari possint. Hoc commotionis genus jam Galenus in libro adversus *Erasistrateos* commendat. Adhibetur id adhuc hodiedum in India (*bibliothèque Britaniqne. Sciences et arts. T.* 44. p. 83). Sunt autem frictiones *pannis asperioribus* instituendae, protractiores, frequentiores, quotidie, immo bis de die repetendae. — Nec spernenda est *curatio depsitica*, quâ obesi palpantur, conductis ad hujusmodi poppysmum famulis, famulabusve, panis instar depsitici a capite ad calcem blando subactu aegrum percutientibus.

12) J. Lanzoni obesitas curata ope aceti et *abstinentia a pane* (miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 1. 1694. p. 50).

13) „Fallopius nullum habitum esse scribit, in quo tantum venus possit, quam in obesis" (Oswald l. c. p. 47).

14) Paulus in epist. ad Hebraeos c. XII. 1. suadet *corporis animique vigilias.* — Gasnier an obesis somnus brevis salubrior? Paris. 1733.

15) „Quiqui solis mediis diaeteticis praecaveri, et curari nolunt obesitatem, ii sciant attamen, his neglectis, repudiatisque, eam nunquam solis aliis, undecunque accersitis, salutariter, et debite, vel praecaveri posse,

ne adeps una cum vita profligetur [16]). Quodsi regimen diaeteticum effectu careret, vel si indicatio pro *purgantibus* [17]), *diureticis*, *diapnoicis*, *tonicis* vigeret, ei, ut aliis in morbis (quousque fieri licet *aquarum mineralium* requisitae virtutis ope)

vel curari, adeoque neque pharmaceuticis, neque chirurgicis, neque his omnibus, utrinque in subsidium convocatis" (Oswald l. c. p. 17).

16) „*Virago* . . . obesitate sua liberari cupiens, corporis exercitia ad id plurimum conferre edocta, frequentioribus vehementioribusque, corporis commotionibus, etiam saltationibus, sese extenuare studebat. Tandem mortualem choream ductura saltabat menstruata. Dehinc protinus febre corripiebatur, facta sub ea orci, nil ita miserantis, miseranda victima. *Vir juvenis*, obesus admodum, novioribus illis orbibus saltatoriis vehementius exagitatus et enormem inde haemoptysin passus, cum sanguine animam prope reddidit. . . . . Archiater, cui rex suum *consiliarium*, quem in capiendis consiliis Nestorem habebat, et in rebus agendis obesitate sua impeditum esse dolebat, ab ea levandum committebat, huic respondebat, se ipsum ipsius optimum fore medicum, si gratia sua illum excidisse aliquanto tempore significaret, nil enim, addens, in consumendo corpore esse potentius animi adflictionibus, et moeroribus. Significabatur id ipsi. At simulata haec offensa tanto optimi viri luctu animum deprimebat, ut, nisi Regis sui gratia brevi iterum certior factus fuisset, vitam citius deposuisset, quam obesitatem suam" (Oswald l. c. p. 121).

17) Du Chemin ergo obesa corpora catharticis tenuanda? Paris. 1645. — *Aloem* adhibere solemus, praecipue illius *extractum aquosum*.

ope) satisfaciendum. Nec *phlebotomia* polypioniae adversatur, si alioquin indicata [18]). *Evacuationes cruoris locales*, raro locum inveniunt, solent enim hîc *hirudines* et *cucurbitulae* scarificantes sanguinis loco adipem extrahere. Narratur de *vomitu* spontaneo salutari [19]). *Salivae excretio* fumo aut masticatione nicotianae [20]), neutiquam vero mercurio, qualicunque demum sub forma adhibito, promoveri potest [21]). Obesorum alii *acida*,

18) Obesa animalia minus sanguinis habere jam notavit ARISTOTELES (hist. anim. lib. III. cap. 19. T. 2. p. 257). Ait SWIETEN: „Pulsum minus validum in obesis observant medici; et chirurgi difficilem in illis venae sectionem experiuntur; non tantum quia sub densa pinguedine demersae haerent venae, verum etiam quia exiliores sunt" (l. c. §. 1010). Nihilominus gravis foret error phlebotomiam in polypionia phlogosi lenta hepatis aut alterius visceris progenie omittere et plane absurdum illi in morbis inflammatoriis obesorum valedicere.

19) J. L. HANNEMANN in miscell. acad. nat. cur. dec. III. a. 5 et 6. 1697 et 1698. p. 201.

20) BORELLUS cent. II. obs. 11. — BARTHOLINUS act. Hafn. I. obs. 74. vid. et BONET sepulchr. L. II. S. 2. obs. 36. App.

21) „*Mercator* molliter pinguis, effeminatusque, de impotentia virili conquestus, audito obesi per salivationem curati exemplo, eadem exonerari cupit. Medicus ipsi id illi dissuadebat. Obesitatis vero, et quam inde huic tribuebat, impotentiae suae pertaesus, chirurgastri curae se committebat, qui fumo mercuriali, injecta cinnabari prunis candentibus, excitato salivatio-

acida, alii *alcalia* bene ferunt, quae forte remediorum genera in corporis humani officina sibi non adeo e diametro opposita sunt, ac in laboratoriis chemicis. Ut ut sit ea caute, et nonnisi curante medico adhibenda [22]; idque juxta indicationes in doctrina *calculi renalis* statuendas [23]).

CAPUT XXVI.

De hydrope anasarca et de oedemate.

§. LXXXVII.

Definitio. Scriptores.

1. Collectio morbosa fluidi seroso-lymphatici in textu celluloso subcutaneo, tumorem efficiens mollem, digito prementi cedentem, fovea per aliquod tempus in cute relicta, cum urina parca, *Hydrops* [1]) nuncupatur *anasarca* [2]) Idem — Definitio.

nem procurabat. Verum oris fauciumque inflammatio et intumescentia mox ita ingravescebat, ut prope strangulati vox faucibus haereret, nisi sub his angustiis citior medicina parata fuisset" (OSWALD l. c. p. 13).

22) M. F. LOCHNER infelicissima corpulentiae nimiae cura per *acida* et diuretica (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 9. 1690. p. 401). Gravissima mala ab ingesto diu *aceto* a metuentibus obesitatem, conspexi.

23) P. IV. Vol. I. Sect. I.

1) A GRAEC. Ὕδωρ, aqua.

Idem malum in una solummodo corporis humani parte limites habens, *oedema* [3]) dicitur. Minimus hydropis anasarca gradus *Leucophlegmatia* [4]).

Scriptores. 2. Doctrinam anasarcae (et hydropis in genere) praeter antiquos [5]), illustrarunt CAROLUS PISO [6]), LAWRENCE [7]), DONALDUS MONRO [8]), PH. ALEX.

2) A GRAEC. ἀνὰ, supra et σὰρξ, caro. *Synonyma.* Hydrops supra carnem, h. subcutaneus, h. universalis, aqua inter cutem, calasarca, episarcidium, hydr. vera, hydrosarcidium, h. intercus, hydrosarca, hyposarcidium, h. hypodermaticus PLOUQUETI, — hydroderma SWEDIAUR. — GERM. *Hautwassersucht.* ITAL. *Anassarca.* GALL. *Anasarca, oedème.* ANGL. *Anasarca, oedematous swelling.* ROSS. подкожная водяная болѣзнь. POLON. *Nabrzmiałość wodna.* SUEC. *Hudvattsot.* DAN. *Vattersot under huden.* BELG. *Lyfwater; Lendenzucht.*

3) A GR. Οἴδημα, tumor.

4) A GR. Λευκὸς, albus et φλέγμα, phlegma, pituita.

5) HIPPOCRATES de affect. cap. 5. edit. CHART. T. VII. p. 625. cap. 6. p. 625. De intern. affect. cap. 23. T. VII. p. 655. — CELSUS de med. lib. III. cap. 21. — ARETAEUS de caus. et sign. morb. diut. lib. II. cap. 1. Part. II. — AETIUS tetrab. serm. X. cap. 20. lib. II. cap. 1.

6) Liber selectiorum observationum et consiliorum de affectibus a serosa colluvie ortis. Ponte ad Monticulum. 1618. 4°.

7) Diss. de hydrope. Lond. 1756. Vid. *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 11. *St.* 3. p. 486.

8) *Abhandlung von der Wassersucht und ihren besondern Gattungen. A. d. E. Altenb.* 1777.

ALEX. BACHER [9]), F. C. MEDICUS [10]), FRANCISCUS MILLMANN [11]), P. CAMPER [12]), FR. X. MEZLER [13]), C. G. SCHWENKE [14]), J. M. HOFFMANN [15]), FERRIAR [16]), W. SACHTLEBEN [17]), J. F. KÜTTLINGER [18]), J. G. KNEBEL [19]), J. P. FRANK [20]), HIRZEL [21]),

9) *Von der Wassersucht und ihrer Heilart. Berlin* 1781. 8°.

10) *Beobachtungen von Wassersuchten in Abhandl. der Baierischen Akad. B.* 2. *Th.* 2. p. 299.

11) *Bemerkungen über die Natur und Heilart der Wassersucht. A. d. Lat. Braunschw.* 1782.

12) Diss. medica de hydropum variorum indole, causis et medicina, seu solutio problematis ex sententia cl. MENURETI DE MONTELIMART, a R. soc. Galliae ad 29. Aug. 1780. propositi (*hist. et mém. de la soc. R. de méd.* a. 1784 et 1785. *mém.* p. 46).

13) *Von der Wassersucht, eine gekrönte Preisschr. A. d. Lat. Ulm* 1787.

14) *Bemerkungen über die Wassersucht und einig. langwier. Krankh.; mit Zusätzen von* K. R. SCHMALZ. *Dresd.* 1787.

15) *Abhandl. über den Ursprung und Heilung der meisten und gefährlichsten Wassersuchten. Francf.* 1788.

16) *Bemerkungen über Wassersucht, Wasserscheu u. s. w. A. d. Engl. Leipz.* 1792—1797. 2 *Th.*

17) *Klinik der Wassersuchten und ihrer ganzen Sippschaft. Danzig* 1795. 8°.

18) De hydropis diagnosi, causis et quibusdam illi med. method. exemplis illustr. Erlang. 1797. 8°.

19) *Abhandlung von der Wassersucht im allgemeinen. Bresl.* 1801. 8°.

20) Epit. de curand. hom. morbis. Lib. VI. P. I. p. 134.

ZEL [21]), J. BLACKALL [22]), F. G. GEROMINI [23]), F. G. EGGERT [24]), R. NEWMAN [25]), J. AYRE [26]) etc. [27]).

§. LXXXVIII.

21) Diss. sistens obs. circa hydrop. maxime anasarca. Tübing. 1808.

22) *Observations on the nature and cure of dropsies and particularly on the presence of the coagulable part of the blood in dropsical urine* etc. *Lond.* 1814. (Vers. Germ. Lips. 1821).

23) *Saggio sulla genesi, e cura dell' idrope. Cremona* 1816.

24) *Ueber die Wassersucht. Leipz.* 1817.

25) *Pathological and practical views on hydropical diseases. Worcester* 1822.

26) *Researches into the nature and treatment of dropsy in the brain, chest, abdomen ovarium and skin; in which a more correct and consistent pathology of these diseases is attempted to be established, and a new and more successful method of treating them recommended and explained. Lond.* 1825.

27) NOESLER diss. de Leucophlegmatia. Altd. 1627. — LOSSIUS diss. de languore lymphatico ἀνασαρκα. Witeb. 1673. — LEICHNER diss. de anasarca. Erf. 1688. — WALKER diss. de hydrope intercute seu anasarca. Leid. 1688. — UNTZELMANN diss. de anasarca. Altd. 1692. — MAHRAUN diss. de anasarca. Regiom. 1697. — WELSCH diss. de anasarca. Lips. — VESTI diss. de hydrope anasarca. Erf. 1708. — A. BERGEN diss. de hydrope anasarca. Francf. 1716. — SCHOENICH diss. de anasarca et ascite. Ultraj. 1722. — LANGLAND diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1750. — CARTHEUSER diss. de Leucophlegmatia. Fr. 1760. — BENNET diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1779. — PLEASANCE diss. de anasarca. Edinb. 1781. — UNTHANK diss.

§. LXXXVIII.

Symptomata. Necroscopia.

1. Tumor sub cute, prius plerumque extremitates, praecipue pedes occupat, gradatim ad tibias, dein ad femora et partes genitales [1]) ascendit ac tandem per universam corporis superficiem sese extendit, aut, quod rarissime et in hemiplegia solum contigisse legimus [2]), *unum* tantum latus detinet. Sunt, quorum facies prima morbi vestigia exhibeat. In nonnullis tumor ab initio mollis cutisque pallida (*Leucophlegmatia* proprie dicta) animadvertuntur; in aliis cutis color haud mutatur. Utroque in casu tumor digito prementi cedit, ac fovea, ocyus serius evanescens, relinquitur. Lente enim fovea incipiente malo sub forma leucophlegmatiae et cito in absoluto hydrope anasarca, multum jam tensa ac elastica reddita cute, evanescit, S. hydr. anasarcae.

de Leucophlegmatia. Edinb. 1784. — NIXON diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1789. — STORY diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1791. — FOGERTY diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1794. — SMYTH diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1795. — GUMMING diss. de hydrope anasarca. Edinb. 1802. — C. F. ROTHKEL diss. de natura hydropis aphorismi. Berol. 1825.

1) „Intumescunt testes, praeputium et totus colis, ob inaequalitatem tumoris, tortuosus est" (ARETAEUS l. c. lib. II. cap. 1).

2) CH. FR. PAULLINI hydrops unius tantum lateris in paralytico (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. 1686. Append. p. 61).

evanescit. Sub toto morbi curriculo *urinae excretio* imminuitur, lotio parum *seri*, nihil *principii urici* saepe multum *albuminis* continente *). Progrediente morbo, gravitas membrorum et universi corporis nec non impotentia ad motum percipiuntur, quae singula vespere augeri, mane imminui, quin immo profligari solent. Torpent nervi ac tactus interdum deletur. Haud pauca obstacula sanguinis circulum impediunt, testantibus calore corporis inaequaliter diffuso, et stillicidio cruoris praesertim e naribus. Ad extremum perducto malo, a levissima caussa cutem irritante, e. c. a decubitu, ab ictu, a linteis rudibus, vel ab ipsa cutis tensione, inflammatio oritur [3]). Non raro serum undique, excepta facie, potissimum vero ex pedibus, cruribus et dorso manat [4]), cutisque inflammationem auget. Loca cutis inflammata nunc ecchymomata **), nunc phlyctaenas sive vesicas, ad gangraenam pronas, exhibent.

2. *Oede-*

*) Nysten apud Coindet *über die Erzeugung der Harnsäure bei Thieren* (Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. No.* 273. *Febr.* 1826. p. 135). Cfr. Blackall op. c.

3) *Erysipelas* sive potius *erythema oedematodes.*

4) Serum ita a viro, hydrope anasarca affecto depluisse, vidi, ut mihi in cubiculum intranti rivulorum instar obviam veniret.

**) J. P. Wurffbain de nigredine fuliginosa in cruribus hydropicae non gangraenosa (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 5. p. 325).

2. *Oedema capitis*, olim incongrue *hydrocephalus externus* nuncupatum, quod Piso[5]), Camper[6]), Callisen[7]), Ludwig[8]) et J. P. Frank[9]) egregie descripsere, tumorem offert ad frontem, palpebras, tempora, verticem et occiput, modo partialem, modo super totum caput, nec excepta, quidquid dicat Callisen, infima faciei parte, extensum, aliquando fluctuantem atque subinde transparentem[10]). *Sedes* fluidi extravasati nunc in ipsa *cellulosa subcutanea*, nunc inter tegumenta *musculosque et galeam aponeuroticam*, nunc *pericranium* inter et *os calvariae* detegitur[11]). Hujus ultimi morbi jam Aetius[12]) et Aegineta[13]) mentionem injecerunt, docentes: tumorem hîc magis tensum magisque circumscriptum esse, digito prementi minus cedere ac plus doloris excitare, quam reliqua capitis oedemata. Ludwigius quidem haec signa a priori desumta esse existimat, at Pisonis[14]) casus nostraque experientia ea confirmat. Oedema capitis.

3. *Oede-*

5) l. c. 6) l. c. 7) *Wundarzneykunst Th. II.* p. 378.

8) De hydrope cerebri puerorum. Lips. 1774. Vide Baldingeri sylloge opusculor. Vol. V. p. 123.

9) l. c. p. 160.

10) Henrici Regii prax. med. cap. 13. fol. 57.

11) Docte de hoc argumento Swieten egit (comment. T. III. §. 1217).

12) Tetrabibl. II. Serm. II. c. 1. p. m. 265.

13) De re medica. lib. VI. c. III. p. m. 235.

14) l. c. p. 39.

Oedema scroti.

3. *Oedema scroti* praecipue apud recens natos, in morbis venereis neglectis aut male curatis et post scarlatinam obvenire solet. Pars affecta saepe ita volumine increscit, ut vix inter crura locum inveniat. In pusionibus membranae scroti interdum pellucidae fiunt. Et oedematis, *dimidiam* tantum scroti partem occupantis, habetur exemplum [15]). Nec *praeputium* ab oedemate immune est, *phimosin* saepe excitante.

Oedema vulvae.

4. Gravidae octavo et nono gestationis mense *vulvae* interdum exhibent *oedema*, a CAMPERO [16]), LUDOWICO [17]), ZACUTO LUSITANO [18]), HÜNERWOLFIO [19]), MELITSCHIO [20]) aliisque [21]) descriptum, quo in oedemate labia pudenda adeo aliquando tument, ut duas vesicas aqua turgidas mentiantur, quibus ostium vaginae ita clauditur, ut aegrae urinam vix emittere queant, atque foetui exitus occlusus videatur.

Oedema vagum.

5. Oedema interdum ex una in alteram partem

15) POTT *Abhandlung von dem Wasserbruche. Uebers. a. d. Engl. von* TODE p. 48.

16) l. c.

17) Miscell. nat. cur. dec. I. an. III. obs. 206. p. 458.

18) De praxi medica mirab. lib. III. obs. 78. p. 113.

19) Misc. nat. cur. dec. III. an. 1. obs. 113. p. 187.

20) STARK's *Archiv für die Geburtshülfe* 2. *B.* p. 96. 3. *B.* p. 427.

21) VOIGTEL *Handb. der path. Anatomie* 3. *B.* p. 421. not. 35.

tem migrasse visum est [22]), unde nomen *oedematis vagi* obtinuit.

Necroscopia.

6. Nullum hucusque cadaver hominis, hydrope anasarca defuncti, secuimus, quin aut suppurationes viscerum, inprimis pulmonum et renum, aut vitia organica cordis vasorumque majorum *), aut adhaesiones morbosas, ossificationes, aut obstructiones, aut scirrhum hepatis, glandularum meseraicarum, uteri, ovariorum etc. inveniremus. Serum nunc inter cutem atque carnem, nunc inter musculos musculorumque fasciculos [23]), nunc in textu celluloso aut viscerum superficiem cooperiente, aut eorum parenchyma constituente [24]) detegitur. In locis affectis patula ex cellula in cellulam vis est, quam latex serosus, interdum gelatinae similis, suo pondere sequitur. Epidermis facile a cute secedit. *Musculi* pallidi fere macerati cernuntur et *vasa lymphatica* utplurimum dilatata, liquore extravasato simili repleta [25]). *Venae* saepe obliteratae [26]); idque

22) Hecker in *Journal der Erfindungen* 10. *St.* p. 99.

*) Ex his nullum tam frequenter hydropem excitare, quam *Symphysis cardiaca*, alibi monui (P. II. Vol. II. Sect. II. cap. VIII. §. XXIX. 2 (57)).

23) La Motte *chirurgie complette. obs.* 126.

24) Morgagni op. c. epistol. XXXVIII. 26.

25) Wrisberg de systemate absorb. in comment. soc. R. Goett. Vol. IX. Assalini *essay medical sur les vaisseaux lymphatiques. Turin* 1787. p. 43.

26) J. Bouillaud in *archives générales de médecine* T. 5. *Paris* 1825.

que praesertim in oedemate partiali [27]). Nec *ossa* semper immunia [28]).

§. LXXXIX.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Sicuti ad hydropem in genere ita ad anasarca in specie *praedisponunt:* laxa corporis, praecipue systematis cutanei, interdum haereditaria structura, infantia, sexus sequior, atmosphaera humida [1]), loca uliginosa [2]), habitatio subterranea, humilis, frigida, vita sedentaria textorum pannorum aliorumque hujus generis opificum, aut desidiosa militum hiberna agentium hominumque carceribus inclusorum.

C. excitantes.

2. *Excitatur* hydrops anasarca a victu pauco depravatoque [3]), a transpiratione suppressa [4]), ab aqua

27) Bouillaud in Magendie *journ. de physiologie expérimentale et patholog. T.* 3. 1823. — Laennec in *revue méd. Jan.* 1825.

28) „Cellulas medullares ossium etiam in anasarca sero, locum medullae occupante, adeo repletas vidi, ut vel in ipsa sic dicta diploë cranii loco medullae, per vasa nostra absorptae serum tantum tenue invenirem" (Th. Soemmerring de morbis vasorum absorbentium corporis humani. Traj. ad Moen. 1796. p. 130). Similia viderunt Hall in *London medical journ. for the year* 1786. *P.* 11. p. 158. — Assalini l. c. p. 44.

1) Hippocratis de tumoribus liber. Sect. II. v. 31.

2) *Traité des hydropisies ascite et leucophlegmatie, qui regnent dans les marais de la Vendée. Paris* 1804.

3) Tempore inopiae rei frumentariae communissimum

aqua frigida aestuante corpore epota [5]), ab animi pathematibus, videlicet a terrore [6]), a moerore [7]), ab ira [8]), a melancholia [9]), a sanguinis jactura [10]), ejusque retentione *), e. c. a suppressione

est anasarca quod historia (GREGORIUS TURONENSIS histor. Franc. lib. VIII. cap. 45) et proprie experientia (a. 1821. in Rossia alba capta) docent. Sunt qui culpam in esum herbarum recentium e. c. *Tragopogonis* et *rumicis* rejiciunt (B. GASPARD in FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde. B.* 1. *No.* 19); ego autem potius defectum victus nutrientis in genere inculparem.

4) AASHEIM diss. de hydrope a perspiratione suppressa. Hafn. 1797.

5) ARETAEUS l. c. („fit et hydrops subito, a copioso frigidae potu, quum prae nimia siti ad saturitatem quispiam multam aquam gelidam ingurgitaverit . . ."), — HAEN rat. med. P. V. p. 38. 90 (ex potu aquoso post sitim longam totus fere exercitus Caroli V. in expeditione Tunetana in hydropem incidit).

6) Commerc. litter. Noric. 1743. p. 198.

7) FR. HOFFMANN op. c. Vol. III. c. 14.

8) LUDOLFF miscell. T. VI. p. 12. — DE MEZA in collect. soc. med. Hafn. Vol. I.

9) HAEN rat. med. P. VI. p. 60.

10) Quotidiana haec observatio a FORESTO (lib. 19. obs. 35. 42), FR. HOFFMANNO (l. c. obs. 3), RIVERIO (obs. commun. 15. p. 556), SCHENKIO (obs. lib. 3. obs. 9), LISTERO (exercitat. med. de hydrope, aegra 2), M. B. VALENTIN hydrops ex crebra venae sectione (miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 2. 1683. p. 381) etc. confirmatur.

*) ENGELHARD *Beytrag zur Geschichte der Wassersucht*

sione haemorrhoidum [11]), lochiorum [12]), menstruorum [13]), a cohibitis aliis consuetis evacuationibus [14]), urina non excepta [15]); ab impetiginibus intempestive fugatis [16]); ab erysipelate [17]), a scarlatina [18]), a febribus intermittentibus [19]), ab obstructionibus et suppurationibus, scirrhis viscerum; a vitiis organicis cordis et vasorum praecipue a symphysi cardiaca et ossificationibus arteriarum [20]); a qualicunque demum venarum compressione [21]); nec non a morbis systematis lymphatici

von Vollblütigkeit (*Museum der Heilk. B.* 4. p. 95). Grapengieser diss. de hydrope plethorico. Gotting. 1795. Mayer *Samml. med. Beobacht.* p. 505.

11) Acta Berolin. dec. III. Vol. 4. — Hufeland *Journal* 22. *B.* 2. *St.* p. 128.

12) *Mémoires de la soc. R. des sciences* 1702. p. 285.

13) Suppressis a frigore menstruis, h. anasarca inde observavi in nosocomio Vindob. an. 1800.

14) Cohibitis sive diarrhoea, sive sudore colliquativo, citissime oedemati crurum ansa porrigitur.

15) G. de Felice *memoria sopra una gravidanza susseguita da anasarca curata colla sciringa. Milano* 1824.

16) Hirzel l. c.

17) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. XI. §. LXIII. 4.

18) P. I. Vol. III. Sect. I. cap. I. §. V. 3.

19) P. I. Vol. I. Sect. I. cap. II. §. XXIX. 1.

20) J. P. Frank de hydrope cum vasorum ossificatione conjuncto in comment. Gottingens. Vol. VII. P. I. p. 63. — Et: P. II. Vol. II. Sect. II. cap. XV. §. LVIII. 2.

21) Sic Camper oedema scroti recens natorum ex decussatione pedum in utero materno, et oedema vulvae

phatici et renum [22]). Nec usus mercurii [23]), arsenici [24]) aliorumque venenorum [25]) silentio praetereundus.

3. Hypotheses circa *caussam proximam* hydropis jactatae [26]) et anasarcae adaptatae fuere. Consensu quidem communi sublatio aequilibrii inter officia exhalationis et absorptionis incusatur; at medicorum admodum differunt opiniones respectu caussae tale aequilibrium tollentis. Eam non *unam* sed multifariam esse putamus; pro re nata *obstacula circuitum humorum prementia, atoniam et processum inflammatorium*, secretionem seri elicientem accusando. C. proxima.

§. XC.

D i a g n o s i s.

1. *Hydrops anasarca* similitudinem alit cum *cutis turgore*, tum aetati juvenili, praesertim illico post Facilis confusio.

ac crurum in gravidis a compressione venarum saphaenarum et iliacarum derivat.

22) Helmontius cap. ignotus hydrops. §. 20. („renes actualiter hydropem concipiunt, fabricant et continent").

23) Eph. acad. nat. cur. dec. I. a. 1. obs. 80.

24) Bang in collect. Hafn. Vol. I. No. 56. p. 307.

25) Gmelin *Pflanzengifte*. p. 15.

26) Helmont l. c. §. 5. — Hewson experimental inquiries. Part. 2. — Mezler l. c. p. 64—66. — Ford *medical communications. Vol. 2. art.* 14. p. 123. — Monro l. c. — Schulz diss. de elasticitatis effectibus. v. Halleri disp. anat. Vol. III. p. 670. — Hales *Haemastatik*. exp. 14. — Geromini op. c.

post diuturnum somnum proprio, tum obveniente sub animi pathematibus [1]), tum ante menstruationem et tempore graviditatis [2]), nec non cum *emphysemate*. *Oedema* cum *abscessibus*, cum effusione sive *urinae* [3]), sive *lactis* [4]), sive *lymphae* [5]) confundi potest.

Divisio.

2. Stabilita *hydropis anasarca*, vel *oedematis* praesentia, inquirendum est: utrum mala haec, *primaria*, an *secundaria* sint [6])? Si fuerint *secundaria*, morbi, ex quo pullulant, originem ac indolem determinare restat. Maxime ad *scrophulas* et *scirrhos*, quippe systemati vasorum absorbentium praecipue infensos, respiciendum. Item ad *arthritidem* vasibus exhalantibus et renibus facile insidias struentem. De hydrope *scarlatinae* effectu jam alibi dictum [7]).

H. anas. et oed. ex atonia.

3. H. anasarca sive oedema *ex atonia*, post morbos graves, inprimis post cruoris jacturam, apud homines constitutionis debilis, sub temperie humi-

1) Turget mihi uxor, inquit Plautus (Most. III. 2. (10).
2) J. P. Frank l. c. p. 136.
3) Ex urina sibi viam ad crus parante hoc, uti in oedemate, tumidum conspexi, quod adstantes in errorem duxerat.
4) Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde*. 25. *B*. 1. *St*. p. 101.
5) Hull *essai on the phlegmatia alba*. 1800.
6) „Saepe hoc malum per se incipit, saepe alteri vetusto morbo supervenit" (Celsus lib. III. cap. 21. p. 161).
7) P. I. Vol. III. sect. I. cap. I. §. V. 3.

humida, sine febre, locum habere solet. Morbus lente et a pedibus incipiens in altum crescit, aegri adspectus cachecticus est, ac urina, pauca quidem, sed caeterum normalis et non coagulabilis observatur [8]).

4. Communissimus est h. anasarca *ex diathesi rheumatica.* Morbus hic praegressis symptomatibus nunc catarrhalibus, nunc rheumaticis, plerumque derepente oritur, nec facile a pedibus incipit, ac saepe febriculam, inprimis horis vespertinis, sociam agnoscit. Urina non raro rubella, interdum cum grumis sanguineis ad fundum [9]), vel cum sedimento puriformi, observatur. H. anas. et oed. ex rheumate.

5. *Hydropis inflammatorii* existentiam, antiquitati minime ignotam [10]), recentiori aevo magis magis- H. a. et oed. ex diath. inflammatoria.

8) Cum Blackall, contendenti indolem hydropis saepe ex urinarum conditione elucescere, convenio.

9) W. Chr. Wells *on the presence of the red matter and serum of blood in the urine of dropsy, which has not originated from scarlat fever* (*transact. of a soc. for the improvement of med. and chirurg. knowledge. Vol.* 3. p. 194).

10) Reformatores medicinae aevi nostri, se ortum hydropis ex phlogosi detexisse gloriari haud desinunt: boni itaque viri ignorant jam Trallesium dixisse: „Quare aqua inter cutim, ex acutis morbis profecta, non potest non inflammationes habere in ipsa perseverantes.“ Et: „Quod si aqua inter cutem laborantes etiam febricitent, admodum calidis auxiliis utendum non est, neque in visceribus, neque in cibis, aut potibus, aut antidotis, aut purgationibus etc. Nul-

magisque patefecerunt Stoll [11]), J. P. Frank [12]) aliique [13]). In nullo autem hydrope indoles inflammatoria tam saepe quam in hydr. anasarca observatur [14]). Morbus hic homines sexus utrius-

que,

lum enim valde calefaciens ipsos juvare potest. Nam ejusmodi medicamenta sitim ipsorum augent, et febrim incendunt, et causas inflammantes magis adhuc exurunt, intenduntque malum" (lib. IX. cap. 3).

11) Ratio medendi Tom. IV. p. 89. 12) l. c. p. 324.

13) Hirzel l. c. — Pitt in *recueil des actes de la societé de santé de Lyon. T. 1.* p. 406. — Gastellier *rapport sur un mémoire de . . .* Fauchier, *rélatif aux hydropisies dependantes de toute autre cause que l'atonie des solides. Obser.* 5. *anasarque produite par la frayeur (bulletin de la fac. de médec. et de la soc. de Paris. Année* 8. 1812. p. 67). — Bourguet *observations sur divers effets de la polyaemie, vulgairement pléthore sanguine. Obs.* 1. *Polyaemie générale, cause d'hydrosarcie, communément anasarque (hist. et mém. de la soc. de méd. prat. de Montpellier. a.* 1816. p. 197). — Geromini l. c. — Crampton in *transactions of the association of the queen college of physicians in Ireland. Vol.* 2. *Dublin* 1818. — J. Abercrombie *Beobachtung. üb. die heilsame Wirkung des Aderlassens in gewissen Arten von Wassersucht.* Ex *Edinb. med. and surgical journ. Jan.* 1819. in Hufeland *Journ. der prakt. Heilk. April* 1819. p. 119. — Sergel in Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1824. *Jan. Febr.* p. 128. — G. B. Mugni in Omodei *annali universali di medicina* 1828. *Novembre* p. 311.

14) Aegineta curam ascitis auspicari jussit a purgantibus hydragogis: in *anasarca* autem a sanguinis missione incipiendum voluit; maxime si a suppressis

que, liquoribus fermentatis abutentes, praevia haemorrhoidum sive menstruorum suppressione, aliquando post scarlatinam, aggreditur. Febris quidem raro adest, at pulsus cum plenitudine et vi micat, quae vero pulsuum vis non semper ob tumorem brachii arteriam obducentem, rite percipi potest. Interdum epistaxis aut signa inflammationis chronicae viscerum, inprimis pulmonis et hepatis occurrunt. Urina utplurimum puriformis, rosea et facile coagulabilis [15]).

§. XCI.

Prognosis.

1. H. anasarca et oedema, prout *morbos per se* aut *aliorum morborum symptomata* constituunt, diversam agnoscunt prognosin. Generatim.

2. Cui *atonia* locum dedit, sive h. anasarca, sive oedemati, illud facillime debellatur, inprimis absente aliarum diathesium complicatione. Neque difficulter curatur h. anasarca, sive oedema, ex febribus intermittentibus pullulans. Contrarium de h. anasarca sive *rheumatico*, sive *inflammatorio*, saltem nisi illico recta adhibeatur medendi ratio, valet. H. anas. et oed. primarium.

3. Prognosis h. anasarca sive oedematis *symptoma-* H. anas. et oed. secundarium.

haemorrhoidibus, aut menstrua purgatione, affectus originem habuerit; praeterquam si jam antea sanguinem miserint, in malo habitu constituti (lib. III. cap. 48).

15) Blackall l. c.

ptomatici ab indole et gradu morbi primarii deducitur [1]). *Gravidarum* oedema plerumque, at non semper, absoluto partu evanescit. Oedema capitis *recens natorum*, dummodo non complicetur cum hydrope cerebri, haud semper periculosum est. Mali ominis oedema sive h. anasarca, quae suppu-

1) „Eum, qui ab hydrope correptus est, et superstes est futurus, bonis visceribus praeditum esse oportet, ita ut natura se exserat, simulque facile concoquat, et bene spiret, sitque sine dolore, et totum corpus aequaliter tepidum habeat, et non circa extremas partes colliquatum. Melius est autem, ut tumores potius habeat in extremis partibus. Optimum autem est neutrum horum habere: nam molles et graciles esse convenit extremas partes, itemque ventrem ad contactum mollem. Tussim vero adesse non oportet, neque sitim, neque linguam resiccari, tum reliquo corpore, tum post somnos, quando haec valde fieri solent. At cibos libenter accipere oportet, et ubi idoneam copiam comedit, non affligi. Alvum quidem ad medicamenta celerem habere, reliquo autem tempore egerere excrementum molle figuratum. Urinam apparere convenit secundum institutum (morem), et vinorum mutationes. Laborem vero oportet ferre facile, et lassitudinis exsortem esse. Ac optimum quidem est, hominem per omnia sic dispositum esse, et sic securissime sanus fieri poterit; sin minus, plurima ex his habeat; nam spes erit, ut superstes evadat. Qui vero nil horum habuerit, sed contraria, eum desperatum esse scito. Qui autem pauca horum habuerit, quae bona dixi esse hydrope laboranti adsunt, huic exiguae spes restant" (HIPPOCRATES praedict. lib. II. cap. 5. edit. CHARTER. T. VIII. p. 814).

suppurationibus viscerum aut morbis cordis vasorumque majorum superveniunt, observatur, praecipue si diuretica auxilium recusent, quo scilicet in casu proximum praesagiunt interitum [2]). In morbis arthriticis et in mania [3]) modicum pedum oedema aliquando salutare est. Non vero *subitanea* aquarum evacuatio sive per urinam, sive per exulcerationes, relicta cute flaccida et membra, ac si aliena esset, circumdante, pro bono habeatur signo, cavendum est. Levamen enim, quod ita affertur, pro tempore solum locum obtinet, ac plerumque imminentem annuntiat mortem.

§. XCII.

C u r a.

1. Qualiscunque sit hydropis anasarca sive oedematis natura, *duae* sese exhibent *indicationes*, una scilicet fontem morbi destruendi, altera effectus illius abigendi. Occlusa ad illam via, ad hanc conamina restringuntnr. Indicationes.

2. *H. anasarca ex atonia* victum facilis digestionis, nutrientem et diureticum exposcit e. c. carnes succulentas, assatas, earumque juscula, radices apii petroselini, dauci carotae, scorzonerae humilis, brassicae sive napae, sive rapae, herbas cichorei endiviae, turiones asparagi officinalis etc. C. morbi atonici.

Prae-

2) „Oportet enim medicum in hoc morbo totum hominem permutare, quod neque Diis ipsis facile fuerit" (Aretaeus l. c. lib. II. cap. 1. p. 52).

3) Hippocr. in coac. et aphor. V. sect. 3.

Praeterea conducunt *vina*, secretioni urinae faventia, e. c. Rheni, Austriae, Chabli etc. vel *medicata* [1]). Potum enim aegrotantibus habita ratione sitis et consuetudinis concedimus, in celeberrima illa quaestione: *utrum hydropicis strenua a potu abstinentia imperanda sit nec ne?* potius Hippocratem [2]), Ballonium [3]), del Papa [4]), et Milmannum [5]), potum concedentes, quam Celsum [6]), Van Helmont [7]), Marcellum Donatum [8]) et Monroum [9]), illius abstinentiam suadentes, sequimur. Quid quod hydrope ex obstructione viscerum abdominalium proficiscente, aliorum ad exemplum [10]) nec *aquis mineralibus salinis* [11]) adversamur. *Motus corporis*, in aliis hydropis speciebus commendatus [12]), excepta vectione et navigatione [13]), vix in h. anasarca institui potest.

1) R. Baccarum juniperi communis contusarum uncias tres. Radicis amomi zingiberis unciam unam. Vini albi calidi libras duas cum dimidia stent in digestione per nychthemerum. Colatura detur.

2) Opp. edit. Charter. Vol. VII. p. 654.

3) Opp. T. III. p. 101.

4) Consultat. medic. T. I. p. 41. 5) l. c.

6) De medicina. lib. III. c. 21. No. 33. 7) l. c.

8) De medica historia mirabili. Cap. 21. lib. IV.

9) l. c. p. 195.

10) Cocchi *de' bagni di Pisa.* p. 265 etc. in notis.

11) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. VI. §. XXXVIII. 27 (32).

12) Hippocrates l. c. Vol. X. p. 471. — Marcellus Donatus l. c. cap. XXI.

13) Hollerus Scholiograph. ad cap. 39. De morbis internis. — Forestus lib. IX. obs. 32. p. 377.

potest. Illum supplent *frictiones* cum pannis laneis, fumo aromatico imbutis [14]), leniter tamen, ne tensa inflammetur cutis, institutae. *Oleum* [15]) nunquam pro frictione adhibuimus. *Temperatura* cubiculi sit potius calida, aerque siccus. Aetius maximam curandi rationem in *insolationibus* habet: itaque tume ctae partes ad solem exponantur, capite saltem velato, cavendo etiam, ne tumor vehementius supercalefiat [16]). Nec debitum *animi regimen* [17]) negligendum est. Spem hoc in morbo addere, haud arduum [18]). Ad *pharmaca* spectant: *baccae juniperi communis* [19]), *radix scillae*

14) E. c. ex pulvere thuris, mastiches, succini aa. drachma una (Swieten comment. T. IV. §. 1235).

15) Forestus lib. IV. Schol. ad obs. 35.

16) Sermo X. cap. 28.

17) Quantum animi pathemata in hydropem influant, Prochaskae observatio docet, utpote qui, cum hydropicam a cataracta liberasset, aegram ex adspectu filiorum tantum expertam esse gaudium testatur, ut urinae, diureticis rebelles, copiose fluerent.

18) Jam Aretaeus (lib. II. cap. 1) monuit: „in aliis non omnino perniciosis affectibus aegrotantes abjecto sunt animo, tristes, mortis amantes: in his vero (hydropicis) et bene sperant, et vitae cupidi sunt.“ Cfr. G. Detharding de mira cupiditate vivendi in hydropisia (eph. acad. nat. cur. cent. 9 et 10. p. 597).

19) Hoc remedium praecipue a Swietenio commendatur (l. c. §. 1243). Sub formatum infusi, tum roob praescribi potest, e. c. R. Roob Juniperi uncias quatuor. Diluantur in infusi sive in aquae destillatae juniperi libris duabus. Adde (nisi aeger valde sensilis

scillae marinae[20]), quorum remediorum diuretica virtus, absente diarrhoea, ope *salis medii*[21]) augetur. Praeterea *complicationum* ratio habenda est. Si *periodici* quid subsit, *cortex cinchonae* diureticis ruptus[22]) optimum constituit remedium. Sic *mars* in chloroticis[23]). In *scrophulosis*, infarcto

sit) spiritus simplicis juniperi uncias duas. D. S. ter de die vasculum cofeanum semis. — De juniperi in hydrope praestantia lege et act. nat. cur. dec. I. an. 9 et 10. obs. 18. p. 63. dec. II. an. 5. obs. 168. p. 345.

20) R. Radicis scillae, vel extracti ejusdem granum unum; sacchari grana decem. D. S. ter de die pulverem talem cap.

21) E. c. R. Infusi baccarum juniperi libram unam. Nitratis potassae drachmam unam. Oxymellis scilitici unciam unam. M. Vel: R. Supercarbonatis potassae (sal. tartari) scrupulum unum. Aceti scillae drachmam unam. Infusi juniperi libram unam. Roob ejusdem unciam unam. — Vel R. Rulveris radicis scillae granum unum. Nitratis potassae, supertartratis potassae aa. grana octo. M. Cap. ter de die pulverem talem, superbibendo infusum baccarum juniperi.

22) R. Pulveris corticis cinchonae officinalis unciam unam et semis. Cremoris tartari unciam semis. Nitri drachmas duas. Oxymellis scillae unciam unam. M. f. c. s. q. Roob Juniperi electuarium. Cap. ter quaterve de die ad magnitudinem nucis.

23) E. c. R. Tincturae malatis ferri drachmas duas. Aquae cinnanomi uncias duas. D. S. ter de die cochleare cofean. cap. superbibendo infusum baccarum juniperi. Vel: R. Tincturae aethereae martialis Klaprothii drachmas duas. D. S. ter de die gutt. quindecim in vasculo semis infusi juniperi.

farcto inprimis hepate, *mercurio* locus est minimis tamen ac diu continuatis dosibus [24]), ne alias glandulae contaminatae inflammentur atque febris hectica superaccedat. In *scorbuticis* praecipue *radix acori calami* [25]) et *acidum nitricum* [26]) excellunt. *Arthriticis*, praeter vinum medicatum, remedia adversus h. anasarca rheumaticum commendanda, et lenia evacuantia, diureticis nupta [27]) (interque haec *oxymel colchici autumnalis* [28])), conducunt. Et *spasmorum* in h. anasarca ratio habenda est, quorum indicia dum animadvertuntur,

24) Pro viro: R. Pulveris calomel. grana duo; — radicis scillae grana duodecim. Elaeosacchari cinnamomi drachmam. Divide in duodecim partes aequales. S. bis de dié pulverem.

25) R. Radicis acori calami uncias duas. Baccarum juniperi uncias quatuor. D. S. species pro infuso parando.

26) R. Acidi nitri drachmam semis, diluatur c. s. q. aquae et adde syrupi rubi idaei q. s. ad gratum saporem.

27) R. Tincturae rhei aquosae uncias duas. Aquae juniperi uncias quatuor. Syrupi zingiberis unciam semis. D. S. Omni tertia hora cochlearia duo majora. Vel R. Extracti rhei aquosi drachmas duas. Extracti Aloes aquosi, extracti scillae marinae ââ scrupulum unum. M. f. pilulae No. LX. D. S. ter de die pilulam unam cap. superbibendo infusum ex baccis juniperi et radice zingiberis paratum.

28) A. Stoerck libellus de radice colchici autumnalis. Vindob. 1763. Ehrmann diss. de colchico autumnali. Basil. 1772 (dosis illi oxymellis scillae similis).

tur, ad *opium* [29]), *digitalem purpuream* [30]), *aetherem nitricum alcoholisatum* [31]), *solanum nigrum* [32]), *helleborum nigrum* [33]), confugiendum est. Praesente inertia tubi intestinalis, in aegro alioquin vegeto, *drastica* tentari possunt *). In illa vesicae, senibus familiari, *herba rubi chamaemori* excellens suppeditat remedium [34]). Ita *terebinthina.*

3. *H.*

29) R. Pulveris radicis scillae scrupulum unum. Opii grana tria. Elaeosacchari macis drachmas tres. D. in XX. pulveres. S. Bis de die cap. pulverem.

30) R. Tincturae digitalis purpureae drachmas duas. D. S. ter de die a gutt. X—XX.

31) R. Aquae juniperi uncias sex. Spiritus nitri dulcis scrupulum unum. Syrupi scillae unciam unam. D. S. Omni tertia hora cochlearia duo majora. Vel: R. Tincturae digitalis purpureae drachmam unam. Spiritus nitri dulcis drachmas duas. M. D. S. ter de die gutt. XXX.

32) Colaturam ex octo foliis solani nigri in libra una aquae fontis fervidae emergentem, Cirillo summo cum fructu spatio nychthemeri exhibebat Neapoli.

33) Celeberrimae *pilulae* Bacheri virtutem, qua pollent, potissime extracto hellebori nigri debere videntur. Eas cum Milmanno simplicius sic praescribimus. R. Extracti hellebori nigri — extracti myrrhae aa. unciam semis. Pulveris cardui benedicti drachmas tres. f. pilul. grani unius. Sr. ter de die decem pil. cap.

*) E. c. *extractum momordicae elaterii*, initio donec de gradu efficaciae constet, ad octavam grani partem, bis de die (praeeuntibus Sydenhamio, Listero, Bontio, Heurnio, Schulzio, J. Ferriar in *medical histories and reflexions. Vol.* 4).

34) Egregia quidem haec atque in Rossia vulgata herba,

3. *H. anasarca* sive *oedema rheumaticum* si febrem, notas inflammatorias exhibentem, comitem habeat, instar morbi inflammatorii curandus est. Potissima hic auxilia sunt: *nitras potassae* [35]), *supertartras potassae* [36]), *radix ononidis spinosae* [37]) et *digitalis purpurea* [38]). Serius ad

C. morbi rheumatici.

 antimo-

praecipue segnem in paralysi vesicam ad contractionem excitat atque remedium potius ischuriae, quam diureticum proprie dictum sistit; at sub allata rerum positione, quocunque id demum fiat modo, urinam mirifice movet.

35) Nullibi nitrum vires suas diureticas evidentius exercet, quam in hydrope rheumatico.

36) Aeternae gratiae Menghinio, qui usum cremoris tartari in therapiam hydropis introduxit (acta Bononiensia T. IV. p. 260), agendae sunt. Plerumque eum nitro jungimus; R. Pulveris cremoris tartari, nitri aa scrupulum semis. M. cap. ter de die dosin.

37) Exhibetur uncia una radicis ad colaturam librae unius cum aqua decocta. Et *radices* tum *apii petroselini*, tum *asparagi officinalis* simili pacto praescribi queunt, si praesentia febris vel constitutio irritabilis aegri juniperum excludant.

38) Digitalis purpurea, de cujus usu generali in hydrope legantur Withering (*an account of foxglove.* Birmingham 1785), Simmons (*Samml. auserl. Abhandl. f. prakt. Aerzte.* 11. *B.* 1. *St* p. 99), Lettsom *memoirs of the medical society of Lond. Vol.* 2. *art.* 3. p. 145. 176), Darwin (*experiments* etc.) in hydrope anasarca longe minus, quam in aliis hydropis speciebus efficax est, ac morem hodiernum, alia praestantiora remedia digitalis caussa negligendi, vehementer reprobamus. Interea nonnunquam hic pulchre ea agit, praecipue

antimonium [39]), *liquorem acetatis ammoniae, roob sambuci nigrae* [40]), *sulphur* [41]), *pulverem ipecacuanhae cum opio* [42]) et ad *balnea* tum *vaporis* [43]), tum *tepida* recurrendum est. Haec ultima praesertim conducunt, si morbus ex impetigine praepostere fugata originem ducat [44]). Et *vesicatoriis* caute adhibitis locus est [45]). Circa *radicis caincae* *) vim adversus hydropem propria adhuc destituimur experientia.

4. In

aliis remediis juncta. R. Foliorum digitalis purpureae drachmam semis, infunde per dimidiam horam c. s. q. aquae fontis fervidae. Col. unciarum novem adde liquoris terrae foliatae tartari drachmas tres. Oxymellis scillae unciam unam. M. S. Omni tertia hora cochl. duo majora.

39) Exhibetur granum unum tartari emetici in libra una decocti ononidis. Nec nocet, si vomitus inde moveatur, quem in hydrope anasarca excitare jubent Schenk (obs. med. rar. libr. VII. lib. III. obs. 5), et Brisbane (*select. cases in the practice of medicine. Lond.* 1772. p. 51).

40) Quarin animad. pract. p. 16.

41) Ad drachmam unam cum melle (*nouveau dictionnaire de médecine et de chirurgie Vol.* 6. et Hufeland's *Journal* 4. *B.* 3. *St.* p. 202).

42) Mudges in *medical transactions of London. Vol.* 2.

43) Monro l. c. p. 83.

44) Bano (act. soc. med. Hafn. Vol. I. p. 24). Kaempf (enchirid. medic. p. 123).

45) Stoll (rat. med. T. III. p. 306). Hirzel l. c.

*) A. S. Löwenstein diss. de radice caincae ejusque in morbis hydropicis virtute. Berol. 1828. — Radix

4. In *h. anasarca inflammatorio*, exemplo HIPPOCRATIS [46]), AEGINETAE [47]), FR. HOFFMANNI [48]), MONROI [49]), LAWRENCEI [50]), RICHARDI A HAUTESIERK [51]), STOLLII [52]), FRANKII [53]) aliorumque [54]), *venam tundimus* idque tamen non sine peculiari cautela [55]). Praeterea tum in *nitrate potassae*, tum in *digitali purpurea*, tum in *diaeta severa* [56]) auxilium quaerimus. C. morbi inflammatorii.

5. *Anasarcae scarlatinae* pedissequae caussam variam esse monuimus [57]). Itaque non una semper eademque huic morbo opponenda est methodus. Status morbi vere inflammatorius hìc ut alibi *phlebotomiam* exposcit [58]). Merae cruoris congestiones securius *hirudinum* ope debellantur [59]). Si errores in diaeta praecesserint aut aliae caussae vitio gastrico ansam porrexerint, ne *emeticum*, C. h. anas. ex scarlatina.

caincae *gegen Wassersucht.* HORN's *Archiv für med. Erfahrung.* 1828. *Mai*, *Junius* p. 470.

46) De victu acutorum. Sect. 62.

47) Lib. III. c. 48. 48) De hydrope obs. 9.

49) l. c. p. 48. 50) l. c.

51) *Recueil d'observations de médecine Vol.* 2. p. 418.

52) l. c. 53) l. c. p. 324. 54) Cfr. §. XC. 5.

55) „Etenim intempestiva sanguinis missio in aliis quoque periculum inducit, in hydropico autem interdum etiam mortem" (TRALLIANUS lib. IX. cap. 3).

56) Jejunia juvisse RUSH testatur (l. c.).

57) P. I. Vol. III. Sect. I. cap. I. §. V. 3.

58) ABERCROMBIE l. c. — A. TWEDIE in *the Edinb. med. and surgic. Journ. Jan.* 1819.

59) GAIRDNER ibid. Octob. 1818.

ticum, aut, si saburra infra urgeat, *purgans* negligas! Pulcherrimos inde obtinuimus effectus. Quoties anasarca ex frigore, tenellae et epidermide adhuc spoliatae convalescentium cuti admoto oritur; uti in *hydrope rheumatico agendum*. Praeterea mirabili eventu saepe usi sumus *unguento mercuriali cum pulvere foliorum digitalis purpureae* regioni epigastricae illinito [60]). Usus internus ejusdem digitalis pluries ibi haud successit, ubi dein *decoctum radicis polygalae senegae* profuit. Pro *elixirio acido* HALLERI [61]), nullam hucusque nostro in morbo invenimus indicationem. Eo chronico reddito, et reliquis *adversus hydropem commendatis pharmacis* locus est.

Remedia empirica. 6. Caeterum scias virtutem istiusmodi pharmacorum [62]) minorem esse quam vulgò creditur [63]).

60) R. Unguenti mercurialis drachmas duas. Pulveris foliorum digitalis purpureae drachmam unam. Misc. D. S. Illiniatur ad magnitudinem nucis avellanae bis terve de die. De *usu externo* diureticorum lege: TH. GUIBERT *sur la méthode Jatroleptique appliquée au traitement des hydropisies* (*revue médicale*. 1828. *Septembr.*).

61) Commendatur ab A. F. FISCHER in HUFELAND'S *Journ. der prakt. Heilk.* 1824. *Febr.* p. 63.

62) H. A BRA medicamentorum simplicium et facile parabilium ad icterum et *hydropem* catalogus. Leid. 1590. — ETTMÜLLER diss. de curando hydrope medicamentis specificis. Lips. 1725. — SCHULZE diss. de hydropis curationibus antiquis. Hal. 1743. — SCHERER diss. qua aqua intercus novis quibusdam

tur [63]). Inter ea exstant quae plane absurda videntur, uti ex. gr. potus *urinae* asinorum, ovium, vaccarum, quaeque nihilominus à gravissimis auctoribus tam in hydrope in genere, quam in h. anasarca in specie commendantur [64]). De *radice Caincae* *) propriam desideramus experientiam.

7. Irrita

circa curationem ejus observationibus exponitur. Marb. 1755. — Büchner diss. de diversa hydropi medendi methodo. Hal. 1766. — Bacher *exposition des différens moyens usités dans le traitement des hydropisies. Paris* 1771. — Bode diss. praecipua hydropi opposita remedia. Helmst. 1782. — Ernst diss. de therapia hydropis. Erlang. 1783. — Murray in hydropis curationem meletemata. Upsal. 1785.

63) Berends diss. de limitanda remediorum antihydropicorum maxime celebratorum laude et auctoritate. Francf. 1804.

64) Avicenna canon. lib. III. fen. 14. T. 4. c. 10. — Morgagni op. c. epist. XXXVIII. No. 30. — Lemery *mémoires de l'académie R. des sciences a.* 1707. — Pasta *lettera intorno ad alcuni rimedii poco o nulla usitati dai medici, ma di molta virtù ed operazione per la cura di diverse ragguardevoli indisposizioni (raccolta d'opuscoli scientifici e fisiologici. T.* 31. *Venez.* 1744. p. 312). Et Segalas atque Vauquelin testantur *principium uricum* conspicua virtute diuretica pollere (Gerson *Magazin der ausl. Literat. der gesammten Heilk. Hamb.* 1823. p. 157). Lego praeterea nautas, quum defectui aquae potu urinae succurrere tentaverint, illico nisum ad lotium emittendum expertos esse (Savigny *obs. sur les effets de la faim et de la soif éprouvés après le naufrage de la frégate Meduse. Paris* 1818).

Auxilia chirurgica.

7. Irrita diureticorum aliorumque remediorum virtute, licetne sive ad *scarificationes* sive ad *incisionem* cutis anasarcâ detentae confugere? Favebant huic methodo HIPPOCRATES [65]), AETIUS [66]), PROSPER ALPINUS [67]) aliique [68]); at rite MEAD [69]), HEISTER [70]), BOEHMER [71]) et J. P. FRANK [72]) monent, eam vix aliquid praestare ac saepe gangraenae ansam porrigere.

C. oedemat. capitis.

8. Felici autem successu in *oedemate capitis* tum *scarificationes* ope lanceolae institutae, tum *cauterium* consilio CELSI [73]) postico capiti admotum fuisse legimus [74]). Cavendum autem est, ne cum oedemate *tumores*, qui a partu laborioso ad cranium foetuum oriri solent, confundamus, quique aperti convulsiones letales post se trahunt, et rite docente ZWINGERO [75]), tuto cum sacculis herbis aromaticis repletis foventur [76]).

9. *Oede-*

*) G. M. LAUE diss. de radice caincae ejusque in hydrope efficacia et usu. Lips. 1827.

65) De locis in homine c. 9. 66) Sermo X. cap. 30.

67) De medicina Aegyptiorum lib. III. cap. 13. p. 102.

68) SWIETEN l. c. §. 1242. — HALLER elem. physiol. T. I. p. 75.

69) Praecepta et monita med. cap. VIII.

70) Chirurg. T. II. Cap. de oedemate.

71) De secura hydropem curandi methodo. Goettingae 1779. p. 4.

72) l. c. p. 419. 73) Lib. IV. c. 2.

74) LANZWERDII armamentar. chirurg. obs. 33. fol. 253. — CAROLUS PISO op. c. p. 39. — J. P. FRANK l. c. p. 161. 422.

75) Paedojatreia practica. obs. 3. Basil. 1722.

9. *Oedema scroti recens natorum*, cultrum respuens, sive fotum ex herbis aromaticis siccis, sive subfumigia 77), consilio SWIETENII 78), panno laneo suscepta ac scroto applicita, exposcit. In adultis vero tumore ad extremum perducto ac spontaneam gangraenam minitante, docente POTT, aquae potius per *punctionem*, quam per incisionem e scroti cellulosa educi possunt. C. oedemat. scroti.

10. Gravida *oedemate vulvae* affecta variet decumbendi rationem oportet. Ad scarificationes hic confugere inutile est; nam vulnuscula sic inflicta illico sanantur. A cataplasmate nullum obtinetur levamen. Caeterum partus irrito tumore locum nihilominus habet. C. oedemat. vulvae.

11. *Oedema pedum* horizontalem crurum positionem, quietem, subfumigia ex baccis juniperi, et, nisi magnum jam acquisiverit volumen, *fascias* exposcit. Interea cauti estote, ne eas in *salutari oedemate* adhibeatis 79)! *Scarificationibus* tunc tantum locus est, cum oedema ex ulceribus pedum praepostere sanatis originem duxerat. C. oedemat. pedum.

CAPUT

76) *Mémoires de l'acad. R. de chirurg. Vol. V.* p. 64.

77) R. Benzoëni, olibani, sarcocollae, resinae quajaci aa unciam semis. Camphorae drachmam semis, mastiches unciam unam, salis ammoniaci scrupulos duos. M. f. pulvis, cujus incensi vapor suscipitur.

78) l. c.

79) Letales inde secutas esse apoplexias, experientia J. P. FRANK docet.

Caput XXVII.

De emphysemate.

§. XCIII.

Definitio. Scriptores. Divisio. Necroscopia.

Definitio. 1. Collectio morbosa sive aëris, sive gaz, in textu celluloso cutis, intumescentiam elasticam, sub pressione crepitantem efformans, *emphysema* dicitur [1]).

Scriptores. 2. Scriptores de pneumato-pathologia, quorum alibi mentio fiet [2]), et emphysematis doctrinam illustrarunt, de quo morbo praeterea scripserunt Schulze [3]), Oetinger [4]), la Louette [5]), Tim-

1) *Ἐμφυσάω*, inflo. *Synon.* Tympanitis universalis, pneumatosis. Germ. *Luftgeschwulst, Windsucht unter der Haut.* Gall. *Bouffisure, Boursoufflure, Emphysème.* Ital. et Hispan. *Enfisema.* Lusit. *Emphysema.* Angl. *Windy Swelling, Swelling from air, Emphysema.* Belg. *Luchtgezwel, Oblazing, Windgezwel.* Dan. *Luftbyld.* Suec. *Vädersvult, Upbläsning.* Island. *Vindbemba.* Ross. Воздушная болѣзнь. Polon. *Nadętość.*

2) P. III. cap. de affectionibus flatulentis.

3) Diss. de emphysemate. Hal. 1733. in Halleri coll. diss. chirurg. T. II. No. 56.

4) De aëre microcosmi factitio. Tubing. 1737. Vid. Halleri diss. pract. T. III.

TIMMERMANN [6]), W. HEBENSTREIT [7]), A. HALLIDAY [8]), VERDEYEN [9]), BRESCHET [10]) etc. *).

3. Emphysema in *universale* et *partiale* atque in *traumaticum* et *spontaneum* dividitur. Divisio.

4. In *emphysemate universali*, cujus stupendum vidimus exemplum, cujusque similia descripserunt TH. BARTHOLINUS [11]), A. LITTRE [12]), J. MERY [13]), C. RAYGER [14]), G. HUNTER [15]), A. RUSSEL [16]), E. universale.

5) *Abhandlungen, welche an die Pariser Academ. d. Wissenschaft einges. worden. Uebers. v.* BEER. *Leipz.* 1754.

6) Diss. de emphysemate. Rintel. 1765.

7) Diss. de emphysemate. Lips. 1803.

8) *Observations on emphysema, or the disease which arise from an effusion of air into the cavity of the Thorax or subcutaneous cellular membrane. Lond.* 1807.

9) *Essai sur l'emphysème. Paris* 1809.

10) *Article emphysème* in *dictionnaire des sciences médicales. T. XII.* p. 1—35.

*) RUST *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 22. *Heft* 3. p. 487.

11) Histor. anat. rarior. Cent. V. hist. 12. cent. VI. hist. 89.

12) *Observations sur une espèce d'enflure appellée emphysème (mém. de Paris. a.* 1713. *hist.* p. 15. *mém.* p. 4. Ed. oct. a. 1713. *hist.* p. 19. *mém.* p. 5).

13) *Observations sur un emphysème extraordinaire* (ibid. a. 1713. *hist.* p. 18. *mém.* p. 116. Ed. oct. 1713. *hist.* p. 23. *mém.* p. 154).

14) De repentina morte cum totius corporis inflatione (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 4 et 5. 1673 et 1674. p. 8).

SEL [16]), HERBIN [17]), BAILLIE [18]), SWEDIAUR [19]), A. KÖLPIN [20]), in emphysemate, inquam, universali corpus ad insigne volumen, „veluti spongia vento plena" crescit ac percussum tympani madidi instar resonat. Plerumque simul respirandi difficultas cum periculo suffocationis (ob latens simul emphysema pulmonum [21]) vel saccorum pleurae [22])) occurrit.

E. partiale. 5. *Emphysema partiale* ad caput [23]), ad collum [24]), ad pectus [25]), ad abdomen [26]), ad penem [27]),

15) *The history of an emphysema* (*med. observat by a society of physic. in London. Vol.* 2. p. 17).

16) *A case of an almost universal emphysema*. (ibid. *Vol.* 3. p. 397).

17) *Journal de médecine. T.* 50 p. 431.

18) *Transactions of a society of medical and chirurgical knowledge. Vol. I. No.* 11.

19) *London medical journal Dec.* 1781. p. 408.

20) De emphysemate notabiliori observatio (act. soc. med. Havniensis. Vol. I. p. 272).

21) A. TARANGET *observation d'un emphysème des poumons; avec le rapport de Mr.* BRIEUDE *sur cette observation* (SEDILLOT *rec. périod. de la soc. de méd. de Paris T. XI.* p. 373. 382). — JOHN BELL *discourses of the nature and cure of wounds.* — BRESCHET l. c. Cfr. Tractatus nostri de phthisi pulmonali conclamata et de asthmate.

22) MECKEL in *mémoires de l'acad. R. de Berlin. T. VII.* p. 16.

23) ACREL *chirurgische Vorfälle* 1. *B.* p. 43.

24) J. P. FRANK epitome l. VI. P. I. p. 50.

25) Emphysema ad pectus in aegro, qui abscessu pulmo-

nem [27]), ad tibias [28]), vel per universum corpus sub forma *tumorum* elasticorum *vagans* [29]) observatur. Obvenit quoque sub periostio et inter musculos [30]).

6. Observationes MORGAGNII [31]), VERNEYI [32]) et HEISTERI [33]) docent, dissecta cute, cujus cellusosa septem pollicum interdum exhibet ambitum [34]), serum nullum, ad aërem, interdum cum foetore, donec totum corporis volumen subsideat, exire. Saepe vestigia vulnerum, praecipue laryngis Necroscopia.

nis, extus comparente, ac carie costarum stipato, laborabat, conspexi.

26) De sed. et caus. morb. MORGAGNI epist. XXXVIII. No. 25.

27) M. FRIEBE / de subitaneo membri virilis tumore tympanitico seu emphysemate (miscell. acad. nat. cur. dec. I. a. 3. 1672. p. 161).

28) SYDENHAM diss. ep. p. 41.

29) MARCELLUS DONATUS de medica historia mirabili lib. I. cap. 6. — FEL. PLATER praxis. T. III. p. 259. — FABR. HILDANUS cent. V. obs. 70. — RAULINIUS *des maladies vaporeuses* p. 221. — DANIEL HOFFMANN commerc. literar. a. 1737. hebd. II. — MORGAGNI l. c. — J. P. FRANK l. c. p. 52.

30) „Inflationes (ἐμφυσήματα) ex flatuoso spiritu collecto nascuntur, alias *sub membranis ossa tegentibus aut musculos* viscerumque aliquod investientibus" (GALENUS meth. med. lib. XIV. cap. 7).

31) Ep. XVIII. art. 23. 25.

32) *Mémoires de l'académie des sciences* 1704.

33) *Medic. chirurg. Wahrnehmungen.*

34) HERBIN l. c.

gis et pectoris, fractura et caries costarum, nec non inflammationes et gangraenae deteguntur. Haud raro pulmones [35]) aliaque viscera [36]) aëre distenta. Interdum emphysema dumtaxat post mortem apparet, idque putredinis [37]), aliquando praematurae [38]), culpa.

§. XCIV.

Caussae.

C. praedisponentes. 1. Cellulosa, ubi pauco adipe instructa est, e. gr. ad capitis partem posteriorem, ad latera thoracis, praecipue caussis emphysema excitantibus aditum concedit [1]).

C. excitantes. 2. Sunt autem hujusmodi caussae nunc *traumaticae* nunc *internae*, seu *spontaneae*. Ad *primas* spectant, vulnera [2]), maxime laryngis [3]) et pulmo-

35) Morgagni epist. XVIII. 14.

36) Bonetus sepulchr. T. I. p. 408.

37) e. c. cadavera submersorum.

38) Apud Hildanum (obs. chir. cent. II. obs. 25) habetur exemplum ubi post gravissima capitis vulnera defuncti cadaver biduo post vulnera inflicta tetrum adeo spirabat odorem, ut nullus fere accedere auderet; et sequenti mane caput, facies, brachia, abdomen horrendum in modum intumuerant, et scrotum pariter inflatum infantis caput magnitudine aequabat.

1) Cfr. Béclard *propos. sur quelques points de médecine. Paris* 1813.

2) Leve vulnusculum integumentorum calvariae ad emphysema excitandum sufficit.

3) Villars *cours de chirurgie. Vol.* 2. p. 170.

pulmonum [4]) (inprimis ubi aer sibi viam extus parare nequit [5])); corpora peregrina tracheae illapsa [6]); fracturae costarum [7]) (potissimum si fractae earum extremitates intus promineant); thoracis percussio [8]), vel compressio [9]); pondus magnum

4) Berger de tympanitide. p. 26. — Cheselden *anat. of the human body. Edit.* 6. p. 130.

5) „*Pour que l'emphysème survienne, il faut un déchirement ou une crevasse d'une certaine étendue de ces vésicules aériennes, et que rien ne s'oppose à l'issue de l'air ou à son passage dans le tissu lamineux*" (Breschet l. c. p. 2).

6) „*La rétention de l'air, gêné par le corps étranger, produisit,* dit Louis, *un refoulement violent de ce fluide vers la surface du poumon, dans le tissu spongieux de ce viscère. De la, l'air passa dans les cellules qui unissent le poumon à sa membrane propre, que la plèvre lui fournit; et par communication de cellules en cellules, il gonfla prodigieusement le tissu folliculeux qui sépare les deux lames du médiastin; l'emphysème dans ses progrès se montra enfin au dessus des clavicules. Ce gonflement du poumon et des parties circonvoisines, par l'air qui s'était insinué dans les tissus spongieux et cellulaires, est une cause bien manifeste de suffocation; et ce gonflement parait un effet si naturel de la présence d'un corps étranger dans la trachée-artère, qu'on a de la peine à croire qu'il n'en soit pas un symptôme essentiel, quoique aucun auteur n'y ait fait attention*" (Breschet l. c. p. 7).

7) Le Dran obs. 29. W. Leake *history of a fractured rib, with an emphysema over most part of the body (med. observ. by a soc. of physic. in London. Vol.* 3. p. 28).

8) Timmermann l. c.

magnum capiti impositum [10]), lapsus [11]), luxatio humeri [12]), operationes chirurgicae [13]), labor partus [14]), tussis effrena [15]), nisus [16]), praecipue laryngi vim inferens [17]); insectorum ictus [18]), frictio

9) Raynaud *observation sur une lésion de la poitrine (poitrine pressée entre deux roues) suivie d'accidens graves, et notamment emphysème considérable (bulletin des sciences méd. T.* 6. p. 90).

10) Acrell l. c.

11) Boerhaave comment. ad instit. Vol. VI. p. 87.

12) Bichat in Dessault's *auserl. chirurg. Wahrñehmung. No.* 253. Et: *Recherches sur la vie et la mort.* p. 388.

13) A castratione emphysema describitur apud Monro (*essays of a society of Edinburgh Vol.* 5).

14) Simmons (*medical communications. Vol. I.* art. 4. p. 176) et Blagden (*medical facts and experiments. Vol.* 2). R. Datton in *the american medical recorder. Vol.* 5. *Newyork* 1822. — Pichard *comte rendu des travaux de la soc. de méd. de Lyon. Lyon* 1826 (propter ejulatus sub partu editos).

15) Holycke *memoirs of the academy of Boston. Vol.* 2. *P.* 1. p. 186. — J. F. C. Grimm descriptio emphysematis stupendae amplitudinis, a tussi phthisica oborti (nov. act. acad. nat. cur. T. 3. p. 66). — Breschet l. c. p. 7.

16) Bland *a case of emphysema, brought on by severe labour pains.*

17) Sonderland *Beobachtung einer Verletzung der Luftröhre ohne äussere Verwundung* (Harless *neue Jahrbücher der teutschen Medicin und Chir.* 1826. *B.* 12. *St.* 3. p. 30).

18) „*Une autre cause d'emphysème est la* p i q û r e *faite*

frictio cutis [19]) et psora unguenti ope fugata [20]). *Caussis internis* emphysematis adnumerantur febres epidemicae [21]), pestes [22]), venena [23]), erysipelas [24]), scarlatina [25]), scorbutus [26]), hysteria [27]), gangraena [28]), putredo foetus [29]) et refrigeratio corporis [30]).

3. Con-

par quelques insectes, et surtout par beaucoup de reptiles des ophidiens" (Breschet l. c. p. 12). Cfr. Linnaei faun. suec. No. 261.

19) „Defrasne *a rapporté, dans une séance du prima mensis de la faculté de médecine de Paris (Mars* 1781), *qu'un homme gras et pléthorique présentait au moindre frottement qu'il éprouvait, à quelque partie que ce soit de son corps, une tumeur emphysémateuse de la grandeur d'environ un écu de six livres, avec une sensation de piccottement*" (Breschet l. c. p. 14).

20) Morgagni epist. XXXVIII. 22.

21) Meckel's *neues Archiv der prakt. Arzneykunde* 1. *Th.* p. 230. — J. P. Frank l. c. p. 46.

22) Pugnet *mémoire sur les fièvres pestilentielles du Levant.*

23) „*Mr. le Dr.* Rullier et François Delaroche *ont vu survenir des emphysèmes dans des cas d'empoisonnement*" (Breschet l. c. p. 14). Cfr. Willis de tympanitide. p. 146.

24) Thomann ann. Wirceburg. T. I. p. 176.

25) Wendt annal. p. 25.

26) *Fränkische Anmerkungen* 3. *B.* p. 417.

27) Pneumatosis hysterica. Vid. Sydenham diss. ep. p. 41. — Raulin de morbis vaporosis p. 221. — Sauvages nosol. method. cl. X. ord. II. gen. V. spec. 3. — J. P. Frank l. c. p. 50.

28) Hunter *medical obs. and inquir. Vol.* 2. p. 63.

C. proxima.

3. Concesso aëris externi aditu in textum cellulosum (potissimum lacessitis pulmonibus aut tubo intestinali [31]) emphysematis ortus facile ex illius per majorem temperiem expansione et progressione de cellula in cellulam intelligitur. Alias morbi origo, nisi ea aut ex secretione fluidi aëriformis [32]) (phlogoseos [33]), putredinis [34]) progenie) aut

29) *Cases and remarks in surgery. Lond.* 1779. p. 141.

30) Heister l. c. — Act. nat. cur. Vol. V obs. 52.

31) „*L'emphysème peut encore survenir à la suite des lésions d'autres organes que les poumons. Les gaz qui se développent dans les voies de la digestion, et qui distendent les intestins, peuvent quelquefois produire des crevasses de ces organes, et passer dans le tissu lamineux des parties voisines. C'est ce qu' on a vu arriver dans quelques tympanites intestinales très-violentes. Les animaux ruminans sont assés sujêts à cet accident (observations sur les animaux domestiques par* M. M. Chabert et Huzard 1792); *on voit chés eux le gaz se porter dans toutes les parties du corps.* Haller *dit que chés une femme des gaz avaient tellement distendu les intestins, qu'ils en avoient rompu les parois, pour s'insinuer entre les mailles du tissu lamineux* (opusc. pathologica, obs. 31. T. III. p. 309)." Breschet l. c. p. 10.

32) Hunter *essay upon digestion. Lond.* 1786. Baillie l. c. p. 202.

33) G. Hicks *a case of peripneumony, attended with emphysema (med. communications Vol.* 1. p. 173). Breschet casum memorabilem peripneumoniae (sibi a Dr. Magendie communicatum) enarrat, ubi mortis caussa verisimiliter *emphysemati pulmonis* adscribenda erat (l. c. p. 17 — 19).

aut ex retentione gaz quod per organa transpirationis evolare debuisset[35]), explicari voluerit, profunda caligine circumdatur, ad quam dissipandam gaz emphysema constituens, analysi chemicae submittendum, et cum aëre tum in piscium vesica natatoria[36]), tum in vasis circulo sanguinis dicatis[37]) contento, non neglecto examine hypothesium circa gaz animale[38]), comparandum foret. Ipsa forsan doctrina *combustionis spontaneae* lucem inde accipere posset.

§. XCV.

Diagnosis.

1. *Emphysema* confundi posset (ne dicamus de *ossium fracturis*[1]) et *anevrysmatibus*[2])) cum *hydro-* **Facilis confusio.**

F f 2

34) Swieten comment. §. 244. 35) Vidal l. mox cit.

36) Fourcroy *annales de chimie Vol.* 1. p. 47. — Gotth. Fischer *Versuche über die Schwimmblase der Fische.* — Biot *mémoires de physique et de chimie de la société d'Arcueil. Vol. I.* — Rudolphi entozoorum hist. natural. T. I. p. 242.

37) Littre in *mémoires de l'académie des sciences an.* 1714. — Sigismund Richter de tympanitide specimen inaugurale. Argent. 1783. §. 6.

38) *Essay sur le gaz animal considéré dans les maladies, ou renouvellement de la doctrine de Galien concernant l'esprit flatueux,* par Vidal. *Marseilles* 1809.

1) „*Le manque d'attention ou d'expérience pourrait quelquefois faire prendre la crépitation de l'emphysème pour le bruit que produit le frôlement des fragmens d'un os; c'est ce qui arriva chés un enfant qui tomba d'une certaine hauteur. Un chirurgien explora la par-*

hydrope anasarca et aliis *tumoribus*, nec non cum *inflatione artificiali cellulosae*.

Distinctio ab hydrope anasarca.

2. *Hydrops anasarca.*	*Emphysema.*
a. Pondus specificum corporis *auctum* est.	a. Pondus specificum corporis *imminutum*.
b. Urina pauca.	b. Urina normalis.
c. Tumor mollis a compressione foveam retinens.	c. Tumor elasticus nullam a compressione foveam retinens.
d. Mammae aliarum partium instar tument.	d. Mammae prae aliis partibus tumere solent 3).
e. Tumor ab attactu neque resonat neque crepitat.	e. Tumor ab attactu plus minusve resonat ac evidenter crepitat.
f. Lente evolvitur.	f. Evolvitur extemplo.
	g. Non

tie, et, par la crépitation qu'il entendit, il crut reconnaitre une fracture, mais Garengeot assure que le bruit, qui etait semblable à un parchemin desséché qu'on presse entre les doigts, n'était dû qu'à l'air dont les vacuités du tissu lamineux étaient remplies" (Breschet l. c. p. 4).

2) „*Dans un cas de ce genre le célèbre* Desault *fut quelque temps incertain*" (idem, ibid.).

3) „*L'emphysème sous-cutané est facile à reconnaitre à la boursoufflure générale, au gonflement des mamelles, dont le volume excède chés l'homme celui qu'elles ont chés les filles nubiles ou chés de jeunes femmes*" (id. p. 3).

g. Non nisi morbo versus finem lethalem angustias parat.	g. Angustias vel a morbi initio parat.

Aliquando emphysema cum hydrope anasarca complicatur [4]. Item cum *ecchymomate* [5].

Dictinctio ab aliis tumoribus.

3. Sicuti hydrops anasarca ab emphysemate distinguitur, ita *oedema* a *tumoribus aëreis.* Sciendum enim est, hos ultimos aliquando pro *abscessu* [6] aut *tumore glandularum* [7] habitos fuisse. Pulmonum emphysema stethoscopii ope detectum est [8].

Distinctio ab inflatione artificiali.

4. Non solum animalia domestica, aëre per cellulosam introducto, tum ut obesiora videantur [9], tum ut revera pinguiora evadant [10], tum ut lactis secretio in iis augeatur [11], inflantur; sed et *mendicantes* hoc artificio *ad morbum simulandum* utuntur [12], ne de Guineensibus illud ad rheuma-

4) BAILLIE l. c. 5) BRESCHET l. c. p. 3.

6) LE THULIER obs. med. pract. Paris. 1732.

7) Cfr. Cap. nostrum de struma.

8) J. SYMS in *London med. and phys. journ.* 1827. *January* p. 26. et FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilkunde. July* 1827. *B.* 17. *No.* 20. p. 318.

9) HALLER element. physiol. T. I. sect. 2. p. 12. 13.

10) PLINIUS hist. nat. lib. VIII. c. 64. — B. MAUCHART in ephem. acad. nat. cur. cent. I. obs. 12.

11) MAUCHART l. c.

12) FABR. HILDANUS cent. III. obs. 18. p. 369. — HALLER l. c. — Immensam herniam scrotalem vir vagabundus praetereuntium pietati obtulit, quam inqui-

rheumatismum et tabem sanandam usurpantibus [13]) et de experimentis physiologicis [14]) dicamus, de quibus singulis legatur Timmermann [15]).

§. XCVI.

Prognosis. Prophylactica. Cura.

Prognosis. 1. Emphysema traumaticum, visceribus nobilibus parcens, haud periculosum est, et aliquando, absorpto, uti videtur, per vasa lymphatica aëre [1]), sponte [2]) evanescit, aliàs letale evadit. Emphysema e caussis internis pullulans, prognosin

rens Cl. Ecker, Friburgensis chirurgiae professor, per aërem scroto inflatum malitiose simulatam fuisse, agnovit. Similia jam Paraeus (l. c.) notavit. Item Keraudren in *bulletin des sciences méd. T.* 3. p. 422. — Wasserfuhr in Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde B.* 27. *Heft* 2. p. 293.

13) Gallandat *medic. Abhandl. zum Gebrauche prakt. Aerzte.* p. 20.— Tackenberg in act. soc. Harlemensis. T. VI. p. 676. — T. VIII. p. 235. — *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* 2. *B.*

14) F. Ch. Achard *sur l'emphysème artificiel opéré avec différentes sortes d'air (mém. de Berlin. a.* 1781. p. 20). — A. M. Vassalli-Eandi *expériences et observations sur les effets des emphysèmes artificiels produits par différentes espèces de gaz sur la vie animale (annal. de la soc. de méd. de Montpellier. T.* 16. p. 65).

15) De emphysemate artificiali. Giesae 1777.

1) Soemmerring de morbis vasorum absorbentium §. 59.

2) *Journal de médec. chirurg.* etc. 1788. *Vol.* 50. p. 431. — Breschet l. c. p. 22.

gnosin a morbo, cujus symptoma est, desumit, ac nisi partiale sit, funestam plerumque agnoscit significationem.

2. Praepeditur emphysema traumaticum, maxime in capitis, juguli aut pectoris laesionibus, si candelarum flammae et quoadusque fieri licet accessus aëris a vulnere avertantur, sique labia vulneris, priusquam aër expressus sit, non coadunentur [3]). Prophylactica.

3. Aëri incluso sine temporis jactura exitus concedendus est, quod fit, loca tumefacta, crepitantia, incidendo [4]), atque illius expulsionem ope pressionis manuum promovendo. Parti incisae *cucurbitulae siccae* superimponuntur [5]). Quid affusio aquae frigidae hìc valere possit, tentandum foret. Urgente suffocationis periculo, consilio G. Hewsoni [6]), aliorumque [7]) ad *paracentesin thora-* Cura.

3) Caesar Magati de rara medicat. vulner. Lib. II. cap. 26. p. 219.

4) Paraeus opp. lib. X. cap. 30. p. 249. — Bertin-des-Mardelles *sur une plaie d'arme à feu, traversant la cavité thorachique, guérie par la dilatation des deux plaies antérieure et postérieure, et présentant l'exemple d'un emphysème répandu sur toute l'habitude du corps (annuaire de la soc. de médec. du départ. de l'Eure. a.* 1806. p. 26).

5) Quanto cum successu id fiat casus cl. Larrey a Breschet relatus (l. c. p. 27) testatur.

6) *The operation of the paracentesis thoracis, proposed for air in the chest, with some remarks on the emphysema, and on wounds of the lungs in general (med.*

thoracis confugiendum est, quam operationem Gooch [8]) et Kelie [9]) feliciter instituerunt. In emphysemate ex caussa interna „cum talia plerumque in febribus asthenicis gravioribus obvenerint: acetum vini, alcohol cum camphora, fomenta spirituosa aromatica, corticis quercus seu peruviani decoctis; aluminisque solutioni nuptis *externis*, pro *usu* vero *interno* adaequata morbo principali remedia aliquando conducunt" [10]). Sane nec methodus antiphlogistica hìc excludenda. Ex venaesectionis in emphysemate traumatico neglectu triste legitur exemplum [11]).

Caput XXVIII.

De combustione spontanea.

§. XCVII.

Notio. Phaenomena.

Notio. 1. Corpus humanum nonnunquam vel sponte, vel admoto modico calore comburi, ex obser-

observ. by a soc. of phys. in London. Vol. 3. p. 372).

7) Riolanus enchirid. anatom. p. 204. — Combalusier pneumato-patholog. p. 508.

8) *Medicinische und chirurgische Bemerkungen.*

9) *Medical and chirurgical observations P.* 2. p. 425.

10) J. P. Frank epitom.

11) Lacombe *bulletin des sciences méd. Juin* 1809.

observationibus et opusculis TH. BARTHOLINI [1]), DUPONTI [2]), MORTIMERI [3]), ADOLPHI [4]), ALBERTI [5]), BIANCHINI [6]), WILMERI [7]), J. BATALIA [8]), SCHRADERI [9]), MERILLI [10]), MURAIREI [11]), VIC-D'AZYRI [12]), LECAT [13]), J. C. PFEIFFER [14]), G. S. SIEBENKEES [15]), GRAVELLE [16]), SCHERFII [17]), J. H.

1) De luce hominum et brutorum libr. III novis argumentis illustrat. Hafn. 1669. p. 155. Cfr. Acta Hafniens. I. obs. 118.

2) Diss. de corporis humani incendiis spontaneis, Lugd. Bat. 1736.

3) *Philosophical transactions* 1745. *No.* 476.

4) Triga diss. physico-medicarum. Lips. 1746. — De eructatione flammante.

5) *Ob ein Mensch von selbst lebendig entzündet* etc. (citat. a MARC).

6) *Annual Register* 1763. — CRELL's *chemische Annal.* 1785. — LESKE *auserl. Abhandl.* 3. *B.* p. 209. 226.

7) *Philosoph. transact. Vol.* 64. *No.* 35. et *annual Regist.* 1773.

8) Ex diario Florentino mensis Octobris anni 1776. in *bibliothèque salutaire* 1787.

9) Obs. rar. fasc. I. No. 10.

10) *Journal de médecine. T.* 59. *p.* 140.

11) *Biblioth. salutaire* p. 440.

12) *Encyclopéd. méthodique art. anatomie pathologique de l'homme* (Ex comment. Lips. *T.* 21. p. 120).

13) *Mémoire publié dans les mémoires de l'acad. R. des sciences de Rouen.*

14) De combustione corporum tam organicorum quam inorganicorum spontanea. Gotting. 1809.

15) De combustionibus corporis humani sponte sua enatis. Landsh. 1810.

J. H. Kopp [18]), Swediauri [19]), Aime - Lair [20]), A. Sniadeckii [21]), J. D. Koesteri [22]), Ch. W. Ritter [23]), Chirac [24]), Marc [25]), Prouteau [26]), Charpentier [27]), J. F. Agostani [28]), J. G. Kuehn [29]),

16) Thesis Parisiis edita a Julia de Fontenelle citatâ.

17) Kopp *Jahrbücher der Staatsarzneyk.* 5. *Jahrg.*

18) Diss. de caussis combustionis spontaneae in corpore humano factae. Jenae 1800. — *Ausführliche Darstelstellung der Selbstverbrennungen des menschl. Körpers. Frankf. a. M.* 1812.

19) *Bulletin des séances de la société philomatique.*

20) *Essai sur les combustions humaines produites par un long abus des liqueurs spiritueuses. Paris* 1800. — Versio Germanica. Hamb. 1801.

21) *O ogniu wszczyniącym się w ciałach żyiących i o ich pogorzeniu. Dziennik Wileski. T. I. No.* 2. p. 70.

22) Diss. de combustione corporis humani spontanea. Jenae 1804 (Brera sylloge opuscul. select. ad praxin praecipue medicam spectantium. Vol. VII. Ticini 1807).

23) *Ueber Selbstentzündung in organischen und leblosen Körpern. Hamburg* 1804.

24) *Considérations sur la combustion du corps humain, suivies de propositions sur divers objets de médecine et du livre Hippocrate, intitulé La Loi. These soutenue à l'Ecole de médecine de Paris, en l'an XIII.* (1805).

25) *Dictionnaire des sciences médicales. T. VI.* p. 77 — 87.

26) *Journal de médecine. Mars* 1814.

27) *Observation de combustion spontanée sur deux femmes (observat. des sciences méd. Juin* 1825. — Ferussac *bulletin des sciences méd. Janvier* 1827. p. 73).

Kuehn[29]), Graefe[30]), Julia de Fontenelle[31]) aliorumque[32]) elucet.

2. Flamma levis, mobilis, aquae renitens, vel ex ore assurgit, vel truncum, non exceptis ossibus, sub maximo eoque empyreumatico foetore in massam cineream convertit[33]). Lintea et plumae vicinae ab igne non attinguntur[34]). Combustio Phaenomena.

28) De corporis humani combustione spontanea. Diss. Ticini 1824.

29) Progr. De femina Hamburgensi, quae combustionis spontaneae exemplum nuper praebuisse credita est (opusc. acad. med. et philolog. Lips. 1827).

30) *Fall von Selbstverbrennung* in *Dresdner Zeitschrift für Natur- und Heilkunde B.* 5. *Heft* 1. p. 99—101.

31) *Recherches chimiques et médicales sur les combustions humaines spontanées* (*revue médicale. Juin* 1828. p. 379).

32) *Philosophical magazin. No.* 53. — Commerc. liter. Norimb. 1731. — *Hamburger Magazin* 1. *B.* 3. *St.* — *Nouveau journ. de méd. Decemb.* 1822. — *Journal complémentaire du diction. des scienc. méd. T.* 15. *cah.* 60. p. 374.

33) „*Ce résidu de cette combustion se compose de cendre grasse et d'un suie onctueuse, l'une et l'autre d'une odeur fétide qui frappe l'odorat à une grande distance*" (Julia de Fontenelle l. c.).

34) Contrarium contigisse fertur (*Journ. général de médecine, chir. et pharmacie* 1813. *Mars*), ast casus hic nequaquam ad combustionem spontaneam pertinere videtur. „*Quoiqu'il soit démontré qu'il faut plusieurs voies de bois pour incinéror un cadavre, cette incinération s'opéra sans que les objets les plus combustibles, qui sont placés à côté, soient brûlés*" (Julia-de-Fontenelle l. c.).

bustio interdum ad *unam* dumtaxat corporis humani partem circumscribitur [35]).

§. XCVIII.

Caussae. Diagnosis. Prognosis. Cura.

Caussae. 1. Vetulae (maxime obesae [1])) et quodammodo mares, potu cremati abutentes [2]), huic malo, tempori hiemali potius addicto [3]) (et in Lithuania aliquando obvenienti), subjiciuntur Interea a caussa tam vulgata rarum, de quo agitur, phaenomenon aliter explicari minime poterit, nisi concessa simul quorundam hominum (forte etiam prae aliis fulminis imperio subditorum [4])) peculiari ad combustionem proclivitate [5]). Proclivitas ejus-

35) Hecker's *literarische Annalen der gesammten Heilk. B.* 2. p. 495. — *Propagateur des sciences médicales Mars* 1826. — *Repertorio di med. di chirurg.* etc. *di Torino. Novembr.* 1827.

1) Muraire, Lair ll. cc.

2) „. . *ceux qui sont morts de combustion spontanée faisaient un abus des liqueurs alcoholiques*“ (Jul. de Fontenelle l. c.).

3) „*Ces combustions se montrent plus fréquemment en hiver qu'en été*“ (idem, ibid.).

4) Cfr. tractatus noster de asphyxia sideratorum.

5) A. 1799. Vindobonae juvenem medicum (*Ortel*) cognoveram qui se igni, etiamsi sat procul, admovere haud potuerat, quin illico amburеretur. Ipse manum ejus dextram sub praeparatione potus cofeae super lucernam alcohol repletam vehementer ambustam conspexi, quamvis egregius juvenis jure jurando affirmasset, se cum flamma nullo pacto in contactum venisse.

ejusmodi eritne ipsa emanationi gaz hydrogenii phosphorati vel sulphurati ex ano, ore, cute, concurrentibus aut electricitate sive proprii corporis [6]), sive atmosphaerae [7]), aut flammis candelae, prunarum, liquorum, adscribenda? Nec desiderantur aliae hypotheses [8]).

2. Magnum in rem publicam ex eo profectum est beneficium, quod fabulis non amplius adscriptâ Diagnosis.

6) De hominibus vel sub pectinis usu, vel externe frictis, electricas scintillas, felium nigrarum instar emittentibus, inter alios, Ezech. de Castro (Haller elem. physiol. L. XII. S. II. §. 6) narrat. Cfr. Prochaska *Lehrsätze der Physiologie des Menschen* B. 2. p. 82. — „*Le célèbre voyageur Brydone a fait des expériences sur une femme dont l'idio-électricité était telle, que des étincelles électriques jaillissaient de ses cheveux toutes les fois qu'elle les peignait. Brydone parvint même à charger une bouteille de Leyde, et à allumer de l'eau-de-vie avec ces étincelles. Il gelait fortement pendant ces experiences*" (Marc l. c. p. 85).

7) Ex tribus observationibus combustionis spontaneae concludit Koester (l. c. p. 100): „Illum morbum praecipue natum esse ea tempestate, cum aer siccus et purus esset, magis hieme atque vere, quam aestate et autumno, crebrius in septentrionalibus terris, quam in australibus."

8) Kopp (l. c.) eas abunde enarravit. Hypothesis Th. Mitchill (*the american medical recorder. New-York* 1822. *Vol.* 5) non multum a mea differt. Experimenta Julia-de-Fontenelle (l. c.) quippe cum carnibus *mortuis* suscepta, illas non infringunt. Agitur praeterea de combustione sui generis, combustionis ordinariae leges respuente.

adscriptâ combustione spontaneâ, debitus ei in medicina forensi conceditur locus [9]).

Prognosis. 3. Combustiones spontaneae partiales curam admittunt, vix universales.

Cura. 4. Lac et potus mucilaginosus tamen commendantur [10]). In Lithuania vulgus flammam in os mingendo extinguit. Aqua incendium potius auget.

Caput

9) „*L'épouse de Millet constamment ivre, se trouva consumée dans sa cuisine, à un pied et demi du foyer. Tout son corps était réduit en une espèce de cendre grasse, à l'exception d'une partie de la tête, d'une partie de l'extrémité inférieure et de quelque portions de gros os. Le menage de Millet était dirigé par une jeune fille fort jolie: C'en fut assés pour éveiller les soupçons . . . Il essuya donc toute la rigeur de la loi: et, quoique par appel à une cour supérieure il fût acquitté, il n'en fût pas moins ruiné, et réduit à aller passer dans un hôpital le reste de ses jours*" (Lecat l. c.). — G. Grabner — Maraschin *dissertazione medico legale sulle combustioni spontanee del corpo umano* (Omodei *annali universali di medicina* 1828. *Novembre* p. 279).

10) Swediaur l. c.

Caput XXIX.

De induratione textus cellulosi recens natorum.

§. XCIX.

Definitio. Scriptores.

1. *Induratio textus cellulosi recens natorum* [1]) morbum sistit apyrecticum, rigore, livore et frigore cutis, digiti impressionem respuentis, insignitum. Definitio.

2. Memorabilem hunc, nobis vigesies circiter visum morbum praeeunte J. A. Uzembezio [2]), primum Andry [3]), Auvity, Hulme et Nadeau [4]), descripse- Scriptores.

1) *Synon.* Stipatio telae cellulosae. Scleremia. Sclerosis. Gallice *Endurcissement du tissu cellulaire; Oedème concret.* Germ. *Verhärtung des Zellengewebes; Gespannte Haut; Krampf des Zellengewebes.* Angl. *Skinbound.* Ital. *Induramento cellulare; Sclerosis dei neonati.* Ross. Отвердѣніе клетчатой плевы. Polon. *Stwardnienie skòry.*

2) De foetu frigido et rigido (ephem. acad. nat. cur. cent. IX. obs. 30. et Schurio embryologia. Sect. III. cap. 1. §. 19).

3) *Recherches sur l'endurcissement du tissu cellulaire des enfans nouveaux-nés (histoire et mém. de la soc. R. de médecine de l'an.* 1784—85. *hist.* p. 207. *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte B.* 15. p. 604).

4) *Mémoire* 1 2. 3. *sur la question: „Recherche quelles*

descripserunt. Secuti sunt SEVILLE [5]), DOUBLET [6]), DORFMÜLLER [7]), MOSCATI [8]), REDDELIEN [9]), E. HORN [10]), LODEMANN [11]), BENEDICKS [12]), E. HASELBERG [13]), BARD *), M. MANDRUZZATO [14]), J. B. MARZARI **), A. FD. WIESNER [15]), CARUS [16]), S. LI-

sont les causes de l'endurcissement du tissu cellulaire auquel plusieurs enfans nouveaux-nés sont sujèts, et quel doit en être le traitement, soit préservatif, soit curatif?" (*mémoires de la soc. R. de médecine de l'an.* 1787—88. *mém.* p. 328. 403. 412).

5) *Journal de méd.* 1788. *Octobr.*

6) *Journal de méd.* 1795. *Avril.*

7) STARK *neues Archiv für Geburtshülfe B.*3. *St.* 1. p. 83.

8) *Giornale fisico* 1793. Vide WEIGEL's *italiänische med. chir. Bibliothek B.* 2. *St.* 2. p. 85. *Leipz.* 1796.

9) *Samml. kleiner Abhandlungen und Beobachtungen über die Rose und Verhärtung des Zellengewebes neugeborner Kinder. Lübeck* 1802.

10) *Neues Archiv für med. Erfahr.* 1810. *May* p. 109.

11) HUFELAND's *Journ. der prakt. Heilk.* 1810. 10. *St.* p. 57.

12) Diss. de telae cellulosae induratione in neonatis observata. 1807.

13) Diss. de induratione telae cellulosae neonatorum. Gotting. 1808.

*) *Journal général de méd. T.* 54. p. 62. 1815.

14) *Osservazioni anatomico-patologiche fatte in Treviso negl' anni* 1815 *e* 1816. *Tavola sinottica sui bambini morti con induramento cellulare* (*mem. scientifiche letterarie dell' Ateneo di Treviso. Vol.* 1. *p.* 223).

**) Ibid. Vol. 3.

15) Diss. de tela cellulari infantum indurata. Berol. 1816.

16) HUFELAND l. c. 1816.

S. Liberali 17), G. Jäger 18), Harless 19), Th. Léger 20), M. Haspfr 21), B. Carminati 22), J. B. Palletta 23), G. Sudoffski 24), F. Baermann 25), G. A. Michaelis 26), Heyfelder 27), P. S. Denis 28), C. Billard 29), Mac Andrew 30) atque recentiores de morbis infantum scriptores 31).

§. C.

17) *Nuovi commentarj di med. e chirur. Padova* 1818. *Semestr. I.*

18) Harless *Rhein. Jahrb. der Med. und Chir. B.* 3. *St.* 2. p. 42.

19) Ibid. p. 85.

20) *Considérations sur l'endurcissement du tissu cellulaire ches les nouveaux-nés. Paris* 1823.

21) Hufeland l. c. 1823. April. p. 65.

22) Omodei *annali universali di med. prat. Fasc. LXXXIV. Dicembre* 1823. p. 329.

23) Ibid. *Mem. I. Fasc. LXXXII—III. Ottobr. Novemb.* 1823. p. 1. — *Mem. II. Fasc. CIII—CIV. Lugl. Agost. e Settbr.* 1825. p. 17.

24) Diss. de telae cellulosae induratione. Dorpat. 1824.

25) Diss. de telae cellulosae induratione. Berol. 1825.

26) Diss. de induratione telae cellulosae recens natorum. Kiliae 1825.

27) *Ueber die Krankh. der Neugebohrnen namentlich der Zellengewebverhärtung u. s. w. Leipz.* 1825.

28) *Recherches d'anatomie et de physiologie pathologique sur plusieurs maladies des enfans nouveaux-nés. Paris* 1826.

29) Omodei l. c. *Fasc. CXXIV.* 1827. p. 91. ex *archives générales de médecine. Février* 1827.

30) *The London med. phys. journal. Edit. by* R. Mac-leod; *new series. Vol.* 2. 1827.

31) P. I. Vol. I. Sect. I. §. XI. 13.

§. C.

Symptomata. Necroscopia.

Symptomata.

1. Ingruit morbus primo, secundo, raro tertio, et rarissime quinto aut septimo a partu die. Primum extremitates inferiores, praecipue pedum plantae et surae, indurari et frigescere incipiunt. Progreditur dein idem malum super universum corpus, thorace quodammodo excepto [1]). Maxime genae inde afficiuntur, immo ad illas morbum originem duxisse vidimus. Os clausum; ita et palpebrae. Partes affectae impressionem digiti respuunt ac tanquam ligneae videntur. Cutis tam arcte partibus subjacentibus adhaeret, ut neque moveri, neque attolli possit. Volumen illius, praesertim in extremitatibus inferioribus, auctum est. Tumor non est rotundus aut circumscriptus, sed serpens quasi per musculos membri affecti [2]). Flexio articulorum et depressio maxillae inferioris conceditur. Aegrotuli vagitus languidos et flebiles edunt [3]). Thermometrum extrinsecus cuti admotum frigoris praesentiam confirmat, aut saltem temperaturam retinet cubiculi; oris cavitati immissum solum gradus 18, vel 20 R. indicat [4]). Color cutis sublividus, exceptis plantis pedum et cruribus, ubi rubellus est. Suctio plerumque aegre perficitur et multi cum

1) Auvity l. c. 2) Hulme l. c.

3) Sicuti mures vagiunt (Dorfmüller l. c.).

4) Léger l. c.

cum difficultate deglutiunt. Faeces et urina rite, sed in pauca quantitate excernuntur. Pulsus debilis, vix percipiendus, haud febrilis. Jam tertio sive quarto morbi die maxima aegrotulorum pars moritur.

2. Corporis volumen solito minus [5]. Illius durities ut vitae tempore. Superficies externa saepe ecchymomatibus notata. Cute dissectâ multum seri coagulabilis flavescentis effluit. Serum istud albumine abundat, et ab eo haud differt, quod in reliquis ejusdem cadaveris cavitatibus reperitur [6]. Mucus et adeps in textu celluloso contenti, granulati et exsiccati [7]. — Cerebrum juxta alios normale [8], juxta alios molle, pultaceum, flavum [9]. Cerebelli et medullae oblongatae vasa sanguinea turgida [10]. Interdum cruor, saepe serum in ventriculis [11]. — Larynx oedematosus [12]. — Pulmones, si fides adhibenda sit, inflammati [13], certe duri, ponderosi, hepati simi- Necroscopia.

 les,

5) Léger, Heyfelder ll. cc.

6) Michaelis l. c. *Analysim chemicam* ejusmodi seri suscepit Chevreul (*considérations générales sur l'analyse organique* etc. *Paris* 1824. p. 218) contenditque illud praeter modum ad coagulum pronum esse, quod negat Billard l. c.

7) Moscati, Marzari ll. cc. 8) Léger l. c.

9) Carus l. c.

10) Liberali l. c. Incassum examen columnae vertebralis quaesivi.

11) Carus, Jäger, Dénis ll. cc. 12) Léger l. c.

13) Liberali l. c.

les, variegati et sanguine atro referti [14]). Cor volumine auctum, cruore nigro repletum [15]). Forum ovale saepe apertum, ductus arteriosus nunquam obliteratus [16]). In cavitate pleurarum seri nonnunquam collectio [17]). Hepar magnum [18]), modo normale [19]), modo sanguine atro turgidum [20]). Ita et vasa umbilicalia. Tubus intestinalis, ut fertur, brevior [21]). Systema lymphaticum turgens. Cavitas peritonaei quid seri includens [22]).

§. CI.

Caussae.

C. praedisponentes. 1. Infantes praematuri [1]), graciles [2]), gemelli atque a matribus venereis, phthisicis, hydropicis, vel ebrietati deditis, originem ducentes, praecipue indurationi textus cellulosi obnoxii sunt. Morbus potissimum in maximis hospitiis infantum

14) Omnium consensu.

15) Jäger, Michaelis, Léger ll. cc.

16) Breschet apud Léger l. c. angustum tamen vidit Billard l. c.

17) Léger l. c. 18) Palletta l. c.

19) Léger, Billard ll. cc. 20) Palletta l. c.

21) Léger l. c. — Normalem respectu ad longitudinem invenit Billard (l. c.), sed, ut Broussais asseclam decet, phlogosi correptum.

22) Léger l. c. 1) Léger l. c.

2) Non reticendum *robustos* quoque pusiones induratione textus cellulosi laborasse (Hulme l. c. et Faulcon apud Alibert *nosologie naturelle* p. 394).

tum expositorum, praecipue tempore hiemali et autumnali, grassatur 3). Visus est congenitus 4).

2. Excitari is videtur tum a frigore, cui infantes expositi plus minus subjiciuntur, tum ab aëre saepe inquinato hospitiorum, tum a nutritionis debitae defectu. Nulla nobis contagii suspicio. C. excitans.

3. *Caussa proxima* indurationis textus cellulosi locata est in praevium erysipelas 5), in glandularum cutis infarctum 6), in vitium leprosum 7), in spasmum 8), in congelationem adipis 9), in phlogosin pulmonum 10) etc. 11). Ad nos quod spectat, eam C. proxima.

3) Marzari (l. c.) asserit: „*essere propria dell' inverno, più di rado dell' autunno, e non mai dell' estate;*" quae tamen ultima assertio ab aliorum observationibus (Léger, Carminati ll. cc.) infringitur.

4) Uzembezius l. c.

5) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. XI. §. LXIII. 5.

6) Naudeau l. c.

7) Alard *hist. de l'éléphantiasis* p. 215 (opinio haec plane a vero aberrare videtur).

8) Textus cellulosi indurationem ad tetanum olim revocavi (*Reise nach Paris, London* 1. *Th.* p. 72).

9) Jam Vaccà Berlinghieri (*codice elementare di medicina pratica, sanzionato dall' esperienza*) loquitur „*del congelamento del grasso della cellulare nei bambini.*" Accedit Marzari l. c.

10) Hulme l. c.

11) Denis (l. c.) ac si philosophos sic dictos naturae aemulari vellet, ait: „*L'endurcissement du tissu cellulaire, chez le foetus, dépend d'un trouble de l'alimentation; chés le nouveau-né, il provient de la prolon-*

eam *a fracto processu oxygenationis sanguinis* [12]) *et evolutionis caloris animalis* repetimus, ac in hoc morbo affinitatem quandam cum asphyxiis ex intercepto respirationis opere, animadvertimus. Debilis enim plurimorum infantum indurationi textus cellulosi subditorum constitutio, frigus, nutrimentum pravum et aër inquinatus impedire videntur, quominus arduus ille respirationis processus in recens natis debitó pacto locum invenire queat, quo posito, facile defectus caloris (et *morbo coeruleo* proprius) indeque transitus partium fluidarum, praecipue adipis [13]), in statum solidum explicari potest. Haec nostra hypothesis manum amicam opinionibus recentioribus Breschet [14]) et Palletta [15]) praebet, quorum ille (minimo sane jure) vitia cordis mistionem sanguinis venosi cum arterioso promoventia; hic (firmiori fundamento) congestionem sanguinis in venis majoribus thoracis et abdominis praecipue pulmonum et hepatis, ut caussam proximam morbi, incu-

gation vicieuse, ou même de l'augmentation de la prédominance cellulaire primitive, celle-ci n'ayant pas été épuisée par l'achèvement de l'embryogénie etc." Tricae!

12) Aut secundum experimenta Alleni et Pepysii ab impedita generatione gaz acidi carbonici.

13) Lorry dixerat: „forte adeps influit in certas indurationes cutis (l. c. in *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* p. 297). Accedit Marzari l. c.

14) Referentibus Léger, Hasper aliisque. 15) l. c.

incusarunt. Tandem quum nervus intercostalis in functiones circuitus sanguinis et respirationis imperium exerceat, quum hic nervus radices e medulla spinali agnoscat, quumque ista medulla systema cutaneum musculosque subjacentes gubernet; ut specus vertebralis adhuc ratio habeatur, inculcare haud desinemus.

§. CII.

D i a g n o s i s.

1. Gravem committunt errorem qui morbum nostrum toties proclamant, quoties *cutis durities* obvenit; haec etenim nulla hominis excepta aetate [1]), ab erysipelate [2]), a lepra [3]), a syphilide [4]), a diar- Generatim.

1) STALPARTUS VAN DER WIEL cent. II. obs. 42 (femina annorum 36). — C. CURZIO *discussioni anatomico-pratiche d'un raro morbo cutaneo in una donna felicemente curato. Napoli* 1753 (puella a. 17). — REGHELLINI *osservazioni sopra alcuni casi rari T. I.* — *Philosoph. transactions. Vol.* 48. *Part.* 2. p 580. — G. STRAMBIO *observation d'endurcissement du tissu cellulaire* (SEDILLOT *recueil périod. de la soc. de méd. de Paris. T.* 61. p. 234. — *Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier. Serie* 2. *T. I.* p. 313). — G. JÄGER l. c. (femina a. 23). — HENKE *Handbuch der Kinderkrankh.* p. 142 (ancilla a. 24). — ALIBERT l. c. (casus Dr. TOURNEUX matronae a. 44). — KRAMER *merkwürdige Hautverhärtung, welche die Hälfte des Körpers einnahm* in *Annalen für die gesammte Heilk: von der Badischen Sanitätscommission. Carlsruhe* 1824. *Jahrg.* 1. *Heft* 1. p. 71 (aegra a. 19). — BAERMANN l. c. (puer a. 6).

a diarrhoeis [5]) aliisque caussis *), necdum satis cognitis, excitari potest; illa contra ea morbum sistit sui generis, simul *frigore et livore corporis* stipatum atque a recens natorum *erysipelate*, *oedemate*, *tetano* et *ictero* plane distinctum.

Distinctio ab erysipelate.

2. Duos recens natorum morbos, *erysipelas* scilicet et *indurationem textus cellulosi*, olim, utpote necdum satis notos, confusos fuisse [6]), condonandum; sed non condonandum si hodiedum adhuc tali in errore perseveretur [7]). Distinguimus

2) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. XI. §. LXIII. 5.

3) Cap. XX. §. LX. 3. 4.

4) DOUBLET (*journ. de méd. chir. pharmac. T.* 63. 1785. *Avril.* p. 477), GÖLIS (*Salzburg. med. chir. Zeitung* 1811), WIESNER (l. c.) aliique *chronicam* infantum textus cellulosi indurationem *a lue venerea* ortam descripserunt.

5) UNDERWOOD (*treat. on the diseases of child.* 1784. p. 76) praeeunte DENMAN, de statu infantum *diarrhoea mucosa* laborantium sermonem instituens, monet cutem frigidam interdum tanquam adhaerere ossibus. Cfr. STÜTZ in HUFELAND's *Journ. der pr. Heilk. B.* 14. *St.* 4. p. 32.

*) Cfr. Cap. XXIV. §. LXXXII. 2 (12).

6) UNDERWOOD l. l. c. p. 40. — HORN l. c. — SYBEL in HUFELAND's *Journ.* 1811. *Nov.* p. 91.

7) HEMMER *die Rose der Neugebornen ohne und mit ihrer Folgekrankheit die Zellengewebverhärtung* in HARLESS *Rheinisch. Jahrb. für Med. und Chir. B.* 7. *St.* 3. p. 55 (ambo morbi uno nomine *Erysipelatosklerysmus* barbare designantur.

guimus morbum unum ab altero sequentibus notis, non separatim sed simul perpendendis.

Erysipelas r. n.	*Induratio t. c.*
a. Tertio, quinto, decimo a partu die invadit.	a. Primo, secundo, raro tertio die et rarissime serius in conspectum venit.
b. Doloris indicia ab attactu cutis conspiciuntur.	b. Nulla doloris indicia ab attactu [8].
c. Morbus est febrilis, cutisque calida.	c. Febris nulla, immo cutis frigida.
d. Terminari solet gangraenâ.	d. Gangraena nulla.

3. Quamvis *oedema* id gentilitium habeat, quod cutis tumor sit mollis, digito prementi cedens indeque foveam retinens; *induratio* contra ea *textus cellulosi* exhibeat cutim durum digitoque prementi renitentem: placuit nihilominus recentiorum nonnullis [9], hunc morbum *pro oedemate* venditare. Quum autem boni viri (sin viri) naturales praeviderint objectiones, iis obviam iverunt, indurationem *textus cellulosi*, ab induratione *membranae adiposae* (quam solum titulo peculiaris morbi honorant) distinguendo. Quorsum hae nugae! Distinctio ab oedemate.

§. CIII.

8) Alibert contrarium contendit (l. c.).

9) Denis, Billard ll. cc.

§. CIII.

Prognosis. Cura.

Prognosis.

1. Morbi periculum ex ipsa illius descriptione elucet [1]), atque *unum* tantummodo infantem salvare potuimus, et iste dein ab opere dentionis e medio ablatus est.

Cura.

2. *Balnea tepida* ex infuso herbae *salviae officinalis*, vel cum farina *sinapis nigrae*; *balnea vaporis* [2]), *arenae* [3]); *vesicatoria* ad crura, lenes frictiones cutis, aquae aromaticae cum nonnullis guttis *liquoris succinatis ammoniae*, aut *vini antimoniati* HUXHAMI; *radix valerianae officinalis* [4]) *clysteres* ex infuso *florum matricariae chamomillae*, cochleare parvum unum alterumve vini, pro praecipuis hucusque indurationis textus cellulosi recens natorum habebantur auxiliis. Illorum impotentiae memores jam in prima operis nostri editione [5]) monuimus, „*curam magis ad pulmones*

1) „*Das endurcissement du tissu cellulaire ist im Pariser Findelhause noch immer, namentlich im Winter, fast endemisch und so mörderisch, dass in den Jahren* 1808 *bis* 1811 *unter* 643 *Erkrankten nicht weniger als* 576 *starben*" (FRORIEP's *Notiz. aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. B.* 3. *No.* 62. p. 287).

2) FRORIEP l. c. 3) LÉGER l. c.

4) RANQUES *de la valériane employée comme succédane du quinquina, et relativement à trois cas d'endurcissement cellulaire dans des enfans* (TARTRA *bulletin des scienc. médic. T.* 5. p. 51).

5) P. I. Vol. II. p. 624—25.

nes dirigendam esse." Testatur modo celebris J. B. Palletta, *hirudines* scopo cruoris circuitum promovendi cruribus aegrotulorum admotas, una cum *balneis tepidis*, saepissime opem afferre [6]). Mediolanensium egregius medicus Locatellii omni praeterea jure monet simul nervos ventriculi (quorum tantus cum pulmonibus exstat consensus) *radicis ipecacuanhae* aut *praeparati* cujusdam *antimonialis* ope vellicandos esse [7]).

Caput

6) l. c. „*nel corso del secondo semestre* (1824), *nell' Ospizio di Santa Caterina di Milano, sono stati esposti i seguenti bambini induriti: nel mese di Luglio due: in Agosto quattro: in Settembre nove; in Ottobre dodici: in Novembre quattordici: in Decembre ventuno. In numero totale è di settanta due, dei quali quaranta erano nati prematuramente. Di questo numero ne perirono tre per indurimento cellulare, uno di età matura, e due nati innanzi tempo. In Settembre due gemelli nacquero a termine nell' Ospizio di St. Caterina. Da ciò risulta, che* c i n q u a n t a n o v e *tocchi dalla sclerosis risanarono mediante l'opportuna applicazione delle mignatte e delle bagnature*" (*mem. seconda* l. c. p. 17).

7) Carminati l. c.

Caput XXX.

De rheumatismo acuto.

§. CIV.

Introductio. Definitio. Sedes. Historia et literatura.

Introductio. 1. Rerum ordini consonum censemus, considerationi morborum cutis et textus cellulosi, eam morborum partium mox subjacentium, videlicet musculorum, tendinum, articulorum, ligamentorum et periostei (quatenus non spectant ad morbos nervorum adque arthritidem) annectere.

Definitio. 2. Febris cum dolore et saepe tumore, aut tractum musculorum sequente, aut ipsos artuum articulos sive periostea occupante, *rheumatismum acutum* constituit [1]).

Sedes. 3. Nulla pars vel fibris muscularibus, vel musculis proprie dictis, vel tendinibus, vel ligamentis, vel periosteo [2]) instructa, a rheumatismo acuto

1) A ῥέω (reo) fluo, ῥευματίζω, fluxione infestor. Rheumatismus Cullenii et Boerhaavii. Rheumatismus febricosus Sauvag. — Rheumatismus calidus, inflammatorius *auctorum* — Arthritis rheumatica Swediauri. Gall. *Rheumatisme aigu.* Germ. *Hitziger Gliederfluss.* Ital. *Reumatismo acuto.* Angl. *Rhumatisme.* Ross. Λомота.

2) De periostei inflammatione in specie legi meretur

acuto immunis est [3]); aggreditur nempe cranium, cervicem, pectus, abdomen, dorsum, lumbos, coxendicem, humeros, extremitates tum superiores, tum inferiores, non exceptis eorum articulis atque visceribus structuram muscularem exhibentibus.

Historia et literatura.

4. Historia et literatura febrium rheumaticarum [4]), eas quoque *rheumatismi acuti* includit. De hoc morbo frequenti dissertationum inauguralium argumento [5]), praeterea perbelle scripsere SYDEN-

CRAMPTON in *the Dublin hospital reports and communications in med. and surger. Vol.* 1.

3) J. C. GASC *mémoire sur la question suivante: Existe-t-il deux variétés de rheumatisme extérieur, dont l'une affecte le systême musculaire de la vie animale, et l'autre le systême fibreux des articulations?* (*mém. de la soc. méd. d'émulation de Paris. An. V.* p. 474).

4) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. VII.

5) BOCKING diss. de rheumatismo acuto. Argent. 1777. — NORRIS diss. de rheumatismo acuto et longo. Lugd. Bat. 1783. — SIME diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1785. — CASEMENT diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1786. — KISSEM diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1787. — HUTCHINSON diss. de rheumatismo acuto. Lugd. Bat. 1788. — ADDINSON de rheumatismo acuto. Edinb. 1789. — BROOKE diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1789. — ENGELHART diss. de rheumatismo acuto. Lundae 1790. — PLOUCQUET diss. de myositide et neuritide. Tub. 1790. — ANGIER diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1791. — RIVE diss. inflammationem rheumaticam esse inflammationem sui generis. Francf. 1794. — WOLSELEY

Sydenham[6]), van Swieten[7]), Stoll[8]), Störk[9]),
Th.

diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1795. — Birkholz de rheumatismo acuto. Lips. 1798. — Engelken diss. descriptio rheumatismi febrilis. Gotting. 1799. — Smith diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1799. — Hungerford diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1801. — O'Brien diss. de rheumatismo acuto. Edinb. 1801. — Faure *recherches sur une maladie appelée par les auteurs rheumatisme goutteux (thèse). Paris* 1803. — Blampignon tentamen medicum de rheumatismo acuto. Monspeli 1803. — Tourné *essai sur le rheumatisme aigu général (thèse). Paris* 1804. — Pecumajoux *diss. sur le rheumatisme goutteux. Paris* 1804. — Cheze *propositions sur le rheumatisme aigu et externe, suivies d'observations qui constatent l'efficacité du camphre dans cette maladie. Paris* 1808. — Thouret *propositions sur le rheumatisme aigu du système musculaire (thèse). Paris* 1808. — Rivaud *diss. sur une affection rheumatismale aigüe observée dans l'Inde (thèse). Paris* 1811. — Cruveilher *diss. sur le rheumatisme aigu. Paris* 1812. — Dubizy *essai sur le rheumatisme aigu (thèse). Paris* 1814. — Lebreton *diss. sur le rheumatisme aigu. Paris* 1815. — Cazes *essai sur le rheumatisme aigu. (thèse). Montpellier* 1815. — Lequien *diss. sur le rheumatisme et particulièrement sur le rheumatisme aigu (thèse). Paris* 1816. — Couturier *diss. sur le rheumatisme musculaire aigu. Paris* 1818. — Pelon *diss. sur le rheumatisme aigu. Paris* 1819. — Wittsack diss. de rheumatismo calido. Berolini 1823.

6) Opp. sect. VI. cap. 5. vid. Miscellanea nat. cur. dec. II. a. 10. 1691. Append. p. 154.

7) Commentar. in H. Boerhaave aphoris. §. 1490.

Th. Dawson [10]), Saalmann [11]), S. G. Vogel [12]), Fowler [13]), J. Haygarth [14]) et Villeneuve [15]).

§. CV.

Symptomata. Necroscopia. Analysis chemica.

1. Morbus orditur febre [1]) stipata pulsu frequente, pleno, forti, saepe duro, calore corporis intenso, inquietudine, siti multa, lingua alba et urina rubra. Febris haec, vespere et noctu invalescens, ab initio fere continens, progressu temporis remittens, quin immo interdum intermittens [2]) fit, ac lotium sedimentum copiosum lateritium deponens [3]), nec non sudores, nocturnos inpri- Notio febris.

8) Rat. med. P. III. p. 122. 137. V. p. 420.

9) Ann. med. secund.

10) *Cases of acut. rhumatisme. Lond.* 1775.

11) Descriptio rheumatismi acuti. Monast. 1789.

12) *Handb. der prakt. Arzneywissenschaft B.* 2. *Cap.* 3.

13) *Medical reports of the effects of blood-letting* etc. in *the cure of the acute rhumatisme. Lond.* 1795. Vers. Germ. Bresl. 1795.

14) *A clinical history of acute rhumatisme* 1806.

15) *Dictionnaire des sciences med. T.* 48. p. 425—630.

1) Sydenhamus (sect. VI. cap. 5) sequentem hujus febris descriptionem dedit; „A rigore atque horrore orditur tragoediam; quos statim excipiunt calor, inquietudo, sitis, et reliqua illa infelix symptomatum caterva quibus stipantur febres."

2) Störk l. c. p. 128.

3) Partibus salinis lotium rheumatismo laborantium ca-

inprimis atque profusos, largitur. Elapso uno alterove die (est ubi citius) dolores atroces, modo totum corpus, modo illius tantum partem detinentes, oriuntur 4).

R. a universalis.

2. Ubi morbus in *totum corpus* irruit, simulque musculos et articulos, quot quot infra caput motui dicati sunt, detinet, aeger, ut pluries vidimus, plane immobilis redditur. Praeterea universa cutis albo tumore elevatur et attactum vel levissimum respuit. Angustiae aegrotorum sic excruciatorum depingi nequeunt.

R. a. capitis.

3. Quandoque praevia intensa febre, praegressaque rheumatica aliarum partium affectione, aut retrocessis in puerperis miliaribus, atrocissimus *dolor capitis*, potissime ad musculum temporalem, occipitalem, ad galeam aponevroticam et ad ipsum periosteum extensus, oritur, idque interdum vel apud *infantes* *). Tantus inde percipitur cruciatus, ut facies desperationis imaginem prae se ferat ac aeger, sub continuo (si oris apertio concessa sit **)) ejulatu, vitae maledicat, mortis-

rere, antiqua illius docet analysis chemica (Beynard in *phil. trans. abridg. T.* 3. p. 265).

4) „*Die Schmerzen erfolgen insgemein den 2. oder 3. Tag nachdem das Fieber entstanden ist*" (Vogel l. c. §. 99).

*) Wedekind *allgemeine Theorie der Entzündungen und derer Ausgänge* 1791. p. 71 sq.

**) Denegata erat oris apertio in aegro rheumatismo acuto musculi temporalis laborante, ita ut morbus pro

mortisque auxilium imploret. Somnus miserum, ambabus manibus caput volutantem, diu noctuque fugit. Nisi mox ab initio recta adhibeatur medendi ratio, nullum malorum conceditur levamen, donec tertia circiter morbi hebdomade, pulsu magis magisque contracto, spasmi, convulsiones, oris retractio in conspectum veniant, et brevi post sub profuso admodum sudore, sopor, stertor, praevia diuturna agonia, vitae finem imponant.

4. *Rheumatismus cervicis* apyrecticus solos musculos detinens, levioris momenti malum constituit [5]), secus autem, si cum febre acuta ligamenta et periosteum vertebrarum colli afficiat; hoc enim in casu praeter immanes cruciatus, pulchre a COCCHIO recensitos [6]) et glandularum tumores, magna inquietudo, pandiculationes, brachiorum torpor, oscitationes, palpitatio cordis, lipothymia et interdum improvisa mors occurrunt. R. a. cervicis.

5. Rheumatismus acutus *musculos thoracis*, potissime intercostales, vel *periosteum costarum* detinens, vulgo sub nomine *pleuritidis spuriae* obvenit. Insignitur morbus febre continua, dolore sterni, costarum, sedem saepe mutante, decubitum, inspirationem impediente, attactum respuente R. a. pectoris.

trismo haberi potuisset (*the Dublin hospital reports and communications Vol.* 4. 1827).

5) Torticolli. GERM. *Steifer Hals.* Si caput in unam partem trahitur, *caput obstipum* dicitur.

6) *Dei bagni di Pisa trattato* p. 171.

spuente et neque tussiendi, neque sternutandi facultatem concedente. Sub debita cura malum spatio septem circiter dierum terminatur.

R. a. abdominis. 6. Si rheumatismus acutus *musculos* tum rectos, tum *obliquos abdominis* corripiat, morbus, vulgo *peritonitis muscularis anterior* dictus [7], oritur. Praeter febrem, dolor fixus et ardens ad quandam abdominis regionem, plerumque circa umbilicum accusatur, qui dolor sub inspiratione, tussi, nisu, sive truncum erigendi sive corpus in unum alterumve latus vertendi, vehementer augetur. Aliquando locus dolens tumorem durum, circumscriptum, decursum fibrarum muscularium designantem, exhibet. Aeger libenter flexo antrorsum corpore, retractisque cruribus decumbit. Facies non ita mala, uti observatur in inflammationibus viscerum abdominalium, quarum signa hîc deficiunt [8].

R. a. dorsi. 7. Musculi *dorsi* nec non *ligamenta vertebrarum* haud raro rheumatismo acuto subjiciuntur. Aeger primo in casu vehementer febricitat, erectum corporis situm tenere nequit ac de insigni ad dorsum dolore conqueritur. Quo profundior et quo propior mali sedes est medullae spinali, eo graviora mala.

R. a. lumborum. 8. Rheumatismo acuto circa *lumbos* urgente, morbus varia a variis auctoribus nomina obtinuit, e. c.

7) J. P. Frank epitom. Vol. II. p. 185.

8) Baglivi praxis medica, Lib. I. opp. p. m. 64.

e. c ea *peritonitidis muscularis posterioris*, *myositidis iliaco-lumbalis*, *inflammationis musculorum psoae et iliaci interni*, uti videre est apud FORDYCE [9]), FR. AB HILDENBRAND [10]), SCHOENMEZEL [11]) et FRANK, eum sequentibus verbis describentem: „dolor ad dorsum, saepius vero infra regionem vesicae urinariae ex uno latere, non tam vehemens in multis, subinde autem, quod ipsimet conspeximus, fortissimus comparet. Hic idem, magis obtusus, aut et stupor per inguen ad femur descendit, quod sine magnis tormentis ab aegrotantibus extendi non potest. Interim nec in urina, nec in alvo excernendis difficultas haeret. Post aliquot dies manifestus ac profundus tumor ad psoae aut iliaci musculorum tractum, ad glandularum inguinalium externa, percipitur tactu" [12]).

9. Rheumatismus acutus *humerum* detinens, ita dolorem, tumoremque loci affecti et immobilitatem R. a. humeri et coxae.

9) *Elements of the practice of physic.* p. 265.

10) Annales scholae clinic. med. Ticinensis. P. I. p. 272. Papiae 1826.

11) TREMELI diss. de musculis psoa et iliaco suppuratis (delect. opusc. J. P. FRANKII Vol. V). Accedunt dissertationes de psoitide auctoribus J. H. PELZER. Berol. 1825. et H. H. WEIL. Rostock. 1826. Cfr. quoque J. LIZAR's *cases of double psoas abscess. (the Edinburgh medic. and surgic. journal, July* 1825. p. 16).

12) Epit. l. c. p. 186.

tatem brachii, ac rheumatismus acutus *coxae* (*Ischias febricosum*, *morbus coxarius febricosus*) dolorem tumoremque coxae et immobilitatem cruris producit. Quamvis febris hîc non semper uti in reliquis hujus morbi speciebus urgeat, tamen aeger, diu noctuque somno destitutus ac locum decumbendi haud facile inveniens, multum patitur.

R. a. extremitatum.

10. Communissimus est rheumatismus acutus *extremitatum*, saepe illi humeri et coxae socius, in genere sedem suam saepe mutans. Febre stipatur magna, vires et patientiam aegrorum exhauriente vixque ante tertiam hebdomadem profliganda. Praeterea loca affecta tument, erysipelaceo quasi rubore obducuntur, attactum et motum respuunt et interdum, ut vidimus, vesicis ovi anserini magnitudine, a sero flavo admodum distentis, obsidentur, quibus disruptis cutis secedit, relicta ampla exulceratione. Frequenter miliaria (et aliarum partium rheumatismis haud aliena [13])) obveniunt. Non raro hypochondria, inprimis hepatis regio, tument et sanguis e naribus manat. Si morbus praecipue antibrachium detineat, tumor inflammatorius cutis interdum impedit, quominus ictus arteriae, sub exploratione pulsuum rite percipiatur.

11. Et

13) Monet Allioni: „Frequenter cum rheumatismo abdominis miliarium miasma complicatur" (tract. de miliar. p. 69).

11. Et *viscera* vel structuram muscularem habentia, e. c. *lingua*, *diaphragma*, *cor*, — vel membranis cum fibris muscularibus instructa, e. c. *tubus intestinalis* [14]), *vesica urinaria*, rheumatismo acuto, aliter autem denominato, aliisque locis describendo, obnoxia sunt. Immo, aliquando symptomata *carditidis*, *arteritidis* et *diaphragmitidis*, sub curriculo rheumatismi acuti extremitatum, observavimus [15]). Nec ab hoc morbo *encephalitis* et *rhachialgitis* alienae sunt, idque nunc per metastasin nunc propagatâ intus affectione rheumatica externâ [16]). R. a. internus.

12. Post rheumatismum acutum *capitis*, vestigia gangraenae musculi temporalis, materiam puriformem sub galea aponeurotica, inflammationem durae matris et arachnoideae, nec non liquorem extravasatum fere gelatinosum, observavimus. Necroscopia.

Rheuma-

14) Ait Stoll: „Statuo dysenteriam hisce annis observatam fuisse *intestinorum rheumatismum*“ (ratio medend. de nat. et indole dysent. cap. 4).

15) Pitcair et Baillie primum, quod sciam, *complicationem rheumatismi acuti cum affectione cordis* animadverterunt, eamque confirmarunt Well (*transactions of a society for the improvement of medical and surgical knowledge Vol. III. No.* 30) et Jackson (*the London medical and physical Journal*, *publ. by* Fothergill *Vol.* 36. 1816. *Septembr.*).

16) *Observations sur un rhumatisme aigu compliqué d'inflammation du prolongement rachidien et de ses enveloppes; par Mr.* A. Potain (*revue médicale* 1827. *Août* p. 240).

Rheumatismo acuto *cervicis* defuncti hominis cadaver secare non licuit. *Pleuritidis* sic dictae *spuriae* effectus abscessus est, qui haud raro tegumenta universalia inter et musculos pectoris, vel inter hos et pleuram locatus invenitur, atque hoc ultimo in casu sacci instar in cavitatem pectoris prominet; cum carie interdum costarum. Praegressa *peritonitide musculari anteriori*, in vagina musculorum rectorum abdominis, materiam puriformem aut sanguinem extravasatum, non sine notis gangraenae, tum musculorum ipsorum, tum peritonei, cum LIETAUDIO [17]), deteximus. Gangraena musculorum gemellorum alio loco a nobis descripta [18]) invenitur. Post rheumatismum scapularum, musculi hujus loci sero pingui obducti inveniebantur [19]). Maximae autem sunt inflammationis musculorum *psoae* et *iliaci interni* *) in cadaveribus reliquiae: invenitur nempe quod pus sibi viam parat vel in abdominis cavum (ad intestinum coecum), vel exterius ad femur, vel ad externam partem glandularum lymphaticarum inguinis, vel ad lumbos, vel secundum musculorum abdominalium cum crista

17) Hist. anat. med. Vol. I. art. II. obs. 3. art. X. obs. 341.

18) Acta mea clinica Vol. III.

19) BONETI sepulcr. anat. lib. II. Sect. 4. obs. 50.

*) *Mémoire sur quelques engorgemens inflammatoires qui se développent dans la fosse iliaque droite; par Mrs.* HUSSON et DANCE (*répertoire d'anatomie et de physiologie pathologique T. 4. cahier 3*).

sta ossis ilei cohaerentiam, vel ad ipsam pelvim, vel ad perineum. Saepe pus in ossibus vicinis cariem producit. Quacunque autem in parte musculi, sive ex caussa rheumatica, sive ex alia, e. g. traumatica, inflammati fuerint, sectiones cadaverum saepe vel musculorum concretionem inter se ipsos aut cum cute [20]), vel gelatinam eos obducentem [21]), vel conversionem substantiae muscularis sive in materiam adipo-ceream [22]), sive in massam spongiosam [23]), sive in corpus molle, cerebro simile [24]), exhibent.

13. Nec

20) Halleri element. physiol. T. IV. lib. XI. sect. I. §. 7.

21) Drelincourt apud Morgagni op. c. epist. LVII. 16.

22) Pallas in Mayers *zoolog. Annalen* 1. *B.* — *Annales de chimie T.* 5. p. 154. *T.* 8. p. 17. *Observations sur le changement de la fibre musculaire en substance graisseuse par* Martins in *récueil des actes de la société de santé de Lyon. T. I. l'an.* 6. p. 384. et: *Geist der neuesten med. Literatur in Frankreich von* B. A. Zadig. *Breslau* 1798. 1. *St. No.* 7. cum animadversionibus Harlessii in Reil's *Archiv für die Physiologie* 4. *B.* 2. *St.* p. 189. — Crell *chemische Annalen* 1792. 2. *B.* p. 322. — 1. *B.* p. 53. 137. Quam caute caeterum de conversione musculorum in adipem, praesertim apud senes, judicandum sit ex Béclardi opere (*élem. d'anatomie générale. Paris* 1823) intelligitur.

23) Halle in Richter's *chirurg. Biblioth.* 10. *B.* p. 280. — *Edinburg. med. Bemerk. N.* 22.

24) *Harlemer Verhandling. Deel XVI.* 2. *St.* p. 335. —

Analysis chemica.

13. Nec *analysis chemico-physica* humorum corporis humani rheumatismo acuto laborantis negligi deberet; quod consilium observationibus tum antiquorum [25]), tum recentiorum [26]) innititur.

§. CVI.

C a u s s a e.

C. praedisponentes.

1. Ad rheumatismum acutum *praedisponunt*: (praeter caussas generales febrium rheumaticarum *)) aetas media [1]), sexus masculinus [2]), constitutio

Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte 2. *B*. p. 286. — Pott *chirurg. Beobacht.* 2. *B*. p. 331. — Bell *Lehrbegr. der Wundarzneyk.* 5. *Th.* p. 96. — Balfour in *med. observ. and inquir. Vol.* 4. — Kühn in Schmucker's *vermischt. Schrift.* 1. *B*. p. 345.

25) „Si quidem ego multoties observavi . . . . sanguinem . . . sero excrementitio utplurimum esse stipatum, ita tamen ut vel nimis sit tenuis serosus, exigua rubicunda consistente portione refertus, vel sero viscido glutinoso tenaci imbutus" (Fr. Hoffmann med. rat. T. IV. P. II. sect. II. cap. VIII. §. 7).

26) „Sanguis istiusmodi (equorum tumoribus inflammatorio-lymphaticis in alterutro crure affectis a caussa rheumatica) aliquantulum erat conductor imperfectus electricitatis, et nihil mirum; memorati enim equi morbo rheumatico detinebantur; cl. Humboldt autem in hanc rem etiam observavit, homines rheumaticis affectionibus laborantes esse corpora cohibentia fluidi electrici a pila Voltiana evoluti" (C. F. Bellingeri experimenta in electricitatem sanguinis, urinae et bilis animalium. August. Taurinor. 1826. p. 12).

*) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. IX. — Adde *soli conditionem*, quatenus attractioni humiditatis atmo-

stitutio corporis robusta, temperamentum plethoricum [3]), consuetudo corpus nimiis velamentis obtegendi vicissitudinibusque temperaturae non satis se subjiciendi, tempus vernale, autumnale [4]), puerperium, sanguinis aliorumque humorum jactura [5]), aut retentio.

2. Pro

sphaericae faventem de quo argumento lege MACKINNON *über den Einfluss der Schichten der Erde auf die Atmosphäre* (ex *the new Monthly magazine No.* 81. *Sept.* 1827. in FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. B.* 19. *No.* 4. p. 51. *Novembr.* 1827).

1) Vere VILLENEUVE (l. c. p. 430): „*Le rhumatisme, surtout celui qui est aigu, appartient en général à l'age viril, et c'est depuis la vingtième année jusqu'à la cinquantième qu'il se manifeste avec le plus de fréquence, comme avec le plus de violence.*"

2) Sic propria experientia. Sane non immerito rheumatismus acutus *ad morbos castrenses* revocatur (PRINGLE *observat. on the diseases of the army. P.* 3. *cap.* 2. p. 182).

3) Idem (l. c. p. 433) addit: „*Sur soixante-douze rhumatismes observés à l'hôpital de la charité, cinquante quatre étoient d'un tempérament sanguin.*"

4) Monuit GALENUS (de human. corp. const. CHART. edit. T. VII. p. 441), ut matutina frigora devitent, nec ob aestum vestes exuant, homines autumnali frigore; quod et confirmavit CELSUS (lib. I. cap. 3) dicens: „per autumnum neque sine veste, neque sine calceamentis prodire oportet, praecipue diebus frigidioribus, neque sub divo nocte dormire, aut certe bene operiri."

5) „Ego insuper plus vice simplici observavi, permul-

C. excitantes.

2. Pro caussis *excitantibus* habentur: refrigeratio subitanea aestuantis corporis vel partis illius (inprimis musculi a praeviis laboribus defatigati [6])), frigus humidum et venti ex septentrione et oriente pirantes. Nec animi pathemata [7]), potissime ira et terror hìc silentio praetereunda sunt. Idem dicendum est de bile, de alimentis pravis,

tos a largiori sanguinis per venam sectam missione, vel feminas post sanguinis menstrui copiosioris profusionem, vel post eandem ex abortu factam, quin etiam post nimias alvi a purgantibus acrioribus vel sponte a natura inductas dejectiones, penetranti frigidae boreali vel humido-frigidae nocturnae aurae ubi corpora paulo diutius commiserunt, in graves rheumaticas affectiones incidisse" (Fr. Hoffmann l. c. §. 8).

6) Videbis constanter sub rheumatismi acuti curriculo eas systematis musculorum partes potissimum affici, quae a laboribus maxime exercitatae fuere. Sic qui in caedendis lignis truncum vicissim inclinant et adtollunt saepissime in rheumatismum acutum musculorum abdominis incidunt. Pulchre Swieten (Commentar. §. 1492): „Agricolae illi, qui olera culinis servientia in hortis suis colunt, prae aliis tali infortunio (anchylosi ex rheumate acuto) exponuntur; quia inflexo corpore labores suos peragunt: si aestivo sole spina dorsi incaluerit, et subito cadente pluvia, ut toties fit, madüerit indusium, aut vestis, calefactae spinae dorsi subito admissum frigus humidum rheumatismum saepe producit, quem toties negligunt miseri, vel noxiis remediis tractant."

7) „*Selon Mr.* Pion, *dans sa thèse, les douleurs rhumatismales sont souvent dues aux passions violentes*" (Villeneuve l. c. p. 445).

pravis, de dysenteria et febribus intermittentibus, praepostere adstringentibus remediis vel cortice profligatis [8]), de sudore habituali manuum, axillarum et pedum incaute suppresso, de ulceribus et fonticulis exsiccatis, de miliaribus retropulsis, de lacte fugato, de menstruis et haemorrhoidibus retentis.

3. De *caussa* rheumatismi acuti *proxima* eaedem hypotheses, quas respectu febrium rheumaticarum enumeravimus [9]), valent. Nobis rheumatismus acutus est *inflammatio* [10]), pro re nata, musculorum, tendinum, ligamentorum, periostei, vaginarum nervorum [11]). C. proxima.

§. CVII.

8) Pajot-Raforêt in *journal de méd. pratique.* 1811.

9) P. I. Vol. I. Sect. II. cap. II. §. IX. 1.

10) Inflammationem pro caussa proxima rheumatismi acuti proclamando, non morem diei sequimur, sed seculorum experientiam. Nimirum jam Sydenhamus edixit (sect. VI. cap. 5): „neque quisquam reperiatur, qui hos (aegros rheumatismo acuto tentatos) *inflammatione* laborare vel dubitaverit.“ Et Swieten (l. c. §. 1493): „quamvis autem rheumatismus acutus pro causa proxima *inflammationem* agnoscat . . . .“

11) Simson (de re medica dissertationes quatuor p. 110—111) rheumatismum huic inprimis caussae adscribit, quod vasa profundius demersa totam vim et impetum sanguinis patiantur, qui per vasa corporis superficiem perreptantia, subito frigore constricta, libere transire non potest, adeoque tanto validius urgeat in illa vasa quae profundius sita sunt, et simul horum vasorum secretiones naturales augeat; unde deducit

§. CVII.

Diagnosis.

Facilis confusio.

1. *Rheumatismus acutus* cum *contusionibus, distorsionibus*, et *luxationibus*, cum morbo *trichomatoso* et cum *inflammationibus viscerum* confundi potest.

Distinctio a contusionibus etc.

2. Candida aegri circa morbi originem narratio et inprimis exacta partium affectarum investigatio, distinctionem *rheumatismi acuti* a *contusionibus*, *distorsionibus* et *luxationibus* facilem reddunt.

Dictinctio a morbo trichomatoso.

3. Consideratio stirpis et status anterioris aegri, absentia sudoris plicae proprii, genuinum *rheumatismum acutum* a *stadio evolutionis plicae*, cum quo similitudinem alit, distinguere docent.

Distinctio a viscerum inflammationibus.

4. *Rheumatismus acutus* capitis, pectoris et abdominis ab *inflammatione cerebri*, *pulmonum*, *cordis* et *viscerum abdominalium* per absentiam signorum hisce morbis propriorum, et per impotentiam vel minimum motum instituendi, distinguitur. Interea *complicationem* phlogoseos visceris cum rheumatismo acuto hic latere posse, ex necroscopia satis elucet.

Monitum.

5. Non solum ejusmodi complicationum, sed varietatum quoque rheumatismi acuti ipsius, quatenus ab aegrorum peculiari conditione et indole febris pendent, memores esse juvabit. Haec in pro-

caussam, quare pars rheumatismo affecta saepe cum rubore intumescat.

provectiori praecipue morbi curriculo nobis aliisque *) interdum gastrico-nervosa obvenit.

§. CVIII.

Prognosis.

1. *Prognosis* rheumatismi acuti, morbi in genere dolorifici taediosique, a sede, quam sibi eligit, quamque vero facile nunc in bonum, nunc in malum mutat, pendet. Exitus agnoscit sequentes, *resolutionem* scilicet, *suppurationem*, *hydropem acutum*, *rigiditatem*, *atrophiam*, *paralysin*, *gangraenam* et *rheumatismum chronicum*. Generatim.

2. Adhibita *mature* recta medendi ratione, rheumatismus acutus, excepto eo extremitatum, spatio paucorum dierum profligari solet. Hic enim irritis omnibus auxiliis, hucusque notis, ad tertiam, quartam et sextam usque protrahitur hebdomadem. Solvitur morbus per alvum [1]), per sudorem, per miliaria et ecchymomata [2]), per urinam non solum sedimento lateritio instructam, sed et copiosam, per haemorrhagiam narium et inprimis per somnum, qui nisi redeat, caeteris signis haud fidendum est. Resolutio.

3. Rheu-

*) Aaskow diar. med. naval. a. I. p. 57. — Rahn adversaria med. pract. Vol. I. p. 349.

1) „Vidi aliquoties, in gravi rheumatismo, sponte natum alvi fluxum insigniter profuisse" (Swieten l. c. §. 1493). Ita Tissot (*avis au peuple sur sa santé. Chap.* 11. §. 156).

2) G. M. Gattenhof progr. ann. med. Heidelbergensis 1779. Quadr. mestr. primum (ambae manus).

Suppuratio.

3. Rheumatismus acutus capitis, pectoris, abdominis et lumborum saepe (rarius ille extremitatum) *suppuratione* terminatur [3]. Rheumatismi acuti in suppurationem proclivitatem quibusdam annis solito majorem observavimus [4]. Abscessus, sub aponeurosi latens, difficulter dignoscitur [5]. Abscessus obvius id proprium habet, quod tumor a compressione fere evanescat eaque cessante redeat. Pus, si diutius delitescat, ossa vicina facile arrodit. Febris suppuratoria saepe reconditam hic suppurationem patefacit.

Hydrops acutus.

4. Si rheumatismus acutus articulos detineat, facile

3) J. Fr. Fauchier *observation d'un rhumatisme aigu terminé par la suppuration, suivie de reflexions sur la nature et le traitement de cette maladie* (Sedillot *rec périod. de la soc. de méd. de Paris T.* 60. p. 310. — *Annales de la soc. de méd. prat. de Montpellier T.* 44. p. 146). In circulum vitiosum S. G. Vogel incidit ubi ait (l. c. §. 110): „*Niemals gehen Rheumatismen in wahre Eiterung über; es sey denn dass vorher eine wahre Entzündung, die sich aber mit dadurch von einer rheumatischen Entzündung unterscheidet, dass diese an sich keiner Eiterung fähig, daher entstanden ist.*"

4) Sic hieme 1814 ad 1815 inter viginti aegros rheumatismo acuto variarum partium laborantes, quatuordecim exempla abscessus inde orti vidi.

5) Ipse Hippocrates (epidemic. lib. V. textu V. Charter. T. IX. p. 331) historiam abscessus ischii et inguinis narrans ingenue fatetur, aegrum hunc servari potuisse, si in tempore ampla sectio facta fuisset.

facile in eorum cavitatibus, praecipue ad genu, serum exsudat, unde *hydrops articulorum*, in peculiari paragrapho infra considerandus. Sed et praeter hoc in rheumatismo acuto, magna ad *exsudationes* observatur proclivitas, ac interdum *hydrops acutus*, praecipue *thoracis*, sub illius curriculo animadvertitur, quod probe notandum est. Aliis denique in locis de collectione seri musculos thoracis et abdominis inter ac pleuram et peritoneum mentio fiet [6]).

5. Aliquando vigente rheumatismo acuto, materies puriformis in textum cellulosum sive in vaginas musculorum deposita, ibi solidescit ac *rigiditati* partis ansam porrigit [7]). Idem in articulis contingere potest, ubi scilicet lympha coagulabilis exsudata, nunc cavitatem replet, nunc variis tumoribus ansam porrigit, nunc pseudomembranas generat, et per has ligamenta inter se morbose jungit; quae singula rigiditatem articulorum aut *anchylosin*, sive *acampsiam* post se trahunt. Rigiditas.

6. Aliàs per hanc ipsam, in telam cellulosam, sive in musculorum vaginas depositam et solidescentem materiam puriformem actio vasorum sanguinis Atrophia. Paralysis.

6) De collectione seri in bursa tendinea musculi recti cruris sinistri legitur in Froriep's *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk. B.* 3. *No.* 55. p. 173.

7) Cfr. Jahn *Geschichte einer bösartigen Verhärtung aller Bauchmuskeln der einen Seite und deren schwierigen Operation* (Hufeland *Journ. der prakt. Heilk.* 1826. *Supplementheft* p. 52).

guinis circulo dicatorum et nervorum laeditur, unde partes affectae extenuantur[8]) (*atrophia partialis, melatrophia*) vel sensu sive motu, sive utrisque simul plus minus orbantur (*paralysis sive paresis partialis*).

Gangraena.

7. *Gangraena* rarissime rheumatismum acutum sequitur. Saepius autem, ut cadaverum sectiones docent, carnis muscularis, sive potius textus cellulosi[9]), in *materiam adipo-ceream* contingit conversio, quam metamorphosin pro specie *sphaceli*, sine aëris accessu operati, ac putrefactioni animalium sub aquis similis, habemus[10]).

R. chronicus.

8. Accidit aliquando, febrem quidem crisin absolvere, at dolores, saepe periodicos, remanere atque *naturam chronicam* induere. Rheumatismi ejusmodi chronici facile *tumoribus variis* (steatoma, sarcoma) ansam porrigunt[11]).

§. CIX.

C u r a.

Venae sectio.

1. *Venae sectio* una alterave[1]) et copiosa *in primo morbi limine* instituta, rheumatismum acutum

8) A. B. Ranoe obs. med. pract. 4. aridura a rheumatismo (act. R. soc. med. Havniensis Vol. 2. p. 311).

9) *Histoires des phlegmasies par* Broussais. *Paris* 1808. p. 25.

10) J. Frank's *Reise nach Paris, London* 2. *Th.* p. 353.

11) Theden *Bemerk. und Erfahr.* p. 57. 133.

1) „. . . raro quarta venae sectione opus habui; rarissime ad plures ascendi in curatione hujus morbi“ (Swieten l. c. §. 1493). Idem Störkius observavit

tum capitis, cervicis, pectoris, abdominis et lumborum miraculi instar aufert vel saltem maxime lenit. Minorem illius virtutem in rheumatismo acuto extremitatum observavimus: ne autem inde concludas phlebotomiam isto in morbo praeteriri posse; est enim et hîc necessaria et proficua [2]) dummodo prudenter instituta [3]). Ex abusu videlicet

(l. c. p. 113 et 114). Et S. G. Vogel (l. c. §. 134). — „*Ueberhaupt sind mir in den mehresten Fällen zwo höchst drey Aderlässe hinlänglich gewesen.*"

2) „Si humorem, qui in articulos confluxerit sanguineum esse suspicemur, ubi quidem nihil prohibet, vacuationem quae per venae sectionem adhibetur tentato: hac enim ratione multos novi aut in totum morbo liberatos aut raro fluxionibus correptos" (Alex. Trallianus lib. XI). — „Laudamus impendio phlebotomiam in hoc morbo, quam salutare remedium esse testamur" (Ballonius libr. de rheumatismo). — „Quandocunque igitur corpus evidenter est plethoricum, et rheumatismus universalis omnes propemodum corporis artus cum febriculosa quadam motione graviter impetit atque infestat, adeoque secundum veterum scholas sanguineus est, omnino in venae sectione et quidem statim in principio administrata, celerrimum et praesentissimum est reponendum praesidium" (Fr. Hoffmannus l. c. curatio. §. 1).

3) Swietenius de libello Parisiis a. 1747. edito (*observations intéressantes sur la cure de la goutte et du rhumatisme*) ubi ad rheumatismum acutum curandum venae sectiones ad viginti et ultra libras sanguinis spatio triginta sex horarum detrahendas extolluntur, rationem reddens, prudenter monet (l. c. §. 1493):

licet venae sectionum translatio morbi ab externis partibus ad internas sequi solet. Ubi rheumatismus acutus universum detinet corpus, cruor ex venis utriusque lateris (venae sectio in crucem veterum) ducendus [4].

Nitrum; eccoprotica; clysteres.

2. Interea *nitrum* praescribitur, non quidem ad magnas illas doses quas alii, qualitatis irritantis hujusmet pharmaci et sensibilitatis ventriculi immemores, suadent [5]; sed circiter a drachma una ad drachmas duas nychthemeri spatio. Exhibetur aut aquâ solutum (addito syrupo vel melle), aut, si alvus segnis foret, *decocto tamarindorum* nuptum, non neglectis debitis *clysteribus emollientibus.*

Emetica.

3. Urgentibus symptomatibus gastricis, nec obstan-

„Quamvis de utilitate sanguinis missionis in cura rheumatismi satis conveniant medici, tamen *prudentia hîc opus esse* pro diversa morbi intensitate, et varia aegri constitutione, nemo dubitat."

4) Quum pluries observaverim rheumatismi acuti symptomata eo in latere ubi venae sectio instituta est, nisi omnino sublata saltem mitigata fuisse, illis in latere opposito, donec dein et hìc sanguis mitteretur, perseverantibus; methodum oblivioni jam jam traditam rursus in usum duxi, scilicet venam brachii sinistri et pedis dextri simul aperiendi, idque cum lucro conspicuo.

5) Vulgo Brocklesby (*oeconomic and medical observations* p. 116) ut auctor abusus nitri accusari solet; est recordandum egregium medicum doses constitutionibus robustis militum accommodasse.

obstantibus notis contraindicationibus, *vomitus* absolute ciendus [6]), idque ope *tartari emetici* [7]).

4. A *diapnoicis* fortioribus (aceto ammoniacali minime excepto) donec omnis non evanuerit febris abstinemus. Aegrotis apyreticis sensilioribus evacuationibus alvinis exhaustis, ac doloribus vigiliisque excruciatis, vespere, aliquot *pulveris Doveri* grana exhibemus. *Camphorae* tunc solum locus foret, si febris, rheumatismi acuti socia, genuinam indueret indolem nervosam. Diapnoica.

5. Ob exacerbationes et remissiones dolorum, non obstante pulsu frequente, pleno et duro, *decoctum corticis cinchonae* in rheumatismo acuto extremitatum cum successu adhibitum fuit. Methodus haec HUGONI SMITH sagacissimo medico, sexaginta circiter abhinc annis Londini praxin exer- Cinchona.

6) Meae cum observationibus S. G. VOGEL conveniunt ubi ait (l. c. §. 142): „*Oft habe ich mit Vergnügen gesehen, wie in diesem Falle nach einem einzigen B r e c h m i t t e l schon die heftigsten rheumatischen Schmerzen augenblicklich erleichtert, und nach hierauf wiederholten Ausleerungsmitteln gänzlich und allein gehoben worden sind.*“

7) De tartaro emetico longe majori jure valet quod HUXHAM (observat. de aëre et morbis epidem. p. 140. 141) de vitro antimonii dixit: „Possidet enim, experto crede, possidet totas antimonii vires; quippe quod, epotum largiter, maximas movet vomitiones; in minuta tantum quantitate . ., exhibitum, sudores elicit benignos; paulo majori dosi alvum solvit leniter.“

exercenti, tribuitur [8]); at antiquioris nobis videtur originis [9]). Ut ut sit ea FORDYCEI, FOTHERGILLI, HAYGARTHI, SAUNDERSI, SWEDIAURI aliorumque *) magni nominis virorum suffragia collegit. Illorum exemplum sequimur ubi rheumatismus acutus in arthriticos propter excessum methodi antiphlogisticae jam jam languentes incidit [10]), ubi urina largum sedimentum lateritium deponit, et, ubi dolores non solum, sed et *febris* evidentes periodos agnoscunt.

Digitalis aliaque diuretica.

6. Morbo methodo antiphlogisticae et evacuanti rebelli (inprimis si proclivitas ad epistaxin aliaque indicia peculiaris affectionis cordis aut arteriarum praesto sint) *infusum foliorum digitalis purpureae* optime conducit. Aegroti haemorrhoidibus simul obnoxii, quoque cum emolumento *infuso stipitum solani dulcamarae* utuntur. In genere omnia, quae lotii excretionem solicitant, in provectiori morbi nostri stadio prosunt, ideoque (praeter *nitrum*) decocta *radicis ononidis speciosae* et *apii petroselini*.

7. Magna

8) SWEDIAUR novum nosologiae methodicae systema. Halae 1812. Vol. I. p. 151.

9) J. C. GRIMM insignis efficacia corticis peruviani in rheumatismis . . . . . (ephem. acad. nat. cur. cent. 3 et 4. p. 145).

*) A. T. THOMSON in *the London med. phys. journ. edit. by* MACLEOD; *new series Vol.* 2. 1827.

10) R. BUCHHAVE de roborantium in rheumatismo arthritico necessitate (act. R. soc. med. Havniens. Vol. III. p. 292).

7. Magna cautione in *topicis auxiliis* eligendis opus est, ne plus detrimenti quam emolumenti afferant [11]). Sic *hirudinibus* et *cucurbitulis scarificantibus* non nisi fracto jam febris impetu uti licet, idque vix super ipsam partem affectam. Huic *frigida* imponere velle [12]) insanum; etenim temporarium inde levamen, caro, ob metastaseos periculum, emitur pretio [13]). Sed absint aeque fatales illae *fomentationes emollientes*, quibus fit ut cruor adhuc magis ad partem affectam alliciatur, proclivitasque ad suppurationem invalescat [14]). Nec a *balneis tepidis* bonum

Remedia externa et regimen.

11) „Si rheumatismus est sanguineus, praestat penitus ab iis abstinere, et tantum moderato et aequali lecti et tegumentorum calore partes dolore affectae fovendae sunt; si quidem tali modo longe felicius blanda materiae quae in vitio est difflatio et exhalatio promovetur, ac si variis externis eam adjuvare velimus" (Fr. Hoffmann l. c. §. XI).

12) Jam Hombergius (*acad. R. des scienc. l'an.* 1710. *hist.* p. 46) rheumatismum *balneo frigido* curari posse, contenderat. Surdas invenit sui aevi aures. Contra Sutton nostris temporibus *fomentationes frigidas* locis a rheumatismo acuto male tractatis imponendas proponit (Belcombe *two cases of acute rheumatisme successfuly treated upon Dr.* Sutton's *plan.* in *the medical and physical journal* 1815. *April*).

13) Rite methodum Suttoni dijudicat Lucas (*observations on the cure of acute rheumatisme in the medical and physical journal* 1815. *February*).

14) Quo pacto S. G. Vogel (l. c. §. 138) fomentatio-

bonum obtinuimus effectum. *Vesicatoria*, ubi sedata febre, dolor remanet, aut loco ab hoc vexato super imposita, aut saltem prope illi admota communi laudantur consensu [15]). *Cauteria*, *moxa*, *compressio* [16]) et *subfumigia* [17]), potius rheumatismo chronico, aut rheumatismi acuti *exitibus*, quadrant. *Regimen* juxta febris indolem.

C. exituum.

8. Abscessus incipiens ope *cataplasmatis emollientis* ad maturitatem perducendus est, ac dein praesente periculo, quod pus sibi viam in cavitatem pectoris, abdominis et pelvis parare, aut inter musculos sub aponeurosibus proserpere possit, mature, secundum chirurgiae regulas [18]), aperiri debet. Interdum abscessus inopinate evanescit [19]). *Exsudatio* interna usum *diureticorum*,

nibus calidis et cataplasmatibus in rheumatismi acuti cura faveri possit arduum est intellectu.

15) Tissot l. c. *chap.* 11. p. 197. — Swieten l. c. §. 1493.

16) Balfour compressionem partis rheumatismo detentae — quamvis inflammatae commendare ausus est (*medical and physical journ.* 1815. *Septembr.*).

17) Dupasquier *Untersuchungen über die Wirkung des Kamphers bei der Behandlung des Rheumatismus* (Froriep *Notizen aus dem Gebiethe der Natur- und Heilk.* B. 14. *No.* 11).

18) Joan. Abernethi *surgical and physiological essays. Lond.* 1793. vers. germ. prodiit titulo: *Chirurgische und physiolog. Versuche. Uebers. mit Anmerk. von* Jo. Dt. Brandis. *Leipz.* 1791. 1801. 8.

19) Sic in clinico Ticinensi a. 1793, abscessum, capitis

rum, radicis *polygalae senegae* et *muriatis hydrargyri* exposcit. *Rigiditati*, *atrophiae* et *paralysi* articulorum et membrorum, lenem partium affectarum *flexionem*, *extensionem*, *frictionem*, vel simplicem, vel cum *sapone ammoniacali* et *unguento oxydi mercurii grisei*, aut cum *oleo olivarum*, cum *sebo animali*, cum *tinctura cantharidum*, cum *unguento nervino* opponimus. Conducunt porro *fasciae*, *embrocatio*, *balnea calida*, praecipue *sulphurea*, *fotus animalis recenter mactati*, *electricitas*, *moxa* et similia.

§. CX.

Hydrops articulorum.

1. *Hydrops articulorum* [1]) est tumor albus, mollis, aequabilis, elasticus, impressi digiti vestigium haud retinens, a ligamento capsulari circumscriptus, ex collectione morbosa sive seri, sive synoviae oriens, membri flexionem impediens, cum dolore et quadam, ab initio, fluctuatione. Definitio.

2. Morbus, de quo agitur, jam HIPPOCRATI [2]) notus fuerat. Optime de eo scripsere: GESSCHER [3]), EVERS [4]), REIMARUS [5]), M. HOFFMANN [6]), NEBEL [7]), Historia.

infantilis magnitudine ad inguen post psoitidem ortum observavi, qui spatio paucorum dierum, nullo subsequente alio incommodo, sponte evanuit.

1) Hydrarthros. GALL. *La loupe.*

2) Liber de locis in homine.

3) *Hedendaagsche oeffenende Heelkunde. Amsterd.* 1780. TODE *arzneykundige Annalen* 4. *Heft.*

4) *Von der Anchylosis.*

BEL 7), HAFFNER 8), WARNER 9), DESPARS 10), SCHLICHTING 11) aliique praesertim inter chirurgos.

Divisio. 3. Hydrops articulorum, aliorum hydropum instar, in *acutum* et *chronicum* dividitur.

H. a. acutus. 4. *Hydrops articulorum acutus* ex praevio rheumatismo acuto nascitur, ac liquido sive seroso, sive puriformi, in cavitatem articuli extravasato, originem debet. Celerrime oritur malum ac maximus est tumor, motum impediens - saepe summopere dolens. Facile morbus chrónicam induit naturam ac phaenomena infra recensenda exhibet.

H. a. chronicus. 5. *Hydrops articulorum chronicus* cum sensatione molesta, stupore et dolore plus minus acuto, aliquando dirissimo, ad articulum orditur, cui tandem tumor superaccedit. Ad genu, frequentissimam hujus morbi sedem, tumor anterius, patellam quasi coronans, eamque protrudens, conspici.

5) Diss. de tumore ligamentorum circa articulos. Lugd. Bat. 1757.

6) Diss. de meliceria vel articulorum laesorum inundatione. Altorf. 1650.

7) Diss. de synovia ejusque remediis specificis. Heidelb. 1741.

8) Diss. de hydrope articulorum (WASSERBERG opusc. minor. fasc. 1. 2. 3).

9) *Chirurg. Vorfälle und Bemerkungen. Leipz.* 1787.

10) Specimen practicum de hydrope peritonei saccato (SANDIFORT Thesaur. diss. Vol. I. p. 451).

11) Hydrops articuli praegrandis dissectis et ipsis ligamentis siccatus (act. phys. med. Vol. 8. obs. 27. p. 69).

spicitur. Serius tumor ad latera genu major fit atque ligamentum capsulare ita distendit, ut duos tresve pollices supra patellam ille ascendisse sit visus [12]. Est vero tumor hic albus, elasticus, fere indolens, et nisi ligamenta nimis crassa sint, fluctuationem exhibens [13]. Ad summum perducto malo, cutis et partes vicinae inflammantur, suppurantur, exulcerantur, quo facto cutis plura foramina, articulum circumdantia, exhibet [14]. Manat ex iis ichor foetidus varii coloris atque valde acris. Tali tunc pacto tumoris adspectus mutatur, ut pro hydrope articuli non amplius cognosci queat. Pars affecta immobilis, rigida, dolens, inaequalis, magis magisque tumida evadit, atque extenuatur, donec, orto oedemate, cuncta febris hecticae, mortem annuntiantis, signa, accedant. Pouteau hydropis *coxae* meminit [15], sub quo caput femoris ex acetabulo ab aquis expellebatur, reddito crure affecto duobus digitis altero longiore. Nec desiderantur exempla hydropis articulorum tum pedis [16], tum manus [17].

6. Cellulosa cutis articulum ambientis materia albumini simili repleta est, quae ipsa profunde in partes subjacentes penetrat. Hinc inde cutis absces- Necroscopia.

12) Haffner l. c. p. 119.

13) Schmalz *seltene medic. und chirurg. Vorfälle.* 1784.

14) Bell's *Abhandlung von den Geschwüren und deren Behandl.* 3. *B.* p. 284.

15) *Oeuvres posthumes* 2 *Vol.*

16) Bell l. c. 17) Haffner l. c.

abscessuli observantur. Aperta cavitate articuli, cunctae glandulae formam, partibus externis similem exhibent Cartilagines plane emollitae conspiciuntur. Nec semper deest puris aliquid[18]). Saepissime autem ossa carie detinentur.

Caussae. 7. Ad caussas hydropis articulorum spectant, praeter rheumatismum acutum, contusio, luxatio, vehemens extensio articuli, praesertim sub genuflexione diuturna, metastasis, post febres[19]), inprimis puerperales[20]), post variolas et morbillos, vitium scrophulosum, rhachiticum, venereum, plicosum, arthriticum et herpeticum.

Diagnosis. 8. *Hydrops articuli* ab *oedemate*, a *fungo articuli*, a *bursis mucosis*, ab *abscessu* et ab *aneurysmate* distingui debet. *Oedema* foveas a compressione digiti admittit, nullam offert fluctuationem, ac longe minus, quam hydrops articuli partis effectae motum impedit. *Fungus articuli*, paucis exceptis casibus[21]), extra articulum positus est, ac speciem tumoris cystici offert. Praeterea utplurimum a caussis externis generatur, indolens est, neque cingit neque attollit rotulam, non

18) Alex. Monro *sämmtliche Werke* p. 115. *art* 8.

19) Maloet hujusmodi hydropem ad genu in actis Parisiensibus a. 1728 descripsit.

20) Ex hac caussa hydropem genu refert Simson in act. Edinb. T. IV.

21) Schmucker *vermischte Schriften* 1. B. p. 301. — Heister instit. chirurgiae L. IV. cap. 19. — Reimarus l. c.

non fluctuat, attactui resistit, motum minus impedit, quam hydrops et longe diutius absque tanto perfertur incommodo [22]. *Bursae mucosae*, aliquando enorme volumen acquirentes [23], ac in viciniis articulorum positae, ob mobilitatem ab hydrope articuli distinguuntur. *Abscessus articuli* notas praegressae inflammationis et subsequentis suppurationis *extus* manifestat, quod in hydrope articuli, nisi purulento ac ideo abscessui admodum affini, haud animadvertitur. *Aneurysma*, praesertim arteriae cruralis, pluries pro hydrope articuli habitum fuisse, docent fasti medici [24]. Pulsatio tamen illud ab hoc evidenter distinguit. Ad ipsam hydropis articuli *indolem* quod spectat, dividendus est morbus in *idiopathicum* et *symptomaticum*. Ille citissime tumorem cum violentissimis symptomatibus exhibet, hic autem sensim sensimque increscit. Species hydropis articulorum symptomatici, quae frequentissime obveniunt, et exacte a Bellio describuntur [25], sunt indolis *rheumaticae* et *scrophulosae*. Hoc ultimo in casu hydrops articuli praecipue *spinae ventosae* videtur effectus. Nec impossibilis foret ortus hydropis articuli ex *hydrope ossium* (*Hydro-*

22) Camper in *Samml. auserl. Abhandl. für pr. Aerzte* 16. *B.* p. 600.

23) Camper l. c. p. 422. — Voigtel op. c. 1. *B.* p. 122.

24) *Journal de médecine. Octob.* 1781. 25) l. c.

(*Hydrosteon*), quo medulla in serosum ichorem resolvitur [26]).

Prognosis.

9. *Prognosis* hydropis articulorum pro varia caussa et diuturnitate morbi varia est. Caussae externae nisi violenter egerint, et si cito succurratur, sanationis spem relinquunt. Rebelles magis affectus caussae internae inducunt, inter quas vitium scrophulosum, inprimis spinae ventosae nuptum, quammaxime timendum est. In genere, provecto admodum in morbo, ligamentorum incrassatio, erosio, ossium caries, membrorum rigiditas et luxationes, singula artis auxilia, praeter amputationem partis affectae, excludunt, quae autem operatio saepissime a corporis extrema macie et a febre hectica contraindicatur.

Cura.

10. In *hydrope articulorum rheumatico*, *cucurbitulae scarificantes* circa et supra tumorem applicatae praecipuum constituunt auxilium, non neglectis interne *nitrate potassae*, *decocto radicis ononidis spinosae* et *potu* leniter *diapnoico*. Provectiori in morbo infra tumorem *vesicatorium* ponitur, cujus diuturna sustinenda est suppuratio. Sunt, qui ipsi tumori vesicatorium admoveant [27]). Praeterea usui *muriatis hydrargyri* et extracti *aconiti napelli* locus est [28]), exhibito pro potu *decocto*

26) VAN WY *Heelkundige Mengestoffen D.* 11. 1. *St.*

27) WHITE *von Geschwüren.* — DANIEL ORRED in *medical commentaries Vol.* 7. p. 315. — VAN WY l. c.

28) R. Calomel grana duo. Extracti aconiti grana duode-

cto radicis smilacis sarsaparillae. Hisce singulis nil juvantibus, summo cum fructu, consilio MONROI [29]), speciem *moxae* (ex gossypio, alcohol imbuto ac flagrante), in quadam distantia parti affectae admotam, in usum duximus. Idem de *linimento* ex *sapone ammoniacali* et *unguento oxydi mercurii grisei* paratum fatemur, cui *camphorae* portio addi potest [30]). Interea cavendum, ne hujusmodi remedia cutim nimis irritent. Securius tumori imponitur *emplastrum*, vel *de sapone et cumino*, vel *diachylon* cum *gummatibus*, vel *hydrargyri*, vel *conii maculati*. Irrita et horum remediorum virtute, quid *colophonium* valeat, experiendum est [31]). Hungariae populi partem affectam *fumo juniperi* exponunt et linteis eo fumi-

cim. Sacchari drachmas duas. M. divid. in duodecim partes. D. S. Bis de die pulverem (adulto).

29) *On dropsy* p. 167.

30) R. Linimenti volatilis uncias duas. Unguenti mercurialis unciam semis. Camphorae drachmam unam. M.

31) Sumitur optimum et ex rubro diaphanum colophonium, quod in pulverem teritur. Dein cannabis sicca in nidi avium formam adaptatur et colophonium ad digiti altitudinem superinspergitur, quibus alcohol affunditur, donec satis humectatum fuerit colophonium, sic tumori applicandum. Dum aeger de cataplasmatis hujus siccitate conqueritur, super ipsam partem iterum iterumque alcohol affunditur. Post duas tresve dies mutatur apparatus, et sic ad sanitatem usque (*Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte* 9. B. p. 418).

fumigatis perfricant, dein emplastrum ex *gummiresina heraclei gummiferi* et *aceto scillae* paratum imponunt, quae methodus suffragium SWEDIAURI obtinuit [32]. Lithuaniae incolae sacculos ex *cineribus* et *sale culinari* calide tumori admovent. *Hydrops articulorum scrophulosus* nullum remedium, quod *fonticulo* ad basin tumoris admoto diuque relicto aequiparari possit, agnoscit. Interne simul remedia scrophulis et rhachitidi accommodata porriguntur, inter quae praecipue *oxydum hydrargyri et antimonii sulphuratum*, *extractum conii maculati*, *decoctum glandum quercus roboris tostarum*, illudque *radicis rubiae tinctorum* nec non *acidum phosphoricum* [33]), maxime commendanda sunt. *Hydrops articulorum idiopathicus recens* affusionem aquae frigidae, praecipue cum *acetate plumbi*, vel applicationem *aceti* exposcit. Provectiori in morbo fomentum ex herbis aromaticis in vino decoctis et calide applicitum, conduxisse est visum. Item *aqua calcis*, *solutio saponis*, *muria halecum*, *embrocatio*, praecipue ope *solutionis muriatis ammoniae* et fotus cum *luto thermali* [34]). Auxilia hujusmodi, nec non

32) *London medical Journal* 1781. p. 194. Et: *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* 7. *B.* p. 18.

33) R. Acidi phosphorici drachmam semis. Aquae rubri idaei uncias sex. Syrupi ejusdem unciam unam. M. D. S. ter de die cochlear unum majus (e. c. pro infante sex annorum).

34) ITALICE *i fanghi*.

non *thermae* inprimis *sulphureae* et in hydrope articulorum sive rheumatico, sive scrophuloso, adhiberi queunt. Latenti vitio venereo *mercurius* opponitur. Quodsi vero indicatio morbum per resolutionem sanandi in vanum secuta fuerit, ad *manum chirurgicam* recurrendum foret. Ad haec spectant primum *punctura* [35]) sive *sectio articuli*, dummodo (quod raro in scrophulosis sperare licet) ligamenta et ossa adhuc illaesa sint; aliàs enim, rite animadvertentibus CALLISEN [36]), HAFFNER [37]) et ORRED [38]) etc., malum ab aëris accessu augmentum capit. Vulnus capsulae articulari inflictum per turundas apertum tenetur, ac injectionum ope purificatur. Morbo ad extremum perducto, ac jam jam consumtis ligamentis, capsulis et ossibus, *amputatio membri* super articulum hydropicum, unicum sistit auxilium, neque a macie corporis, neque a febre, neque a sudoribus, neque a diarrhoea colliquativa contraindicatum, immo, monente BELLIO [39]), aegri tabe laborantes facilius, quam vegeti hanc operationem sustinent. Quid de crudeli, a PARCK proposita [40]),

35) VILELLA *sur un cas d'Hydarthrose guéri per la ponction du genou (révue médicale. Novembre* 1827. p. 217).

36) *Theoret. und prakt. Arzneykunst* p. 483.

37) l. c. p. 158.

38) *Medical commentaries Vol.* 7. p. 315. — *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte* 11. *B.* p. 178.

39) l. c. p. 310.

posita [40]), *separatione articuli* sentiendum sit, chirurgorum decisioni relinquimus.

40) *An account of a new method of treating diseases of the joints of the knee and elbow, in a letter to* Pott *Lond.* 1783.

[illegible]

[illegible]